~~Arm. 47. D. 45.~~

~~Duplex~~

Augustus 1792

VITT. EMANUELE

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
32 I
10

M

Ex Bibliotheca
PP. Coll. Rom.
Societ. Jesu

40
C
43

8 40

DODECAMENON
PETRI FABRI
SAN-IORIANI CONSILIARII REGII, ET IN Toloſano Senatu Præſidis: ſiue DE DEI NOMINE atque attributis, Liber ſingularis.

In quo vetuſtorum Patrum ac Theologorum, Latinorum, Græcorúmque loci complures, & illuſtrantur obſcuri, & mendoſi caſtigantur.

Editio altera ex auctoris recognitione.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA



LVGDVNI,

IN OFFICINA HVG. A' PORTA,

Apud Fratres de Gabiano.

cIↃ. IↃ. XCII.



PETRVS FABER,

PETRO VILLARIO

PARISIENSI THEOLOGO,
Viennenſi Archiepiſcopo Religioſiſſ. S.

AN tu (chariſſime VILLARI) cauſam non eſſe, cur te tantopere diligam; nedum vt omnibus veræ ac perfectæ amicitiæ veſtigiis perſequendum, pignoribus promerēdum putem? at quin optimi quique cuiuſlibet gradus ordiníſque homines,in quorum es oculis verſatus;iſtam humanitatem tuam,ac in morum facilitate pietatem ſingulari,tam ſæcularis, quàm Chriſtianæ Philoſophiæ cognitione inſignitam paſſim exoſculantur: ſacras ad populũ conciones illas admirantur: tuam denique in toto Epiſcopali munere obeundo, ac perfungendo ſedulitatem minimè vulgarem deprædicant. Egóne ſolus ex tanto numero, præſertim qui ſermones tecum familiares, eóſque periucundos de ſeriis rebus non ſemel habuerim; te doctorem dicto factóque veræ ſcientiæ non humanæ ſed diuinæ, quæ ſcilicet virtuti mixta ſit (vt cum Petro illo Chryſologo [a] loquar) ma-

[a] *Pet.Chryſ. Archiep.Rau. ſerm. 167. de D.Ioan.Bapt.*

giſtrum verum, quod verbo aſſeras demonſtrantem exemplo; vti ne colam? neue beneuolum, ac de te præclara omnia ſentientem animum tibi aut in vulgus ſignificem? Quin Abrahami potiùs exemplo, quem Sacerdoti Dei altiſſimi Melchiſedecho rerum ſuarum decimas dediſſe, ſacroſancta vetuſti fœderis hiſtoria [a] comprehenſum eſt; quarum oblationem non differendam, aut retardandam, ipſa Dei lege [b] poſteà cautum accepimus: en tibi magno Dei Sacerdoti atque Pontifici haſce fructuum è litterariis laboribus penè aſſiduis per viginti, plus minus, annos perceptorum veluti decimas offerimus; hornotinum ſcilicet animi fœtum, cogitatione crebra & indefeſſa librorum tractatione quaſi parturitione in lucem editum, de Dei nomine atque attributis: Cuius ipſe nobis pro ſua benignitate Dominus, anno vixdum exacto, concinnandi facultatem, atque otium expromendi dedit: quamobrem Dodecameni nomen, omine (vt ſpes eſt) bono, ipſi faciundum duximus. At quoniam nihil maculatum atque aſpectu fœdum, nihil corruptum, debile, mutilum, ægrum apparere coram Domino ex Moſaïco ritu, iuréque illo vetuſto debet [c]: hanc tu vir Moſis [d] exemplo mitiſſime, mihi veniam atque operam (ſi lubet) dato; vt ſi quid hîcce obſcuri fuerit, illuſtrandum; ſi praui, corrigendum; ſi ſuperflui, recidendum; ſi quid poſtremò deficere vſpiam videbitur, id tuo quodam iure, per eos Theologiæ ſacræ magiſtros, quorum ea iſthic notio eſt, ſupplendum

cu

a *Cap. 14. Geneſ.*

b *Exodi cap. 22.28. & 25. Num. c. 5. vide & Prouer. Salom. cap. 3. verſ. 9. citat Cyril. in Io. Euãg. cap. 92.*

c *Leuit. cap. 13. 21. & 22.*

d *Num. cap. 12.*

cures. Nam qui ſcio non bene fieri, quod occupato animo fiat (ſicuti beatus Hieronymus [a] ad Paulinum ſcribit) quíque me hominem ad errores procliuem ſentio; difficilibus, & confragoſis aliquot locis labi potuiſſe memoriam, à moleſta litium in Senatu iſto criminaliũ atque adeò capitalium diſceptatione quotidiana recentem, & fatigatam, haud quaquam diffiteor: propterea cùm ipſe quoque, itidem vt ille [b], difficillimè bonus iudex legam quod ſcripſerim; ſed aut timidior recto, aut cupidior: ſi tu quid forſitan, mi Villari, aut quiuis alius cui noſtrum iſtud ſyntagma legendum ac expendendum tradideris, hac de re tota (de qua multum, & multa exaraui) melius, aptius, verius nouerit; aut certè probabilius & expeditius quidpiam oſtenderit; equidem diſcere, Auguſtini [c] monitu & imitatione ſum paratus, atque ambabus manibus amplecti: circa illa potiſſimum quæ de ſanctiſſima vnius ac ſolius, non ſolitarij [d] tamen, Omnipotentis Dei perſonarum Trinitate, tribus minimùm ſermonibus [e] huiuſce libri, vt ratione noua, ſic perſpicuis vetuſtorum piorúmque Patrum teſtimoniis quaſi tibicinibus adhibitis ſuffultus explicata congeſſi; nec tanquam in campo ſcripturarum ludens, quemadmodum ille alter de ſe loquebatur, ſed (quod hic [f] multò rectius, vt videtur) in aſpero, atque arduo monte anhelans protuli. Etenim quemadmodum terræ inhærentia me cum illo [g] (licet longè viribus imparem) ſupergredi poſſe confido, ita excelſa mihi nequaquam

a *Epiſt.15.*

b *Hieron. ep. 8. ad finem.*

c *Quæ videbis epiſt. 111. ad Fortunat.*

d *Ita perſæpe Chryſolog. loquitur in ſermo. 57. & 60. in ſym. Apoſt.*

e *Cap. 3. 10. & 12.*

f *Diuus Aug. epiſto. 19. ad Hieron.*

g *Diuus Hieron. in libr. de loc. Hebraic.*

vendico: ex quorum numero totum illud quæſtionum de Trinitate genus eſſe conſtat; quod earum definitione, vt fructuoſius nihil inueniri; ſic neque laborioſius aliquid quæri, nec pericu-loſius alicubi errari, vetuſti Patres ipſi exiſti-mauerint [a]. Nam ſi quis auctoritate beati Cyrilli [b] cõmotus, iis qui, vti decet, in legis verſantur ſcripturis, nihil eſſe difficile cõtederit: ei ego contra reſpondero; cùm ſint plurimi, qui non paruam Theologicis rebus operã nec inutilem nauent, perpaucos tamen eſſe hoc quidem tempore, iſtud Cyrilli (vti decet) qui præſtare velint, aut certè poſſint: propterea quòd iis demũ hanc concedi gratiam, vt ſint ad Theologiam aſſequendam idonei, Cyrillus ipſe alibi [c] docuerit; Qui nempe à carnis affectionibus & immunditia terrena liberati, mentíſque integritate ſint præditi: qui denique veræ pietatis ſe non ignaros, ipſis operibus oſtendant. Præterea tanta, támque profunda illi aſſequi myſteria merentur; qui humiliter, & cum omni ſimplicitate ea crediderint, quæ ſcripturis digito Dei exaratis comprehenſa, tot inſignes pietate ac eruditione patres, miraculis clari, totóque vitæ genere illuſtres, vt circa rem leiturgicam, ſic ad cætera quod attinet, olim profeſſi, mandarunt litteris: non qui ſingula curioſius, Quare aut Quomodo quærentes, nimis audacter diſcutiunt; ac Scepticorum Sophiſtarum, aut Academicorum veterum more, in dubium reuocant. Quos ſanè Cyrillus, illud ſuum (vti decet) in ſacrarum literarũ ſtudiis obſeruare, nunquàm

duce

a *D. Aug. lib.1. de Trin. cap.3. in prin. Tho. in ſum. par. 1. q. 31. art.2. in conſ. conc.*

b *Lib.9. contra Iulianum.*

c *Lib.1. contra Iulianum in principio.*

duceret : quando idem ipſe alio loco [a], profanum,& reiectaneum, omnia curioſius perſcrutari, quæ noſtra indagine inquirere non poſſumus; ſed vltra menſuras cogitationum noſtrarum ſita ſunt,ex Porphyrio docuit. Diuina verba modis non penſemus humanis,ait de Dominica natiuitate agens Chryſologus [b]; &, ſeponendus eſt humanus ſenſus,vbi totum quod dicitur,eſt diuinum. Et alibi [c], nemo iudicet humano modo, quod diuino geritur ſacramento; nemo myſterium cœleſte diſcutiat ratione terrena. Certè qui ſcire deſiderat altiora, recurrat ad legē: per legem,legis ſciētiam quærat;auctoris factum,auctoritate cognoſcat. Iam verò,ſi in humana Chriſti generatione, ſi in reliquis ad fidem noſtram pertinentibus myſteriis, Apoſtolico ſymbolo comprehēſis, meritò dictum iſtud exiſtimari debet; vt quod homo credere iuſſus eſt, diſcutere non præſumat, humanámque curioſitatem torpeſcere debere, vbi ſupernus habetur interpres [d]: quanto veriùs ac iuſtiùs in ipſo æternæ Verbi generationis,totóque diuinæ in Trinitate perſonarum ταυτότητος [e] ſiue vnitatis ſecreto pronunciabimus; ſcripturas quidem ſcrutandas (quod ſanè præcipiebat Dominus) ſed his etiam acquieſcendum; vt altiora nobis non quæramus, Deum timeamus: hoc eſt,quæ Deus ipſe reuelarit ſeu traditione,ſeu ſcripto; ea credendo intelligamus, deitatis perſcrutari ſecretum refugiamus: quod ille meretur ſcire,qui timet ſcire; dicente apud Eſaiam [f] Domino, Super quem reſpiciam, niſi ſuper humilem &

a *Lib.3.cōtra Iul.*

b *Pet.Chryſ. Archi.Rauē. ſerm.146.vide & ſer.67. ad finem.*

c *Serm.148.*

d *Ser.143.apud Petrum Chryſol.*

e *De qua Cyr. in de recta fide ad Reginas ex 17.cap.Euāg. ſecund. Ioan. ſed & lib.1. in Ioā. cap.2.*

f *Init.cap.66 iuxta 70. explicāte Chryſ. in ſerm.143.*

manſuetum, & trementem verba mea? Quamobrem ſicuti è Græcis rectè ac propemodum diuinè Cyrillus[a], valdè profanum & ſummè impium ſcripſit; curioſius ſummam noſtram exquirere, quomodonam, & quæ Trinitas, & quomodo per ſe natura diuinitatis habeat: ſic è Latinis quoque non minus eleganter Apoſtolicum ſymbolum explicans Chryſologus[b]; Audi Patrem, inquit, vt ſentias, intelligas, credas, non diſcutias Filium; & quia eſt, confitearis; non vnde, & quando, & quomodo ſit, temerarius perſcrutator inquiras: hinc eſt quod tibi cœleſtis ſermo, vt annũciet Patrem, mox te ad Chriſtum, ad Ieſum, ad Filium, ad vnicum Dominum noſtrum tota mente tranſmittit; vt cùm videris, eius quæ ſunt humana te nec aſſequi poſſe, nec æſtimare, nec capere; non audeas, eius quæ ſunt diuina contingere. Prudentiſſimè itidem diuus Ambroſius[c], nihil eſſe inſipientius memorat, quàm de maieſtate Dei argumenta diſcutere, quæ quæſtiones magis præſtant, quàm ædificationem Dei, quæ eſt in fide. Quod equidem telũ aduerſus me retorqueri iure ne poſſet, operam ſedulò dedi, quantam potui; vt quod nobis edictum de ſumma Trinitate & fide Catholica Iuſtinianus Imp. propoſitum ſui Codicis initio voluit, hoc intelligendo (quatenus in me quidem eſſet) aſſequi, ac dein explicare aliis eniterer: iſto intereà ſeruato modo atque ratione, quaſi quodã curſu nauigationis: vt ad quem ſcopulum temerè impingentes hæretici, variis ſuarum quiſque (humanarum ſcilicet) opinionum

a *Lib. 3. dial. de Trinitate.*

b *Serm. 62.*

c *Cap. 3. libr. 4. de fide.*

num

num fluctibus iactati, Arius, Sabellius, Photinus, Macedonius, Eunomius, alij, naufragiũ fecerant; littus ipſe ac oram legendo, quò Clemẽs Romanus põtifex, diſcipulus Apoſtolorum doctiſſimus, clauum tanquam in puppi tenens, nauigium noſtrum dirigeret, eo me ſenſim deduci paterer: adiuuantibus potiſſimùm remigio ſuo vetuſtis illis patribus, Græcis quidem Dionyſio, Cyrillo, Athanaſio, Baſilio; Latinis autem Hilario, Ambroſio, Hieronymo, atque Auguſtino: vt Tertullianum interim, Cyprianum, Victorinum, Phoebadium, Clarum, itémque Clementem Alexandrinum, & Iſidorum Peluſiotam, ac pleroſque auxiliares alios taceam; quorum omnium de Trinitate ſcripta Eccleſiæ Catholicæ iamdudum probata, & inprimis commendata eſſe non ignorarem. Sanè in aliquot ſcripturæ Sacræ locis obſcurioribus, quæ (ſalua fide qua imbuimur) alias atque alias parere ſententias poterant; ſemper quidem beati Auguſtini [a] præceptum illud probaui; quo iubet, vt in nullam earum nos præcipiti affirmatione ita proiiciamus, vt ſi fortè diligentius diſcuſſa veritas eam rectè labefactauerit, corruamus: non pro ſententia diuinarum ſcripturarum, ſed pro noſtra ita dimicantes, vt eam velimus ſcripturarum eſſe quæ noſtra eſt; cùm potiùs eam quæ ſcripturarum eſt, noſtram eſſe velle debeamus. Verumtamen hoc quoque interdum indulſi mihi, vt eam quæ animo primùm occurrerat, ſi vnius ex illo ſancto Patrum ſenatu cuiuſpiam authoritate ſuſtentatam atque

[a] *Libr. 1. de Geneſ. addit. cap. 16.*

adminiculatam reperirem, quæ propiùs ad veritatem, habita idiomatis aut locorum aliorum collationis ratione, videretur accedere; hác ipſe, ſine alterius fortaſſe melioris expoſitionis præiudicio, ſententiam atque interpretationem lubens quidem, ſed (iuxta ipſum eiuſdem Auguſtini[a] conſilium) nihil temerè affirmans ſequerer: vnius ponderi plus tribuendum, quàm cæterarum omnium numero deferendum eſſe arbitratus. Nam cùm diuinos libros legimus, equidem cum illo, in tanta multitudine verorum intellectuum, qui de paucis verbis eruuntur, & ſanitate fidei Catholicæ muniuntur; id potiſſimùm eligendum eſſe ducimus, quod certum apparuerit eum ſenſiſſe, qui ſcripſerit. Ergo de Dauidico illo (Dominus à dextris tuis, exempli gratia) itémque Moſis altero iſto (Pluit Dominus à Domino) ita quidem octauo & nono ſermonibus à me diligenter actum eſt; vt ſi communem auerſatus opinionem, à vero ſenſu longius abfuerim (quod profectò ne ipſum quidem arbitror) à pietatis tamen regula (vt fore confido) minimè deerrarim. Qua de re tuum inprimis, & illorum Theologorum iudicium eſſe volui; quippe qui ſciens aut me ipſe, aut alios fallere neutiquam ſtatuerim. Hoc ipſum, atque adeò multò magis (vt longè grauior etiam res eſt) de iis dictum exiſtimato, quæ ad ſanctiſſimarum Trinitatis in diuinitatis vnitate perſonarum diſtinctionem (quatenus tamen hoc humanarum virium eſſe myſterium potuit) explicandam, ſermone decimo ac etiam duodecimo attulimus. In quibus

[a] Cap. 20. eiuſdem libr. vide & libr. 6. ad fin.

&

& illud, quatenus in Trinitatem numerus cadat; vtrùm miſſio, ſubiectio, & obſequium ſiue obedientia & quatenus de ſecunda in primam Trinitatis perſonam dici, atque intelligi debeat. Circa quæ, vt vetuſtos aliquot Patres inter ſe, qui diſſidere videbantur, conciliarem, non leuem, aut perfunctoriam vltimo capite operam poſui: quam non inutiliter inſumpſiſſe tunc mihi videbor, cùm vos quoque ita cenſueritis: itémque circa illa quæ de his ἀνενδεοῦς, ἀβασιλεύτου, ἀδεσπότου, appellationibus, vtrùm ſoli peculiariter Patri à Clemente Romano aſſignentur, & an ratione aliqua videri poſſint ipſum Patrem à Filij perſona diſtinguere, diſceptauimus. Ac de his quidem omnibus, quod pauciora quàm poſſem, dixeram: qui vellem nec ſermones huius libri meos eſſe longiores, ne lectori tædium afferrent, nec plures numero quàm duodecim; illa ſcilicet ratione, quoniam intra menſem duodecimum (vt initio dixi) totum ſyntagma iſtud quantulumcumque id eſſe exiſtimabitur, abſoluiſſem: viſum poſt paulò quàm ad te hoc miſeram, latiùs ex animi noſtri ſententia diſſerere, ad communem, vt ſpero, ſi non Theologoſophorum certè Philologorum vtilitatem. Hoc totum quale ſit, quod in ſatyram, ad lectorem quam dedi, cõgerere libuit; tu potiſſimùm, Villari clariſſime atque chariſſime (quibus ad rem iſtam diiudicandam artibus optimè inſtructus es) ac dein per te illi Theologi cognoſcẽt, pérque vos (ſi liceat) alij de iſta opella noſtra déq; toto ſyntagmate, quod typis mandatum ac publicatum voles,

voles,id quod videbitur ſentient:dum tamen de noſtra in Deum Opt.Max. & ſanctam ipſius Eccleſiam pietate,ne tãtillum quidem addubitent. Quod ſcio te,qui me noſti, non facere:quamobrem & amamus mutuò inter nos , & quandiu licebit,amabimus.Equidem non ob dignitatem iſtam pontificiam(quam tibi ſummo tuo merito nuper collatam Chriſtianiſſimum Regem voluiſſe , interim gratulor) non ob illa ſanctæ doctrinæ rara exempla , quæ (vt initio memoraui) cùm edere in publicum nõ ceſſes, in admirationem tui iuſtiſſimam cæteros omnes rapiunt;ſed ob iſtos potiſſimùm ingenuos mores,totámque vitæ rationem verè Chriſtianam , ac minimè fucatam , ſemper te ad Chriſti Domini laudem (quod poterit) Antiſtes optime , facturus ſum maximi propterea quod in præceptis maiorum, quæ ſeruanda diuus Ambroſius [a] monet , vt nec hæriditaria ſignacula rudis auſi temeritate violemus;vltimum iſtud non fuiſſe, ex Athenagora procernm noſtrorum mores deſcribente comperi : ὅτι οὐ μελέτῃ λόγων, ἀλλ' ἐπιδείξει καὶ διδασκαλίᾳ ἔργων τὰ ἡμέτερα. Deus te diu Eccleſiæ tibi concreditæ ſeruet incolumem:tu verò in quotidianis ad ipſum precibus & obſecrationibus(ſi dignum & ex officio tuo eſſe iudicas)eorum qui tibi optimè cupiunt, quorum hac quidem in re cedam nemini,recordator , ac nos amare pergito.Datum in San-ioriano noſtro , Calend. Auguſti 1587.

a *Cap.7.libr. 3.de fide.*

AD

AD PETRVM FABRVM
SAN-IORIANVM SENATVS
Toloſani Præſidem.

EN FABER hic tibi qui multa eſt fabricatus in æde
Romanæ Themidis, tigna & vitioſa vetuſta
Reſtituit carie, quã indocti inuexerat olim
Barbaries ſæcli: Romani & regula Iuris
Quicquid iniqui habuit, recta exæquauit amuſſi;
Docta & cui nunquam ceſſauit fabrica; cuique
Eſt vni lucus Muſarum cæduus, adſit
Pulchra in materie Faber vt pulcherrimus: hic pars
Magna, Toloſa, tui; & magnorum gloria Fabrûm
Nunc opus ecce mouet maius, nec ſe amplius ille
Materie, vt par eſt, terrena continet; immò
Diuinus diuina petit, diuinàque ſolers
Ferramenta ciet, Fabrámque recolligit artem
Vt Faber hæc diuina dolet quoque robora fabrè,
Ornamentum equidem magnum tibi (ſi tua noſti.)
Quantis hæc adeò molitur veſtibus, & quas
Ille trabes Roma & priſcis reſcindit Athenis,
Nempe ipſum teſtatur opus. Sed quàm facile iſta
Scripſerit; etſi omnes ſupra ſeſe ardua cœlos

Ma

Materies tollens, artem ſupereminet omnem,
Sæpe & ſeſe aliis ſubducit lubrica fabris,
Teſtis ego. Namque affecto me tempore noſtra
Quo vacat; & paulùm intermiſſis Curia curis
Reſpirat, (quippe ille vrbis tum carcere liber
Euolat, & ruri Muſis comitatus amœno
Hæret, inexpletum libros ſcribénſque, legénſque)
Et viſiſſe illum memini, atque hæc ipſa mouentem;
Audiſſe & ſacris memini tractare diebus
Hæc ſolitum diuina, animus mortalia linquens
Dum penitus cœlo affixus, dum plena Deo mens,
Sed quis erit modus? aut quæ nunc victoria reſtat:
Ni teipſum certè vincas? nunquam optime ceſſas
Præſes, diuina ingenij vis namque beati
Sæpe ſuperfœtat multa tibi fertilis arte.
Nimirum Aſſyriis veluti mala optima ramis
Nunquam interrupto ſubeunt properantia fœtu,
Vno & naſcuntur, fiunt matura, cadúntque
Tempore, prægnánſque aſſiduè nulla otia nouit
Aeternùm diues pomis fœlicibus arbos,
Ingenij ſic clara tui monimenta perenni
Ipſa etiam ex ſtudio lauros latura perennes;
(Non Sanctoiori pridem quas vidimus hortis,
Sed quas ingentis tibi ſeuit gloria famæ
Plus duraturas Syria, mihi credito, lauro?
Nunquam interrupto ſubeunt properantia fœtu
Vno, & naſcuntur, fiunt matura, cadúntque
Tempore, nec libris requies datur vlla renatis.
Verum hæc ingenij præſtantibus inſita honeſta eſt
Ambitio, aſſiduum nulla requiete laborem
Vt mutare velint, immaturámque paciſci
Mortem, immortali nunquam pro laude recuſent.

Ergo

Ergo age in æternam incumbens ne defice famam,&
Iam magnus,maiora para.Tu laudis auarus
Quam vita benè credis emi,te vt ſcilicet vno
Præcipuè (nec enim reliquos excludere Fabros
Eſt animus;te præſertim te maxime Vide,
Vide,meæ decus ô patriæ ſuadaque medulla)
Perpetuo gens Fabrorum mactetur honore.

Gabriel Terlonius in eodem Senatu
Conſiliatius Regius faciebat.

CENSVRA THEOLOGORVM PARISIENSIVM.

TRACTATVS Dodecamenon ſeu de Dei nomine atque attributis, plurimæ lectionis & variæ eruditionis authorem nactus, nihil prorſus habet Catholicæ veritati, vel morum ſynceritati repugnans. Habet autem non pauca, quæ rerum diuinarum ſtudioſis, non ingrata neque iniucunda futura ſint. Dignum ergo qui publica luce frueretur, cenſuimus. Lutetiæ, anno Domini. 1587. die 12. Nouemb.

FRANCISCVS ROLLE Regulani cœnobij Camerarius.

FRANCISCVS FEVARDENTIVS Minoritani conuentus Sueſſionenſis Gardianus.

IO. DADRAEVS Rothomagenſis Eccleſiaſtes ac Pœnitentiarius.

IO. BOVCHER Pariſienſis Procancellarius.

SVMMÆ SINGVLORVM HVIVS LIBRI SERMONVM SIVE CAPITVM.

CAPVT I.

1. *A Deo auſpicanda præclara omnia.* 2. *De Dei & Ieſu Chriſti nomine.* 3. *De hoc vocabulo Deus, & cæteris Dei appellationibus.* 4. *De Potentis atque Angeli magni conſilij epitheto, quod Chriſto tribuitur.* 5. *Nominum ſocietas in Patre ac filio Deo, vel proprietas.* 6. *Patris appellatio, vtrũ Filio, ſanctóque Spiritui conueniat.* 7. *Nomen pro perſona, vel re ipſa, cuius id nomen eſt.* 8. *Vtrùm nomen Domini ſeu Dei, Chriſtus, expoſitis Irenæi ac Hieronymi locis.* 9. *De Chriſti nominis etymo, aduerſus Iuſtinum Martyrem: ex huius verbis macula ſublata.* 10. *Beatus Auguſtinus notatur.* 11. *Quanti habenda vetuſtorum Patrum teſtimonia.*

CAPVT II.

1. *Deus quâ incomprehenſibilis, & ineffabilis.* 2. *Cur Deo non ſit proprium nomen: allatæ à Iuſtino Martyre, ac Mercurio Triſmegiſto rationes confutantur.* 3. *Deum Moſi nomen ſuum indicaſſe, aduerſus Iuſtinum.* 4. *De nomine, Qui eſt, Dei proprio.* 5. *Deum, qui, quòd ſit vnus, nomine opus non habeat: ſilentio adorari.* 6. *Moſis locus aduerſus Iuſtinum expoſitus.*

CAPVT III.

1. *Prohibitione diſputationis de fide, locorum ſcripturæ obſcuriorum varias interpretationes non excludi.* 2. *Verum vel verè Deum eſſe, aut ſolum vel vnum*

Deum eſſe dici: quò ſpectet. 3. *Clementis Alexandrini locus emendatus, & explicatus.* 4. *Diuinitatis nullum ſimulacrum ſenſile colendum: ſed Chriſtum veram & ſubſtantialem formam, ac plenam viuámque imaginem Patris inſenſilem: per quam ipſum infinitum cognoſcimus.* 5. *Alter Clementis Alexandrini locus de Deo creatore ſolo, explicatus: Tertulliani teſtimonio adhibito.* 6. *Dei nomen quâ incommunicabile.*

CAPVT IIII. 1. *Quâ Deus ſe eſſe eum qui eſt, apud Moſem dixerit, aduerſus Iuſtinum Martyrem.* 2. *Quamobrem nihil verè ſit, niſi vnus Deus.* 3. *Deum ab æterno immutabilem, & ſemper eodem modo, & eundem, ſuperſubſtantialiter ſe habere: cui Erit, vel Fuit, propriè non conueniat.* 4. *E Chryſoſtomi Liturgia locus explicatus, & fortaſſe caſtigatus.* 5. *Deus vt vbique ſit.* 6. *De Angelis: cur eſſe propriè non dicantur.* 7. *Ariſtotelis verba quædam explicata.* 8. *A Deo cætera omnia, id quod ſunt participatione quadam habere: quamobrem propriè veréque non eſſe.* 9. *Deum eſſe omnia quæ ſunt.* 10. *Deum infinitum eſſentiæ pelagus, totum ſimplicem æqualémque eſſe, ac vbique totum permanere, idquod eſt: nec aliud eſſe: ſed ipſum eſſe ſuam eſſentiam, & naturam: in qua nihil ſit accidens.*

CAPVT V. 1. *De nomine Dei tetragrammato, ex B. Thoma.* 2. *Item ex Dauide; cuius loci plurimi, præter vulgarem opinionem, ex Hebræo authentico explicantur.* 3. *Idaacius Clarus leuiter notatus.* 4. *Verſus octauus Dauidici Pſalmi* XCV. *expoſitus.* 5. *Item verſus tertius Pſalmi* CXXXVII. 6. *De nomine Iehouæ, & Qui eſt: locus apud diuum Martialẽ reſtitutus.* 7. *Verba iſta, Hoc nomen meum eſt in æternum, ex cap. 3. Exodi, quò pertineant.* 8. *Ante Moſen Iehouæ nomen re-*

uelatum

uelatum nemini. 9. Eſaiæ locum de Iehouæ,non de Hu nomine, accipiendum. 10. De illo ipſo Danielis & Iudith loci expoſiti. 11. Geneſeos cap.14. extremo verba explicata. 12. De ſeptuaginta interpretibus, & Iudæorum tum circa Iehouæ nominis ſuppreſſionem ſuperſtitioſa traditio,tum circa eius notationem error.

CAPVT VI.

1. Prolepſεως ſiue Anticipationis aliquot apud Moſen exempla, cùm in aliis,tum in Iehouæ nomine. 2. Iehoua nomen quâ ab æterno. 3. In ſacris libris variè Nominis vocabulum vſurpari:& apud alios itidem auctores. 4. Nomen Dei Chriſtus. 5. Nomen pro perſona,& verbum pro re. 6. Deus Pater,quâ per Chriſtum manifeſtatus. 7. Meſſiæ filij Dei nomen, quomodo ab æterno.

CAPVT VII.

1. Adhuc de illis verbis, Ego ſum qui ſum: & comparatus Gregorij Nazianzeni locus cum aliis veterum teſtimoniis. 2. De nomine Iehouæ tetragrammato. 3. Quamobrem id à veteribus Ineffabile appellatum. 4. Honor Iehouæ ac Ieſu Chriſti nominibus exhibendus, aliiſque rebus ad Chriſti memoriam pertinentibus. 5. Benedicere, pro Maledicere, per antiphraſin. 6. Beatus Auguſtinus in tranſcurſu emendatus. 7. Septuaginta notati, circa nominis Iehouæ tranſlationem, aut prætermiſſionem, aliquot locis.

CAPVT VIII.

1. Explicatur aliter, ac vulgò ſoleat, verſus ille Dauidicus, Dominus à dextris tuis: è Pſalmo CIX. *2. Verba quædam apud diuum Hilarium correcta. 3. Præteritum pro futuro* κατὰ πρόληψιν, *in ſacris libris. 4. Deum Patrem de ſe in tertia perſona loqui, ex idiotiſmo Hebraico: in his Dauidicis verſibus, Virgam virtutis,& iurauit Dominus: quod alij non perce-*

perint. 5. Patrem Deum, Filium Dominum : cùm de vtroque ſimul agitur, nominari. 6. Tertulliani locus expenſus: tum quod ad fidei, tum quod ad lectionis veritatem attinet. 7. Septuaginta leuiter notati.

CAPVT IX.

1. Septuaginta interpretum auctoritatem, quorum tranſlatio à beatis Euangeliſtis ac diuo Paulo tolerata potius quàm probata fuerit, Hebraicæ veritati non præſcribere. 2. Dei & Domini vocabula quemadmodum Patri & Filio tribuantur. 3. Noua ratione explicati verſus duo, Sedes tua Deus, &, Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, &c. ex Pſalmo XLIIII. *& item ille, Dominus in cœlo ſedes eius, è Pſalmo* X. *& alij nonnulli, é Pſalmo* LVIII. *4. Dei vocabulum in contextum Latinum è gloſſemate perperàm irrepſiſſe videri in verſ. Et concupiſcet, Pſalm.* XLIIII. *5. Veterum interpretatio ad illud Geneſeos, Pluit Dominus à Domino. 6. Emendatus obiter Vincentius Lirinenſis. 7. Item diuus Hieronymus. 8. Noſtra ad eundem illum Geneſeωs locum interpretatio: cui fauet veterum quoque aliquot Patrum auctoritas. 9. Reſtitutus obiter Caſſiodori locus. 10. Quid ſit, Aperta manus Domini, quid occulta. 11. Pluendi verbum in ſcriptura ſacra, quid oſtendat.*

CAPVT X.

Explicata nonnulla Dei attributa, ex quadam apud beatum Clementem oratione liturgica. 1. Ἄναρχος γνῶσις. 2. πρῶτος τῇ φύσει. 3. ἀΐδιος ὅρασις. 4. Quâ Pater Filio prior aut maior : & quâ Filius Patri ſubiectus. 5. Filius, non Pater, & Angelus, & Miſſus. 6. ἀδίδακτος σοφία Pater: Filius ζῶσα καὶ διδακτὸς σοφία, quatenus genitus. 7 κρείττων παντὸς ἀριθμοῦ: ad quod, de vnitate Trinitatis, plurima. 8. Correctus apud Cerealem locus. 9. Iſidorus Peluſiota quodam loco emen-

datus:

datus: & explicatus. 10. *Ruffinus Aquileienſis caſtigatus, altero.* 11. *Explicatus aliter atque ab interprete Mercurij Triſmegiſti locus.* 12. *Patrem propriè dici eſſe ſupra omnem numerum: quod ipſi vnitas propriè tribuatur.*

CAPVT XI.

1. *Vtrùm Deus* νόμος τῶν ὄντων*: & quâ* νόμος *ſimpliciter.* 2. *Hilarij caſtigatus locus.* 3. *Deus menſura rerum, pondus, ordo, & numerus.* 4. *Chriſtus viua lex.* 5. *Deus* μόνος τῶν ὄντων*: emendato ad hanc rem beati Clementis in liturgia loco.*

CAPVT XII.

1. *Damaſceni locus obiter emendatus.* 2. *Pater* ἀγέννητος. 3. *Loci* ἐκ τοῦ ἀγεννήτου καὶ ἀγενήτου *differentia, præter mentem interpretum, apud Cyrillum, Damaſcenum, & Thomam expenſi: & item alius apud ipſum Damaſcenum caſtigatus.* 4. *Diui Hilarij locus correctus.* 5. Ἀνάρχου *appellatio, quâ propriè Patri, quâ Filio tribuatur.* 6. *Locus in beati Marci liturgia obiter emendatus.* 7. *Alius apud Proclum caſtigatus.* 8. *Item apud Gregorium Bæticum vnus.* 9. *Denique alius apud diuum Hilarium.* 10. ἀνενδεὴς *Pater, an & Filius?* 11. Ἀμεσιτεύτως *quid ſit apud beatum Clementem: & hîc ab Scoliaſtæ opinione diſceſſum.* 12. Ἀδέσποτος καὶ ἀβασίλευτος *Pater, vtrùm habita Filij ratione intelligatur.* 13. *Filius quâ Patri ſubiectus: quâ Angelus & miniſter, quâ obediens: & circa hoc expenſa Gregorij ac Damaſceni verba: oppoſito diui Cyrilli teſtimonio, quod probamus.*

ELOGIA.

Pſalm.28. *Afferte Domino (Iehouæ) gloriam nomini eius.*

Pſalm.33. *Magnificate Dominum (Iehouam) mecum, & exaltemus nomen eius in idipſum.*

Pſalm.43. *In Deo lætabimur tota die ; & in nomine tuo confitebimur in ſeculum.*

Pſalm.21. *Narrabo nomẽ tuum fratribus meis, in medio Eccleſiæ laudabo te. Qui timetis Dominum(Iehouam)laudate eum.*

DODECAMENON

PETRI FABRI SAN-IORIANI CONSILIARII REGII, ET IN Toloſano Senatu Præſidis: ſiue DE DEI NOMINE, atque attributis, Liber ſingularis.

CAP. I.

A NOMINE Dei Optimi, Maximi, qui ad librum Semeſtrium tertium inchoandum, & conſummandum, his tam luctuoſis (vtinam ne vltimis) Galliæ noſtræ temporibus animos atque otia fecit, facturus eſt; Quod ipſe bene vortat; eorum quæ quotidie retractamus atque digerimus, aut recenter (vti ſe res offerunt) commentamur, editionem in vulgus atq; publicationem auſpicabimur. Atque hoc quidem, non imitatione Gentilium; qui vt rerum agendarum initium, ita dicendi quoque ac ſcribendi à precationibus; priſci quidem Oratores

ab Ioue, excellentiſſimi quique Vates à numine aliquo capiebant[a] :ſed etiam atque adeò multò potius procerum noſtrorum (primiceriorum ſcilicet Chriſtianorum) auctoritate commoti, quorum ſimplex quidem ſermo ſed ſub illa ſemper,aut plurimum exceptione,habitus fuiſſe perhibetur ; Si Deus , ſi Dominus voluerit: Quod Deus dederit , Deus videt, benefaciat; & alia his ſimilia pleraq; omnia[b] .Quid quod vnus è Chriſtianis Philoſophis grauiſſimus antiſtes Syneſius[c] ,hoc ita faciendũ prçcipit?Θεὸς ἡγείσθω (inquit)παντὸς ἔργου καὶ λόγου : ac meritò quidem; propterea quod,ſicuti ſine Dei ope , conſilio & honore,nihil ritè , nihílque prouidenter(Plinio teſte[d]) homines auſpicari queunt : ita rurſum, ἂν αὐτὸς ὁ Θεὸς ἡμῖν ἐφηγῆται , (vt ait Plato[e])nihil tam difficile,atque abſtruſum ; quò non illa vis mentis atque animi agitãte Deo calefacta penetrare poſſit : Θεοῦ δείξαντος ἀρχὴν οὐδὲν δὴ τὸ κώλυον, auctore Pindaro. Quod ſi in minimis quoq; rebus,diuinũ præſidium implorari debere , Plato in Timæo cenſuit;ſi patrum noſtrorũ memoria (hoc inquam & ſuperiore ſæculo)doctores iuris & forenſis vſus prudentiam profeſſi , conſultationibus atque reſponſis de iure ſuis (exemplo ſanè laudabili)numinis inuocationẽ præponere ſoliti:quid nobis,quæſo,faciendũ erit ; cùm de ipſius etiam Dei nomine ſelecta quædã , ac minimè protrita, forſitan etiam(vt nõnullis videri poterit)παράδοξα ſtatim proponere certum habeamus ? Nempe inuocandus rerum omnium parens Dominus : quo prætermiſſo nullum ritè fundari

a *Val. Max. in Proœm. lib. 1. Demoſth. aduerſ. Æſch. Plin. 2. in ipſo initio Panegy. Cic. in Diuin. ex quo Seruiꝰ notat vetuſtũ hũc morẽ ad illa Virgi. Dij noſtra incœpta ſecũdent, & præfatus diuos ex 7. & 11. Æneid.*

b *Vide Tertu. aduerſ. Praxeam ſub initio, in de teſtim. animæ in princ. & in Apol aduerſ. Gent. cap. 17. Minutiũ denique felicem in Octauio, fol. 233. Rom. exempl.*

c *Epiſt. 13.*

d *In Panegy. Traiani.*

e *In Epinomide.*

fundari exordium, Seuerinus quoque Boëtius [a] tradidit; & cui ſoli laus, gloria, & gratiarum actio perpetua.

a Li. 3. de cõſolat. Philoſ.

SEQVITVR illud, vt inſtituti noſtri ratione paucis explicata, non iniuſtam alioqui prorſus futuram ſeueriorum quorundam hominum (κακοςομάχους enim Zoilos minimè reformido) reprehenſionem poſſim aut lenire, aut retundere. Dicunt, vetus & verum illud verbũ eſſe, Tractent fabrilia fabri; cuius vel ipſa me noſtri nominis ſimilitudo ſemper cõmonefacere debeat: quamobrem quæ Theologorum ſunt peculiari quodam iure propria, ab illorum tractatione procul eſſe alios, tanquã prophanos, oportere. Verum enimuerò non ego alia etiam curare, quàm quæ ad nos attinent, in animo habeo; de illis quæ noſtri fori non ſunt, mihi nullam præſumere, omnem iis quorum ea iuriſdictio eſt, ἀνάκρισιν atque cognitionem relinquere certum eſt. Campum quippe iuriſprudentiæ, hiſtoriæ, philoſophiæ, ſatis amplum eſſe video; in quo decurram, exercear, atque etiam defatiger: nec tam læua mens animi mihi, de alienis poſſeſſionibus inuadẽdis vt cogitem. Quod ſi vel in iſto, vel in aliis horumce librorũ locis è ſanctorum Patrum ac Theologorum veterum ſcriptis (cùm ſed at occaſio) teſtimonia depromam, illuſtrem, ac deterſis librariorum maculis, priſtino & genuino colori reſtituam, veritatíque aſſeram ſuæ; nihilo magis tamen hoc mihi ſumo, vt velim Theologũ adhuc agere: quanquã non deſpero, quin (ſi Deus Opt. Max. annuerit) aliquãdo valeã.

Nunc verò, vt maximè iuris Pontificij (quod ipſum ad ſacra ſemper, & ceremonias, cultúmque Dei, atque àd voluntatis ipſius interpretationem pertinuit) ſine Theologorum vlla iniuria, ſi non peritiam aliquam eximiam, tractandi certè illius prouinciam, aut facultatem arrogare poſſim; vel idcirco quoniam iuriſprudentiam non humanarum modò, ſed etiam diuinarum rerum notitiam eſſe veteres etiam Iuriſconſulti [a] tradidêre: non alius tamen ipſe quàm Philologus, & iuriſprudentiæ inprimis, totiúſque veteris hiſtoriæ illuſtrandæ ſtudioſus haberi cupio. Quàm àd rem dum iter affecto, nihil porrò alienum à meo illo Reip. inſeruiendi voto [b], ac munere à me factum arbitror.

a *Vlpia. l. iuſtitia. 10. de iuſt. & iure.*

b *De quo in præf. ad comment. reg. iur.*

In Domini & Saluatoris noſtri hoc ſalutari & ſacroſancto duplici nomine, Ieſus Chriſtus, longè antequàm illud verbum vnigenitus Dei ſummi filius humanam carnem propter ſalutem noſtram aſſumeret, à vetuſtis Prophetis [c] prænuntiato; alterum proprium, alterum appellatiuũ Tertullianus agnoſcit, aduerſus Praxeam; cùm ita ſcribit, Itaque Chriſtum facis patrem ſtultiſſimè; qui nec ipſam vim inſpicias nominis huius; ſi tamen nomen eſt Chriſtus, & non appellatio potius: vnctus enim ſignificatur. Vnctus autem non magis nomen eſt, quàm veſtitus, quàm calceatus; accidens nomini res: & ſtatim, ſiue Ieſus tantummodò poſitum eſt, intelligitur & Chriſtus; quia Ieſus vnctus eſt: ſiue ſolummodò Chriſtus, idem eſt Ieſus; quia vnctus eſt Ieſus: Quorum nominum alterum eſt propri

c *Zacha. c. 3. in hoc citatũ, vide apud Lact. cap. 14. lib. 4. Inſt. Itẽ Abac. ad extremũ ca. 3. Item Dauid Pſal. Memento. 131. verſ. 10. & 18.*

prium,quod ab Angelo impoſitum eſt; alterum accidens,quod ab vnctione conuenit. Dei verò nullum proprium nomen; ἡ θεία φύσις (ait ad Theodoſium Iſidorus [a])ἀκατονόμαστος:cuius enim ſubſtantia (vtpote ὑπερούσιος) cogitatione hominum comprehendi nequit; ipſe quoque nuncupari vero,quódque ſit τοῦ πράγματος δηλωτικὸν,vocabulo nullatenus poteſt: τὸ θεῖον ἀκατάληπτον ὄν, inquit Damaſcenus [b] πάντως καὶ ἀνώνυμον ἔσται: & ſtatim, καθ' ὃ μὲν οὖν ἀκατάληπτός ἐστι, καὶ ἀκατονόμαστος: & longè anteà Tertullianus [c] noſter in eandem ſententiam, nomen Dei proprium edici non poſſe ſcripſerat; quoniam non poſſit nec concipi.Id enim nomine continetur(inquit)quicquid etiã ex naturæ ſuæ conditione comprehenditur. Nomen enim ſignificantia eſt eius rei,quę comprehendi potuit ex nomine,&c.quæ ſequuntur. Et poſteà de Deo; id enim quod eſt (ait) ſecundum id quod eſt, nec humano ſermone edici, nec humanis auribus percipi;nec humanis ſenſibus colligi poteſt. Arnobius [d] item alicubi,nihil de Deo dici & exprimi mortalium poſſe ſignificatione verborum: qui vt intelligatur, tacendum eſt; atque vt per vmbram ipſum poſſit errans inueſtigare ſuſpicio, nihil eſt omnino mutiendum. Denique beatus Auguſtinus [e],Iubilum ſonus quidam eſt(ait) ſignificans cor parturire, quod dicere non poteſt: Et quem decet iſta iubilatio, niſi ineffabilem Deum? Ineffabilis enim eſt,quem fari non potes; & ſi eum fari non potes, & tacere non debes, quid reſtat, niſi vt iubiles? Atque hi quidem omnes poſt

Plato

a *Iſid. Peluſiota,ep.453. poſt Gregor. Nazianzenũ ἐν τῷ περὶ υἱοῦ.*

b *Cap.16.lib.7.de fid. orth.*

c *De Tri.vide & D. Aug. lib.5. de Gen. ad litteram.*

d *Lib.1. adu. Gent.vide & Triſm. in Pimand.& Dauid cùm ait, Tibi ſilentiũ laus.*

e *Enar. in Pſal.32.ad illud. In iubilatione cane.*

Platonem[a]; cuius verba in eandem ſententiam à Theodoreto[b] relata memini: ſic ferè, Τὸν γὰρ πατέρα καὶ ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς, εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἐξειπεῖν ἀδύνατον.

MVLTÆ tamen ac variæ appellationes Dei, quas cognominis verbo Tertullianus[c] deſignauit: quo loco, Auguſtus imperij formator ne Dominum quidem dici ſe volebat; & hoc enim Dei eſt cognomen. Quæ verba ſic accipe; vti ne ipſum quidem Dei vocabulum, tanti támque inacceſſi, & (vt idẽ ille[d] loquitur) incomprehenſibilis atque inæſtimabilis hominibus luminis numiníſque nomen eſſe proprium ducas: nõ magis, quàm illa Creatoris, Domini, Patris, Omnipotentis, &c. quæ ſunt ex operibus & benefactis ductæ appellationes; ſed potius inſitam à natura opinionem hominum de re, quæ explicari oratione non poteſt, ita demonſtrari exiſtimes. Vnde huic quoque vt reliquis, pronominis vocabulum, ea ipſa de re agens beatus Irenæus[e] tribuit. Huc pertinet, quod Iuſtinus[f] idem Philoſophus eruditiſſimus, & idẽ Martyr: τὸ δὲ πατὴρ καὶ Θεὸς (ait) καὶ κτίστης, καὶ κύριος, καὶ δεσπότης, οὐκ ὀνόματά ἐστιν, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν εὐποιϊῶν καὶ τῶν ἔργων προσρήσεις: & ſtatim, καὶ τὸ Θεὸς προσαγόρευμα οὐκ ὄνομά ἐστιν, ἀλλὰ πράγματος δυσεξηγήτου ἔμφυτος τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων δόξα. Poſſem hoc ipſum & Tertulliani[g] alio quodam loco, & Procopij ad Eſaiam, & Dionyſij[h] teſtimoniis illuſtrare, ſed nolo eſſe nimius; & cùm ſatis habeã, ſi quod antè protuli, non à me fictum aut profectũ, ſed à vetuſtis patribus deſumptũ probem: Illud Clemẽtis[i] Alexan

a *In Tim. vbi* τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα, τοῦ δὲ τοῦ παντὸς εὑρεῖν τὸ ἔργον, καὶ εὑρόντα, εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. *Ex aliis videto quæ ſcripſimus cap. 7. infrà: nam huc quoque illa pertinent.*

b *De Græc. aſ. cura. lib. 2. qui eſt de principiis.*

c *Apolog. aduerſ. Gentes.*

d *Cap. 17.*

e *Quẽ videto c. 67. & vlt. lib. aduer. hær. Vide & lib. 3. c. 11. in quibus hac de re tota.*

f *Apolog. pro Chriſtianis, fo. 13. Vide & Damaſ. lib. 1. de ſid. ortho. cap. 12.*

g *In de Trin.*

h *In de diuin. nom. cap. 1.*

i *Lib. 5. Stromat.*

xandrini tamen quod cæterorum omniũ vicem ſuppleat, in ſtudioſorum gratiam iuuabit appingere. Ἀδιαίρετον γὰρ τὸ ἓν (ait) διὰ τοῦτο δὲ καὶ ἄπειρον, ὃ τοίνυν ἀχημάτιστον καὶ ἀνωνόμαστον κἂν ὀνομάζωμεν αὐτό ποτε οὐ κυρίως καλοῦντες, ἤτοι ἓν ἢ τἀγαθὸν, ἢ νοῦν, ἢ αὐτὸ τὸ ὂν, ἢ πατέρα, ἢ Θεὸν, ἢ δημιουργὸς, ἢ κύριον, οὐχ ὡς ὄνομα αὐτοῦ προφερόμενοι λέγομεν. ὑπὸ δὲ ἀπορίας, ὀνόμασι καλοῖς προσχρώμεθα· ἵν' ἔχῃ ἡ διάνοια μὴ περὶ ἄλλα πλανωμένη ἐπερείδεσθαι τούτοις. οὐ γὰρ τὸ καθέκαστον μηνυτικὸν τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἀθρόως ἅπαντα ἐνδεικτικὰ τῆς τοῦ παντοκράτορος δυνάμεως. Non omittẽdum autem, quòd in variis Dei appellationibus, diuerſam earum eſſe conditionem Tertullianus [a] admonet: Dei namque nomen ſemper fuiſſe, apud ſemetipſum, & in ſemetipſo; Dominum verò non ſemper: Deum ſubſtantiæ ipſius nomen, id eſt diuinitatis; Dominum verò non ſubſtantiæ, ſed poteſtatis: ſubſtantiam ſemper fuiſſe cum ſuo nomine, quod eſt Deus; poſtea Dominum accidentis ſcilicet rei mentionem. Nam ex quo eſſe cœperunt in quæ poteſtas Domini ageret, ex illo per acceſſionem poteſtatis, & factum & dictum eſſe Dominum, &c.

PORRO vt Deum, ita filium Dei vnigenitum multis ac diuerſis nominibus, pro rebus vel appellantium opinionibus nuncupari, Origenes [b] tradit: Ergo apud Eſaiam Chriſto hæc epitheta tribuuntur; vt vocatum ipſum iri, Admirabilis conſiliarij, Dei fortis, præterea etiam patris futuri ſæculi, & principis pacis nominibus eximius Propheta [c] vaticinatus fuerit. Quibus attributis adduntur in Græca eius loci tranſlatio

a Aduerſ. Hermog. Domini appellationem Deo conuenire ex tempore tradit etiam B. Aug. c. 16. lib. 5. de Trin. citatus à beato Thoma in ſum. par. 1. q. 13. art. 7. Deũ naturæ nomẽ eſſe B. Ambr. ait lib. 2. de fid. circa principiũ citatus à Thoma ea. q. art. 8. vbi vide ſi vacat.

b Quem videſis, Hom. 5. in Hierem. cap. 10. & lib. 1. περὶ ἀρχῶν. cap. 2.

c Cap. 9.

latione hæc epitheta, μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, magni conſilij angelus, vel (vt eſt apud Firmicum Maternum [a]) magnæ cogitationis nuncius; & item ἐξουσιαστὴς, potens aut ſumma poteſtate pręditus; horum autem vtrumque, licet à Chriſto Domino non alienum, immò ipſi valdè congruum (vt adhibitis Geneſeως & Exodi teſtimoniis diuus Cyprianus [b] comprobat) à varia idiomatis Hebraici explicatione (quæ Theodotioni, Aquilæ, aut aliis arriſerat magis) in ſeptuaginta virorum tranſlationis contextum, poſtquàm hexapla ſua Origenes cõtexuerat, illo Eſaię loco fuiſſe receptum ſuſpicor. Vt vt ſit, paternorum nominum in filio, immò & in Spiritu ſancto ſocietatem, cùm alij vetuſti Theologi [c] agnouêre; tum Turtullianus [d] ipſe: cuius hæc verba ferè ſunt, Nomen quidem patris Deus omnipotens, Altiſſimus, Dominus virtutũ, & Rex Iſraëlis, & Qui eſt: per quæ Filius etiam demonſtratur; ſuo iure Deus omnipotens, quà ſermo Dei omnipotentis, quáque omnium accepit poteſtatem:

a Cap. 22. de errorib. prophanæ religio. De iſta Angeli vt ad Chriſtũ referatur appellatione, vide infrà. cap. 10. & 12. μεγάλης βουλῆς Θεοῦ ἄγγελον, dixit & Cle. Rom. cap. 16. libr. 8. Apoſt. conſt. in orat. liturg. & cap. 15 lib. 5.

b Lib. 2. teſti. aduerſ. Iudæ. cap. 5. vide & Theodoret. q. 5. in Exod.

c Orige. lib. 1. περὶ ἀρχῶν. ca. 2. D. Cyr. lib. 2. theſauri aduerſ. hæreſ. cap. 1. D. Atha. in De commun. eſſentia. & in epiſtol. de Synod. Arimini. & Seleuciæ ad orthodox. vbi tandem ita concludit. In ſumma quæcunque inueneris de Patre dicta, eadem inueneris de filio dici, præterquàm quod pater non appellatur: vide & ipſius Athanaſij ſymbolum, nec ſpernito quæ à Rabbinis adfert P. Galat. cap. 14. præcedent. & ſequen. libr. 3. de arcan. cath. veritatis.

d *Aduerſus Praxeam. Omnipotentis nomen filio competere docet inprimis B. Ambro. cap. 3. lib 2. de fide ex Zachariæ cap. 2. tum B. Auguſt. libr. 2. de ſymb. ad Cathecum. cap. 4. vide & libr. 1. cap. 2. & Ruffinum Aquileienſ. in expoſ. ſymb. Apoſt. apud B. Cyprian. Regis regum & Domini dominorum tam Patri quàm Filio, vt apparet ex cap. 17. & 19. Apocal. & vide quæ ſcribo infrà. cap. vlt. Altiſſimi nomen etiam Filio, vt B. Amb. docet libr. 3. de fide. cap. 2. & Domini virtutum ſiue Sabaoth. eodem teſte lib. 4. cap. 1.*

Altiſſimus,quà dextera Dei exaltatus, ſicut Petrus in Actis concionatur: Dominus virtutum, quia omnia ſubiecta ſunt illi à Patre: Rex Iſraëlis [a], quia illi propriè excidit ſors gentis iſtius. Item Qui eſt [b], quoniam multi filij dicuntur,& non ſunt,&c. Planè cùm excepta Patris [c], & ingeniti(vt ita loquar) hoc eſt non nati,quem Græci αὐτογόνη καὶ ἀγέννητον vocant (ſicuti capite vltimo plenius explicabitur)appellatione,cætera Dei patris attributa vnigenito eius filio Domino noſtro conueniant. Patri tamen non modò Filij, atque adeò vnigeniti nomen competere non poteſt; per quod perſonarum diſtinctio in diuinitatis vnitate aduerſus Praxeam, Sabellium,alióſq; Patripaſſianos [d] deſignatur: ſed neque honorifica,&(vt ita dixerim)auguſta illa Ieſu,& Chriſti vocabula. Nam etſi per Filium ſeruauit nos Pater ille ſummus,Ieſu tamen,hoc eſt Seruatoris propriam verbi humana carne velati appellationem,per Angelum inditam eſſe (ſicut initio dixi) voluit. Ἰησοῦς δὲ καὶ ἀνθρώπου, καὶ σωτῆρος ὄνομα καὶ σημασίαν ἔχει, (ait D. Iuſtinus [e] alicubi) καὶ γὰρ καὶ ἄνθρωπος, ὡς προέφημεν, γέγονε κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς βουλὴν ἀποκυηθεὶς ὑπὲρ τῶν πιστευόντων ἀνθρώπων, καὶ καταλύσει τῶν δαιμόνων. Sed nec illud Aduocati ſeu Paracleti(quod Filio quidem,ſanctóque Spiritui Scripturę [f] promiſcuè tribuunt, cùm apud Patrem interpellare iſti pro nobis atque aduocati eſſe demonſtrantur) epithetori huic aſſignari meritò queat.

QVOD autem Patris appellationem,& Filio, &Spiritui nonnunquam adſcribi putat Idaacius

Cla

a Videto Euã. Luc. c.1. ver. 32. & 33. & Ioan. Euãg c. 2. verſ. 49. & quæ dicemus infr. cap. vlt.

b Hoc nomen quà Filij perſonæ cõueniat, docet B. Tho. in Sum. par. 1. q. 39. art. 8. circa finem.

c Hoc ſcilicet quà perſonaliter nõ eſſentialiter ſumitur, vt infrà dicetur ad marginem.

d Horũ meminit Aug. tractat. 36. in Ioan. de ca. 8. & tract. 70. de cap. 14. ſed & Ruffi. Aquileieñſ. in expoſ. ſymb. vbi de Patre.

e Apol. 1 pro Chriſtianis.

f 1. Ioan. cap. 2. & in Euág. & Paul. ad Rom. cap. 8.

Clarus Hiſpanus [a]; ei rationem haud ſatis conſtare arbitror: niſi quatenus, habita creaturarum ſcilicet ratione, ipſum Filium, futuri ſæculi patrem ab Eſaia Propheta nuncupatum antè diximus; διὰ τὸ ποιητικὸν πάντων (πατρὸς γὰρ τὸ ποιεῖν, iuxta Philoſophos [b]) cùm eorum quæ fiunt, nihil ſine Filio, ſanctóque Spiritu, ab eo qui Pater eſt, patretur; ſicuti capite nono, ac duodecimo docebimus. Ac videtur omnino Clarus eò ſpectaſſe: Mirum in modum quidem pro illo facit, quod à Mercurio Triſmegiſto in Pimandræ capite 2. ad extremum eſſe ſcriptum reperio: vbi Deo & Boni & verò Patris appellationem competere in hæc verba traditur, ἡ δὲ ἑτέρα προσηγορία ἐστὶν ἡ τοῦ πατρὸς, πάλιν διὰ τὸ ποιητικὸν πάντων, πατρὸς γὰρ τὸ ποιεῖν. Multò certè minus alteram eruditi cuiuſpiam è recentioribus opinionē eſſe veram & ratam cenſuerim [c]; cùm in ſua Hermathena, Iſychium ſequutus ad illum Dauidis locum (Benedictio Domini ſuper vos, benediximus vobis in nomine Domini) Chriſtum ipſum ibi eſſe Dei patris nomen interpretatus eſt: ſicuti & in illo Samuëlis vaticinio, Non deſeret Dominus populum ſuum propter nomen ſuum magnum. Etenim qui non ignoro, pro perſona, vt à Iuriſconſultis veteribus [d] (quemadmodum

a *Aduerſ. Varimadum, ex cap. 4. Eſaiæ. & Epiſt. Paul. ad Heb. c. 12. ſed magis ad rem, quod ex Rabbinis ad cap. 9. Eſa. attulit. P. Galat. c. 19. lib. 1. De arcanis cathol. verit. Patris verò nomē ſecundum quod eſſentialiter ſumitur, toti Trinitati conuenire, cui dicimus Pater noſter: quāuis interdū ſumatur perſonaliter, vt ſit propriū perſonæ Patris: explicat B. Tho. in Sum. part. 1. q. 33. art. 3. in 1. arg.*

b *Citantur à Franc. Patritio diſcuſ. Peripa. tom. 2. lib. 2. vbi de Ente. Qua de re videto Triſm. in Pimand. extremo, cap. 2.*

c *Gorop. Becanus lib. 1. ſanè Meſſiam eſſe nomen Dei, & nomen Dei eſſe ipſum Deum, Rabbinorum & Ionathæ Chaldæi cumprimis adhibito teſtimonio P. Galat. oſtendere niſus eſt, cap. 8. lib. 3. de arcanis cath. verit. ſed fruſtrà, vt arbitror.*

d *l. cùm filius. §, pater. de lega. 2. l. nec in ea. 22. D. ad l. Iul. de adult.*

in ſolemni purpura me nuper admonuiſſe [a] togatos auditores memoria repeto) aliiſque prophanis authoribus pleriſque [b]; ſic à ſanctis quoque Patribus, ac Prophetis, immò & ab ipſo Moſe alicubi [c] vſurpatum eſſe: [d] opinionis illius confutandæ (cuius vanitas ſi non cæcis, at certè lippis perſpicua ſatis eſt) laborem eſſe mihi capiendum neutiquam duco; præſertim in tam exiguo ad conſcribendum otio. Tantùm admonebo, locis illis τὸ Dei nomen, nihil aliud ſignificare mihi videri; niſi Deum ipſum, atque adeò totam Trinitatem: quemadmodum & iſtis Pſalmorum Dauidicorum [e] locis, Redime nos propter nomen tuum; & propter nomen tuum Domine viuifica me in æquitate tua. Et in illo [f] denique, vbi, Adiutorium noſtrum in nomine Domini (Iehouæ Hebr.) quì fecit cœlum & terram: id quod manifeſtiſſimum puto, ex alterius apud eũdem Pſalmiſtam loci collatione; qui ſic habet [g], Auxilium meum à Domino (Iehoua) qui fecit cœlum & terram. Nec tamen diſſimulare poſſum, in illius clariſſimi viri partibus, aduerſum nos videri ſtare Rabbinum quendam, auctorem libri qui Bereſith Rabba dicitur: quo loco [h] iſta ex Sophoniæ tertio capite (vt inuocent omnes nomen Domini) ſic explicantur, Non eſt autem nomen Domini hîc, niſi rex Meſſias; ſicut dictum eſt Eſaiæ 30. cap. Ecce nomen Domini venit de longinquo: quam traditionem quodam loco notatam à Petro [i] Galatino memini. Sed aliud eſt Patris nomen Filium eſſe dicere, quod illi

a *Arreſtis generalib⁹ Curiæ Toloſæ ad Pentecoſten anni 1586.*

b *Sen. epi.21. Mar. epig.27 lib.7. Plin. Panegyr. Tacit. lib.16.17.20.*

c 29. *Deuter.*

d *Hac de re inf. cap. 6. cõmodius atque ſubtilius.*

e *Pſalm. Niſi quia. 123. verſic. vlt. & Pſ. 142. Domine exaudi. verſi. 12.*

f *Pſalm. 122. Ad te leuaui. verſ. vlt.*

g *Pſalm. 120. Leuaui. ver. 2 Pſal. 117. ver. 6. & 7. & Pſ. 120. verſ. 12.*

h *Super illud Geneſ. Et dixit Pharao ad Ioſeph.*

i *Cap. 19. lib. 3. De arca. catbol. verſ.*

faciunt; aliud Iehouæ nomine Filium deſignari: quod vt verum eſſe demonſtrabitur inferius capite nono, ita debet hîc quoque (niſi fallor) accipi, ſed myſtico potius quàm literali ſenſu; cùm ad Trinitatem vnum Deum literalis pertineat. Rurſum videri pro illo ipſo pugnare diuum quoque Irenæum [a]; quamquam huius, non magis quàm illius Rabbini auxilium ipſe ad eam rem aduocet: quo loco Malachiæ [b] prophetiam explicans, qua Dominus nomen ſuum glorificari inter gentes, & magnum ſuum nomen eſſe in gentibus dixerat; Ieſu Chriſti nomen (inquit ille) quod per vniuerſum mundum glorificatur in Eccleſia, ſuum eſſe confitetur Pater; & quoniam Filij eius eſt, & quoniam ipſe ſcribens id ad ſalutem dedit hominum. Quoniam ergo nomen Filij proprium Patris eſt; & in Deo omnipotente per Ieſum Chriſtum offert Eccleſia; bene ait ſecundum vtraque, &c. Quam interpretationem alteri quoque Dauidis loco adhiberi poſſe, diuus Hieronymus exiſtimauit [c]: vbi explicandorum iſtorum gratia (Et pſallam nomini tuo Altiſſime) nomen Patris, Filius eſt, (ait) Altiſſimus ipſe eſt Deus. Sed liceat nobis non ab Irenæo minus, aut Hieronymo aliqua in re (nam Rabbinos nihil moror) quàm ab ipſo Iuſtino diſſentire; cùm vis illa veritatis (quæ neceſſitatem adfert) id porrò à nobis efflagitat: quamquam aliò fortaſſe ipſius Irenæi oratio, mens quidem certè, ſpectauit; vt inferiùs capit. 6. docebitur. Quod autem per Prophetam Deus prædixit nomen ſuum

a *Cap. 35. lib. 4. aduer. hær.*

b *Cap. 1.*

c *Pſal. Cõfitebor tibi Domine 9. verſ. 3. vbi alterã adfert interpretationem, ſic ferè, Vel, Pſallã nomini tuo: hic laus cum opere: quam ipſe ſuperiori lubenter præfero.*

ſuum magnum futurum in gentibus; de pōteſtate,auctoritate,gloria,& maieſtate Dei, quem omnes adoraturi ſint, exponamus; vel etiam de ipſo Deo interpretemur: de quo in eandem ſententiam diuinus Pſaltes[a], Venite (ait) & videte opera Dei (Iehouæ) quæ poſuit prodigia ſuper terrā,&c. Vacate & cognoſcite, quoniam ego ſum Deus; & exaltabor in gentibus, exaltabor in terra: Quibus verbis etſi diuinitatem Chriſti adſtrui diuus Cyprianus[b] exiſtimat, de Deo tamen effatum abſolutè Vatem cenſeo; quemadmodum quodam loco[c], apud ipſum quoque Dauidem ſcriptum itidem legimus, Sit nomen Domini benedictum, &c. Excelſus ſuper omnes gentes Dominus (Iehoua) & ſuper cœlos gloria eius: Et alibi,[d] Omnes gentes quaſcunque feciſti venient:& adorabunt coram te Domine (Iehoua Heb.) & glorificabunt nomen tuum; quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es ſolus Deus. Item vbi[e] ſic idem ipſe Vates cecinit, Memor ero nominis tui in omni generatione & generationem; propterea populi confitebuntur tibi in æternum,& in ſæculum ſæculi. Et alibi[f], Confitemini in Domino (Iehoua) & inuocate nomen eius; annunciate inter gentes opera eius. Denique alio loco[g], Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt, tuum brachium cum potentia: Et poſteà, Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iuſtitia tua exaltabuntur: Et ſtatim, Et veritas mea & miſericordia mea cum ipſo, & in nomi-

a *Pſ.45. Deus noſter. verſ.9. & 11.*

b *Lib. 2. teſti. aduerſ. Iudæ. cap.6.*

c *Pſalm.112. Laudate pueri.*

d *Pſal.86. Inclina Domine. verſ.9.*

e *Pſal.44. Eructauit. verſ. pen. & vlt.*

f *Pſalm.104. Confitemini.*

g *Pſalm. 88. Miſericordias. verſ.23.*

ne meo exaltabitur cornu eius: Atque hæc quidem obiter.

At rurſus Chriſti appellationem, ſi vnde idem ille Iuſtinus tradit, inde fateamur deductam eſſe; nempe quod per Filium Pater mundum iſtum, & quæ in eo ſunt omnia condiderit, vnxerit, ornauerit; hoc quoque admittere debebimus, ſi nõ iuſtiore, at æquali certè ratione; Patri ſummo poſſe illam ipſam attribui: cui meritò, veréque Omnipotentis & Creatoris nomen ſcimus competere. Iuſtini [a] enim hæc verba ſunt, Χριστὸς μὲν κατὰ τὸ κεχρῖσθαι, καὶ κοσμῆσαι τὰ πάντα δι᾽ αὐτοῦ τὸν Θεὸν λέγεται. ὄνομα καὶ αὐτὸ περιέχον ἄγνωστον σημασίαν: In quibus hoc velut in tranſcurſu admoneo, non dubitare me, quin pro ἄγνωστον facillima immutatione vnius literæ, aut potius apicis, ἀγνώστου legi debeat: vt Chriſti vocabulum, non quidem incognitam ſignificationem, ſed ignoræ rei deſignationẽ comprehendere; ita reſtituto vti diximus, neutrali vim ſubſtantiui habente vocabulo, Martyr clariſſimus voluerit. Hoc ſanè iſta, quæ ibidem ſubiiciuntur, & à nobis relata ſuperiùs fuêre, omnino poſtulant; ὃν τρόπον καὶ τὸ Θεὸς προσαγόρευμα οὐκ ὄνομά ἐστιν, ἀλλὰ πράγματος δυσεξηγήτου δόξα. Vt vt ſit, cùm iſtud de quo agimus Χριστοῦ vocabulum, vel ex ipſis rationis reique Grammaticæ regulis non actiuam (vt bonus ille Martyr exiſtimauit) ſed paſſiuam ſignificationem habeat; Tum verò ita eſſe Dominum Seruatorémque noſtrum appellatum, cæteri Patres vetuſti ac recentiores etiã Theologi prædicant; quo

[a] Ex Apol. 1. pro Chriſtia.

quoniam à Deo Patre τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀγαλλιάσεως κέχρισται, oleo lætitiæ, myſtico (vt Iſidorus [a] loquitur) vnguento delibutus fuit; hoc eſt Dei virtute ac ſpiritu non corporaliter, ſed ſpiritualiter (ſecundum carnem tamen, & in humanæ naturæ aſſumptione) Dei filius verus Meſſias in ſacerdotem cœleſtem, & Regem æternum (iuxta Dauidis atque Eſaiæ prophetias [b]) Vnctus & ſanctificatus præ ſuis, quâ homo eſt, eiuſdem regni cœleſtis conſortibus atque participibus fuerit. Qua de re præter ipſius diui Petri apud Lucam [c], itemque Pauli [d] oracula ſacroſancta; poſſim alia complura in hunc locum teſtimonia vetuſtorum Theologorum [e] (niſi iam ſcribendo defeſſus eſſem) congerere. Sed mihi quidem, aliis etiam (vt ſpero) duo iſta, quæ ex eruditiſſimis D. D. Ambroſij & Damaſceni ſcriptis proferam, ſatisfacient. Illius [f] hæc verba ſunt; Deus eſt qui vngit, Deus qui ſecundum carnem vngitur; Dei filius: Denique, quos habet vnctionis ſuæ Chriſtus niſi in carne conſortes? Vides igitur quia Deus à Deo vnctus, ſed in aſſumptione naturæ vnctus humanæ, Dei filius deſignatur; nec legis forma violatur. Damaſceni [g] autem iſta; Ὅτε γὰρ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, τότε καὶ ὠνομάσθη, λεγόμενον αὐτὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. Ἐπειδὴ γὰρ κέχρισται τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀγαλλιάσεως,

a Quę videto lib. 2. de eccleſ. offi. cap. 25. de Chriſmate.

b Pſal. Eructauit 44. ver. 10 (vbi Genebr.) item Eſaiæ capit. 61. quos in hanc ſententiam citat Iul. Firm. Maternus, ca. 24. de erro. propha. relig. Irenæus lib. 3. aduerſ. hær. cap. 20.

c Act. cap. 10 ver. 38. & vide cap. 4. ver. 27.

d Cap. 1. epi. ad Heb. verſ. 9.

e Theodoreti in diui. decret. epit Grego. Bat. in De Trini. & fide. ad Placidiã, ſub finẽ. Ath. orat. 20. contra Arria. Damaſ.e. lib. 4. de fid. orth. cap. 10: D. Hil. lib. 5. de Trin. Tert. aduerſ. Prax.

f Amb. in De fide. ad Grat. cap. 2. lib. 1.

g Lib. 4. fides orthod. cap. 6. vbi & iſtud, χρίσις γὰρ αὕτη τῆς ἀνθρωπότητος ex Gregorio Theol. & Cyril. Alex. epiſ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ἤτοι τῷ πνεύματι παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ταύτῃ τοι Χριστὸς ὀνομάζεται. Atque his quidem ex locis, Chriſti nomen Dei filio Domino noſtro, qua carne humana ſeſe induit, attributum eſſe,ac proinde aut ipſi Patri qui vnxit, aut ſancto Spiritui(cuius virtute vnctus Filius fuit)conuenire non poſſe intelligimus: ſi enim Chriſtus vnctus eſt, vngi vtique corporis paſſio eſt: qui corpus non habuit,vngi omnino non potuit, qui vngi omnino non potuit,Chriſtus vocari nullo modo potuit;quemadmodum à Tertulliano [a] alicubi præclare ſcriptum reperio. Præterea etiam à vera Chriſti appellationis ratione Philoſophum & ipſum Chriſtianum, &(quod caput eſt)Martyrem aberraſſe perſpicimus: ſed ipſum etiam D.Auguſtinum [b],eodem propè genere; cùm ita ſcribit,Chriſti nomen à Chriſmate ductum eſt; Chriſma autem Græcè, Latinè Vnctio nuncupatur: ideò autem nos vnxit, quia luctatores contra diabolum fecit; pro quo debuit potius dicere,ideò vnctum fuiſſe Dominum,quo verus ipſe Iacob luctator contra diabolum fuit. Nam iſta ſanè τοῦ Χριστοῦ nominis(vt antè oſtendimus, & ſanctus ille doctor quodam apud Dauidem loco [c] explicat) vis eſt:quamquam id quoque ab illo verè pronunciatum(ſi per ſe accipiatur)non negamus; vt ab ipſo Chriſto & vncti & luctatores effecti ſimus,quatenus omnes de eius plenitudine hauſimus,ſicuti D.Ioan. in Euangelio [d] aſſerit. Verùm præclarè idem ille ſanctiſſimus Epiſcopus [e] alicubi docet, quemadmodum in legendis veterum Theologorum ſcriptis nos debea

a Libr. 3. aduerſ. Marcio.
b Tracta. 33. in Euãg. Ioan. de cap. 7.
c In Enarra. Pſa. 44. ad illud. Propterea vnxit te Deus.
d Cap. 1. verſ. 16.
e C. neque. diſtin. 9. apud Gratia. ex epiſtol. ſcilicet eiuſdem Auguſt. 3. ad Fortunatianũ de videndo Deo. quod ipſum de prophanorum ſiue Gẽtilium libris admonet faciendum, B. Damaſc. cap. 18. lib. 4. de fide orth.

debeamus gerere: nempe vt neque quorumlibet diſputationes (quamuis Catholicorum & laudatorum hominum) veluti ſcripturas canonicas habere debeamus, vt nobis non liceat ſalua honorificentia quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum ſcripturis improbare atque reſpuere. Igitur non iſtorum modò ſanctorum Patrum; ſed Origenis potiſſimùm atque Lactantij, tum verò Tertulliani, aliorúmque aliquot barbara (ſicuti Clemens Alexandrinus[a] nominat) philoſophia primùm, ac deinde Chriſtiana religione imbutorum ſcripta, magno cum iudicio nobis legẽda ſunt: vt omnia probemus, id verò teneamus (de Apoſtoli[b] vel diuino potiùs conſilio) quod bonum eſt: nec verò aliam circa ea quæ ipſi ſcribimus (homines ad errorem non minus procliues, & in vllo doctrinæ genere ipſis minimè comparãdi; moribus etiam ac toto vitæ inſtituto; quod ægrè tamen eſt, vt eſſe debet; longè ſolutiores) illis qui fortè in hæc noſtra inciderint præſcribamus legem: præſertim verò, quod aliis etiam eiuſdem diui Iuſtini locis, circa iſtam de Dei nomine quæſtionem quam agitare cœpimus; qua via nos ipſe ducere voluit, ea non ſequendum, in animo habeamus proximo ſermone (ſi Deus Opt. Max. dederit) initium oſtendendi facere: ſed ita id quod ſentimus, vt non ſine aliquo lectoris fructu comprobare porrò pergamus in reliquis.

a *Lib.5. Stromatum.*

b *Paul. 1. ad Theſ. cap. 5. verſ. 21.*

CAP. II.

QVAMOBREM nullum Dei ſatis proprium atque ſignificans nomen reperiatur, ſuperiore ſermone rationem veruſtorum Patrum teſtimoniis illuſtratam attulimus. Ad quam hoc quoque accedere volumus quod de tanta vi, de tam abſtruſo atque immenſo bono ita loqui nemo vnquam (quiſquis eſt) queat; vt non modò vel definiat, vel adumbret verbis idipſum quod Deus eſt, ſed nec vllo humano ſenſu qualem qualem ipſius notitiam adipiſcatur: ad quod ſola cogitatione vix tādem animi humani acies pertingit, vt ipſius tantùm extima quædam velut è longinquo aſpiciat, contemplari propius atque cognoſcere ipſi non liceat. Olim quidem perceptibilem cogitatione ſola, non etiam ſenſibus Deum Plato dixerat, νοήσει μετὰ λόγου περιληπτὸν τὸ ὄν, τὸ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὄν. Sed verius eſt vt abyſſus illa diuinitatis immenſa intelligentiæ noſtræ aciem prorſus effugiat: ideóque non modò ſit ἄβατον ἀκοαῖς καὶ τοῖς ὁμογένεσιν, (quod ait Alexandrinus [a] Clemens) ἡ γένεσις τοῦ Θεοῦ, ſed etiam ipſi τῇ νοήσει. Vnde Gregorius Nazianzenus Deum τῷ μόνῳ σκιαγραφεῖσθαι καὶ τούτῳ λίαν ἀμυδρῶς καὶ μετρίως alicubi [b] rectè (meo quidem iudicio) ſcripſit. Propterea etiam inſanum ac prorſus amentem fore illum diuus Iuſtinus [c] aſſerebat, qui Deo ineffabili nomen aliquod affingere niteretur: ὄνομα γὰρ τῷ ἀρρήτῳ Θεῷ οὐδεὶς ἔχει εἰπεῖν. Εἰ δέ τις τολμήσειεν εἶναι λέγειν, μέμηνε

τὴν

a *Lib. 5. Stro. Vide Triſme. Herm. in Pimand. cap. 7. & locos ex aliis citatos à Pet. Galat. li. 2. De arcan. cath. ver. cap. 9. 13. 14.*

b *Sermone* εἰς τὰ γενέθλια.

c *Apol. 2. pro Chriſt. Vide & Paræn. vbi Plat. in Tim. citat.*

τὴν ἄσωτον μανίαν. Et alio loco [a], cùm ad res varias internoſcendas,& vti quæq; ſunt deſignandas,nominibus opus ſit,nihil eſſe quod de Deo propriè enunciari queat: Ὅτι οὐδὲν ὄνομα ἐπὶ Θεοῦ κυριολογεῖσθαι δυνατόν. Τὰ γὰρ ὀνόματα εἰς δήλωσιν καὶ διάγνωσιν τῶν ὑποκειμένων κεῖται πραγμάτων, πόλλων καὶ διαφόρων ὄντων.

QVÆ vt vera ſint omnia; nempe inenarrabilem Deum eſſe, aut etiam ſenſibus humanis ac mente quoque ipſa & cogitatione percipi non poſſe; iuxta iſta Triſinegiſti Mercurij quæ in Pimandra [b] legere memini, Ὁ δὲ εἷς ἀγέννητος δηλονότι καὶ ἀφαντασίαστος, καὶ ἀφανής. Et poſtea, Οὐ γάρ ἐστιν ἀκουστὸς, οὐδὲ λεκτὸς, οὐδὲ ὁρατὸς ὀφθαλμοῖς, ἀλλὰ νῷ καὶ καρδίᾳ: præterea ſubſtantiam & naturam Dei prorſus incomprehenſibilem & incognitam eſſe cum Ioanne Damaſceno [c] fateamur; quamobrem qui tenebras latibulum etiam ſuum poſuiſſe à Dauide [d] dicitur Deus, eum ideò σκότος appellari Damaſcenus [e] tradit: Deo tamen ideò nullum eſſe proprium & ſpeciale nomen, quod alij nulli rei congruat, vel accommodari poſſit, minimè ſequitur: quinetiam vtrumque verum eſſe, nec alterum repugnare alteri; vt neque Deus comprehendi omnino poſſit, & nomen tamen peculiare quoddam ac proprium habeat: ex iſto ſacroſancto Hieremiæ [f] oraculo addiſcimus. Qui facis miſericordiam in millibus (inquit ad Deum Propheta) & reddis iniquitatem patrum in ſinum filiorum eorum poſt eos; fortiſſime, magne, & potens, Dominus exercituum nomen tibi:

a *In Paran.*

b *Cap. 5. & 7.*

c *Libr. 1. de ſid. orth. cap. 4. ſub ini. vbi* ὅτι μὲν οὖν ἔστι Θεὸς δῆλον. τί δέ ἐστι κατ᾽ οὐσίαν καὶ φύσιν ἀκατάληπτον τοῦτο παντελῶς ἄγνωστον.

d *Pſal. 17. Diligam te. ver. 14. Vt quidem notatur in Genebrardi libris, quorum numerũ verſibus appoſitum hoc libro ſum ſecutus ferè ſemper.*

e *Ad ſinem cap. 4. lib. 1. de ſid. ortho. & cap. 16.*

f *Cap. 33.*

Magnus conſilio & incomprehenſibilis cogitatu;cuius oculi aperti ſunt omnes vias filiorum Adam,&c. Quamquam hoc ſemper verum eſſe fateor, Nullo nomine ſatis propriè Deum, hoc eſt eius eſſentiam ſecundum quod eſt, ſubſtantiam & naturam exprimi poſſe; qui ſolus ipſum eſſe habeat: iuxta Philonis [a] iſtud quod apud eum Deus ita de ſe protulit: Ὡς οὐδὲν ὄνομα τὸ παράπαν ἐπ' ἐμοὶ κυριολογεῖται ᾧ μόνῳ πρόσεστι τὸ εἶναι. Quod autem idem ille Iuſtinus Martyr clariſſimus, & ante ipſum Triſmegiſtus Hermes omnium Phyſicorum (ſic Tertullianus [b] eum nuncupat) magiſter,aliam de nullo Dei ſatis vero ac proprio nomine rationem adferunt; hanc nimirum, quoniam ſit ipſe ingenitus, ac omnium Pater: equidem non probo. Illius [c] hæc verba ſunt, Ὄνομα δὲ τῷ πάντων πατρὶ θετὸν ἀγεννήτῳ ὄντι οὐκ ἔστιν. Huius iſta in Pimandra [d], διὰ τοῦτο αὐτὸς ὄνομα οὐκ ἔχει, ὅτι πάντων ἐστὶ πατήρ. Multo etiam minus, rationis iſtius illam velut ἐπεξήγησιν, atque demonſtrationem,ſiue rationem, ſuperiori adſcriptam à ſanctiſſimo Martyre ſic ferè: ᾧ γὰρ ἂν καὶ ὀνόματι προσαγορεύηται, πρεσβύτερον ἔχει τὸν θέμενον τὸ ὄνομα: Et alibi, [e] Θεῷ δὲ οὔτε ὁ τιθεὶς ὄνομα προϋπῆρχεν: tanquam oporteat illum antiquiorem eſſe, qui alteri cuipiam rei nomen imponat; Deum verò nemo potuerit, vt ei nomen faceret,ætate præcedere. Nam hoc probabile quidem argumentum obtutu primo videatur, quando plerumque ita ſe apud homines habeat; Minimè tamen neceſſariam,atque adeò ne veram quidem ſententiam complectitur.

a *In vita Moyſis. Sic D. Tho. in Sum. par. 1. qu. 13. art. 1. nullum eſſe nomen ſignificãs Deũ quod eius eſſentiam ſecũdum quod eſt, exprimat: & art. ſequ. eiuſdem quæſt. & qu. 13. art. 11. nullum Deo nomen competere ſecundum modum ſignificandi tradit.*

b *Aduer. Valent.*

c *Iuſti. Apol.* 1.

d *Cap.* 5.

e *In Paranet.*

Nam ſi Adamus ipſe hominum quidem protoplaſtus, animalibus tamen & plantis aliiſque rebus ante ſe creatis vtique recentior; iiſdem iuſſu Dei Opt. Max. nomina,& quidem aptiſſima fecit omnia [a]: cur ſibi Deus ipſe nomen indere, notúmq; dein nominibus facere ſuo tempore ac loco non potuerit, equidem non video; proinde atque Chriſto Domino per Angelum poſtea impoſuit: nec verò debuit ob hoc ipſum quod eſſet Deus vnus & ſolus, ideò nullum ſibi nomen aſſumere; quidquid Iuſtinus idem ipſe aſſerat: quo loco [b] *Οὔτε αὐτὸς ἑαυτὸν ᾠήθη δεῖν εἷς καὶ μόνος ὑπάρχων.* Et ſtatim, *ἀλλὰ διά τινος μετοχῆς ἕνα καὶ μόνον Θεὸν ἑαυτὸν εἶναι μυστικῶς διδάσκει. ἐγὼ γάρ (φησιν) εἰμὶ ὁ ὢν ἀντιδιαστέλλων ἑαυτὸν δηλονότι ὁ ὢν τοῖς μὴ οὖσιν, ἵνα γνῶσιν οἱ πρότερον ἀπατηθέντες ὅτι οὐχὶ τοῖς οὖσιν, ἀλλὰ τοῖς μὴ οὖσι προσεῖχον.* In quibus verbis duo ſunt quæ facilè concoquere non queo: Ac primùm quidem, quod ſignificat Deum Optim. Maxim. dum vnus & ſolus foret, non è re duxiſſe vt Moyſi (licet hoc enixè roganti) nomen exponeret ſuum. Quidni verò, aut vnde iſtud (cedo) colligitur? Moſes quidem certè, cùm hanc hiſtoriam diuino ipſe ſpiritu afflatus recitat [c], non ait iſtud abnuiſſe Dominum; quin potius petitioni ſuæ ipſum omnino ſatisfacere voluiſſe, ſatis indicat, quod ſemel atque iterum id ab ipſo Deo expreſſum referat his verbis; quæ vt Latina interpretatio habet, proferam: Si dixerint mihi, Quod eſt nomen eius? quid dicam eis? Dixit Dominus ad Moyſen, Ego ſum qui ſum. Ait,

a *Vide Gen. cap.2.*

b *In Paran.*

c *Exod.ca.4.*

Ait, Sic dices filiis Iſraël, Qui eſt miſit me ad vos, &c. Nec verò ipſe mihi perſuadere poſſum, quin ſeruum, legatúmque Moſen cum mandatis ad populum Hebræum filium ſuum primogenitum Iſraël miſſurus Dominus, fidem ipſi haberi voluerit: & quò magis haberetur, ei nomen ſapientia illa æterna expoſuerit; quod ſibi omnium optimè conuenire (illorum quidem quæ hominum cogitatione comprehendi poſſunt) ipſa nouerat: nec verò aut mentiri (abſit) aliúdve quàm quod ſentiret effari, aut legatum denique populúmve fallere, immenſa, ſimpliciſſima, inæſtimabilis veritas potuerit. Sacrilegum enim eſſe beatus Auguſtinus [a] optimè (vt ſolet) admonuit, credere Dominum noſtrum, cùm ipſe ſit veritas, in aliquo fuiſſe mentitum. Præclarè igitur ac ſuperioribus appoſitè Ioannes Damaſcenus alicubi [b] ſcribit, attributorum Dei maximè proprium nomen eſſe iſtud, Qui eſt, ſecundum id quod ad Moyſen ab ipſo Domino effuſum eſt oraculum: *Δοκεῖ μὲν οὖν κυριώτερον πάντων τῶν ἐπὶ Θεοῦ λεγομένων ὀνομάτων εἶναι ὁ ὢν καθὼς αὐτὸς χρηματίζων τῷ Μωϋσεῖ ἐπὶ τοῦ ὄρους φησὶν, Εἶπον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, Ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με.* Et addit rationem, *Ὅλον γὰρ ἐν ἑαυτῷ συλλαβὼν ἔχει τὸ εἶναι*, &c. Quam eſſe illum ab Gregorio [c] Nazianzeno, vel ab Areopagita Dionyſio [d] mutuatum arbitror: vbi *ὁ Θεὸς* (inquit iſte) *οὔπως ἔστιν ὢν ἀλλ᾽ ἁπλῶς καὶ ἀπεριορίστως, ὅλον ἐν ἑαυτῷ τὸ εἶναι συνειληφὼς καὶ προειληφὼς*, &c.

a *In de Agone Chri. c. 24.*

b *Cap. 12. lib. 1. de fid. orth.*

c *In Oratio. εἰς τὰ γενέθλια.*

d *Lib. de diuinis nomin. cap. 5.*

QVAMOBREM ſicuti tum aliis rationibus adductus, tum iis quæ antè protuli nixus teſti

teſtimoniis, Minutium Fœlicem [a] vtique non ſequor, cùm ait, Nomen Dei non quærendum, Deum nomen eſſe; illic vocabulis opus eſſe, cùm per ſingulos propriis appellationum inſignibus multitudo dirimenda eſt; Deo qui ſolus eſt Dei vocabulum totum eſſe: præſertim quod eruditus alioquin & vetuſtus auctor iſtud adiiciat, aufer additamenta nominum, & perſpice eius claritatem: niſi quod interrogatum à tyranno martyrem Attalum quod nomen Deus haberet, ita reſpondiſſe didici [b]; Qui plures ſunt nominibus diſcernuntur; qui autem vnus eſt non indiget nomine (Quod ab ipſo Triſmegiſto Mercurio ſic prolatum ferunt, Ὁ δὲ Θεὸς εἷς, ὁ δὲ εἷς ὀνόματος οὐ προσδεῖται) Euagrium [c] itidem de Trinitate agentem, quod ſit ineffabile, hoc ratione ſilentij adorandum docuiſſe: Iuxta illud Damaſcij Platonici [d] de vnitate atque adeò diuinitate agentis, Τὸ ἓν τετιμήσθω σιγῇ. Ita equidem beatum Iuſtinum (vt liberè quod ſentio, cum bona ſancti Martyris quam imploro venia, piarúmque aurium omnium pace eloquar) æquo animo ferre non poſſum; eo Moſis loco exiſtimantem non fuiſſe vllam à Deo aſſumptam ſibi appellationem propriam atque peculiarem. Porrò autem alterum hocce eſt in illis quæ antè propoſui Iuſtini verbis; quô in magnam reprehenſionem ipſum incurrere arbitror; cùm iſtud graue ſummi Dei effatum, Ego ſum qui ſum, non alia mente ab ipſo pronunciatum autumat; quàm vt gentium idola (quibus ſub deorum nomine, officium

a *In Octauio.*

b *Euſebium videto libr. 6. Eccleſ. hiſtor. cap. 3.*

c *In monachico libro, vide Socratẽ hiſtor. tripar. libr. 6. cap. 21.*

d *Citatur ab Augu. Steuc. Eugub. libr. 3. de peren. phil. cap. 5.*

officium diuini cultus olim Hebræi, vanis vagæ veſanæque mentis erroribus decepti, præſtitiſſent) nō eſſe Deos, ſe verò eſſe Deum oſtenderet: ac vereor, vt verborum ſacroſanctæ Scripturæ vim atque poteſtatem ſatis aſſequutus, aut ſaltem interpretatus hoc quidem in loco fuerit. Ea talis eſt (ſi quid ipſe tamen homo ſcilicet mediocris aut exiguæ potius eruditionis iudicare poſſum) vt æternum ſe atque ab ſe eſſe, non mutabilem nec vnquam deſiturum; atque adeò verè eſſe, vt præ ipſo nihil omnino eorum quæ ortum habuerint eſſe dici debeat, planè oſtenderit: qua proprietate rei ac nominis eſſentiam Dei ſiue naturam comprehendentis, nihil diuinius aut Deo dignius eſſe (illorum quidem omnium, de Deo quæ traduntur) neminem vllum tam bardum, ſtupidum, ſaxeúmve duco, qui non intelligat; veréque dici poſſe, quod apud Tertullianum [a] aliquando legere memini, hoc Deum eſſe quoddam eiuſmodi eſſe, cui comparari nihil poteſt: Super omne eſt enim quod dici poteſt. Itaque minus dixiſſe beatum Martyrem, quàm diuina illa verba ferant, quæ Moſes optimus amanuenſis ac fideliſſimus antiquarius Dei retulit; vno aut altero proximo ſermone (quod quidem ipſe, vt optamus, annuat) facilè demonſtrabitur: interea fas erit pauſam hoc loco facere.

a *In de Trin.*

CAP. III.

NOLIM equidem (ita me Deus amet Opt. Max.) quod à Iuſtini, & vetuſti ſatis Philoſophi,& Theologi ſummi, &(quod familiam ducit) Martyris,ac proinde Orthodoxi ſententia diſcedo; id feciſſe vltrò,ac ſine ratione maxima exiſtimari:qui veterum opiniones (quæ non ita prorſus à verò aberrent) venerari potius, quàm reprehendere ſoleo; atque etiam debere me lubens agnoſco. De cauſa fidei non agitur:nam hoc ſi eſſet, nollem vnum verbum proloqui.Xyſti enim & Cæleſtini beatæ memoriæ Pontificum Romanorum definitioni acquieſco;quorum ille,nihil vltrà licere nouitati voluit,quia nihil addi conueniret vetuſtati; perſpicuam maiorum fidem, & credulitatem, nulla cœni permixtione turbandam;hic verò ſtatuit, vt deſineret inceſſere nouitas vetuſtatem, ſicuti Vincentius Lirinenſis [a] autor eſt. Præterea de iis quæ ad fidẽ ſpectant, ſcio neque militaribus,neque clericis,immò ne cõſummatiſſimis quidem Theologis paſſim eſſe diſputandum [b]:ne dum, vt mihi, qui ſcholaſticorum Theologorum diatribam,nec à limine quidem ſalutaui, (vt credendũ potius, & parendum omnia, quàm eorum quidquam quæ, dudum definita, tranſacta,rata ſunt, in controuerſiam deducendum habeam) id licere velim; qua omnino re laicis non fruſtrà interdictum [c] olim fuiſſe intelligo. Cæterùm eos qui Scripturas ediſſerendo pertractant,neceſſe eſt etiam

ſi rectæ

a *Aduer.pro pha.Nonat.*

b *Vide Valẽtinia.& Marcia. conſtitutionẽ, quæ eſt in actis Chalced.con.& C. Iuſtinia. de ſum.tri.l.3.& ipſam rubricam.C.*

c *Vide Can. 64.Cõc. Cõſtant.in Trullo,& ca.ſicut in vno.de hæret. apud Greg.*

ſi rectæ atque vnius fidei fuerint, varias parere in multorum locorum obſcuritate ſententias; ſicut etiam vnus tractator (iuxta id quod diuus Auguſtinus[a] ad beatum Hieronymum ſcribit) ſecũdum eandem fidem aliter atque aliter eundem locum poteſt exponere, quia hoc eius obſcuritas patitur. Nos igitur etſi Scripturarum expoſitionem ab iis petendam eſſe, qui ſe doctores earum eſſe profitentur, facilè concedimus[b], iúſque docendi, nedum prædicandi neminem ſibi laicum debere aut monachum vindicare, ſed ſolum ſacerdotem Domini; iuxta id quod Leo Pontifex ad Maximum Patriarcham Antiochenum ſcribit[c]: non vt alios in Eccleſia doceamus, ſed vt noſtrum diſcendi ea quæ ad pietatem pertinent, animum teſtemur; exemplóque noſtro aliis aliquod amplius, melius, vtilius, ad Dei laudem ſtudium ingeneremus; cum bona (vt fore confidimus) Eccleſiæ ſanctæ venia, hoc loco de illorum Dei ſummi verborum, Ego ſum qui ſum, &, Qui eſt, miſit me ad vos, interpretatione diſceptandum ſuſcepimus; quam ita Iuſtinus fecit, vt idolorum ſcilicet intuitu atque comparatione, quæ vtique non ſunt reuera, Deus Opt. Max. illa pronuntiarit. Ignoſce quæſo Martyr optime, ſi alia omnia ſentio, & in contrariis depugno partibus; qui aliud ſtatuo, ſe eſſe, aliud ſe verum Deum eſſe dicere: quamuis vtrumque vni Deo ita propriè competat, vt ab ſeſe inuicem, aut ab illo ſeiungi, vel etiam alij tribui, quàm Deo, neutiquam poſſit.

a *Epiſt. 19. cap. vlt.*

b *Vide B. Auguſt. lib. 1. de morib. Eccle. cap. 1.*

c *Epiſt. 62. vide & Epiſt. 82. ad Iulian. & B. Baſil. in q. cõpen. explic. q. 235.*

VERVM

VERVM Deum eſſe, aut (quod eôdem videtur pertinere) ſolum vel vnum Deum eſſe, dicitur hoc quidem idolorum dæmonúmque falsò Dei nomen, & cum veri Dei contumelia vſurpantium, habita ratione: vt ſcilicet ea nequaquã pro diis colenda, ſed περὶ τῶν λεγομένων μὲν μὴ ὄντων δὲ θεῶν (vt Iuſtini [a] noſtri verbis vtar) ψευδῆ φαν- a *In Parane.*
τασίαν eſſe doceatur; ſecundum hoc Moſis [b] ad b *Deut.cap.*4
populum Iſraëliticum, Iuxta omnia quæ fecit pro vobis Dominus Deus veſter in Ægypto, videntibus oculis tuis; vt ſcires quoniam Dominus ipſe eſt Deus, & non eſt alius præter eum. Et poſtea, Scito ergo hodie, & cogitato in corde tuo, quòd Dominus ipſe eſt Deus in cœlo ſurſum, & in terra deorſum, & non ſit alius. Cui
congruit illud ex Moſis [c] eiuſdem Cantico, Vi- c *Cap.* 32.
dete quòd ego ſum ſolus, & non ſit alius præter *Deuter. citat.*
me: In quo & alia complura eôdem ſpectantia *Cle. Alex. in Protrept.*
diſpicias licet; ſicuti apud Eſaiam [d], in hanc d *Cap.*43.*&*
rem à Clemente Alexandrino alicubi [e] citatum. 45.
Tale illud apud eundem Prophetam [f], à Iuſtino e *In Protrep.*
[g] ipſo laudatum, quod ſub Dei nomine legitur, f *Eſa.cap.*44
Ἐγὼ Θεὸς πρῶτος καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα, καὶ πλὴν ἐμοῦ Θεὸς *vide & cap.* 45.
ἕτερος οὐκ ἐστί: ſicuti ex iis quæ ſtatim eo loco Pro- g *In Parane.*
pheta ſubiicit, manifeſtiſſimè apparet. Eôdem iſta referenda, τὸν ὄντως ὄντα Θεόν, & τὸν μόνον ὄντως Θεὸν
exiſtimo. Igitur & quod apud Clementem [h] il- h *In Protrep.*
lum quem antea nominaui, de gentilibus ita ſcriptum eſt, Τὸν ὄντα ὄντως μὴ γνωρίζοντες Θεόν, &, τοὺς οὐκ ὄντας ὡς ὄντας νομίζοντες, καὶ θεοὺς τούτους ὀνομάζοντες τοὺς οὐκ ὄντως ὄντας, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ὄντας, μόνου δὲ τοῦ ὀνόματος τετυχηκότας: non aliò quàm ſuperiora

pertinet. Itémque quod aliquantò poſt, vbi nullum ſenſile ſimulacrum (quale gentibus) eſſe Chriſtianis, ſed verum Deum ipſa mente atque cogitatione comprehendi docet, his verbis exprimit; Ἡμῖν δὲ οὐ κατ' ὕλης αἰσθητῆς αἰσθητόν, νοητὸν δὲ τὸ ἄγαλμά ἐστιν νοητὸν οὐκ αἰσθητόν ἐστι τὸ ἄγαλμα, ὁ Θεὸς ὁ μόνος ὄντως Θεός: quæ quod ſubobſcura & mendoſa eſſe iamdiu exiſtimauerim; iuuit, vt explicarentur ſimul, atque caſtigarentur, proponere; pro noſtro interim huius ſcriptionis paulò liberioris, extra carceres metáſque (vt dicitur) excurrendi priuilegio; dum certè aliquid nec inutile, aut inſuaue, nec verò iam actum agitur. Inde igitur ita mendum (animo quidem meo) ſuſtuleris; ſi pro priore νοητὸν legeris νοητοῦ, & poſterius illud, οὐκ αἰσθητόν ἐστι τὸ ἄγαλμα, tanquam ſuperfluum & nullius rei; ſed aut à librario ſcriptore dum aliud ageret, aut à Scoliaſte quodam ſciolo, è ſuperioribus perperàm repetitum expunxeris. Nec enim dubito, quin ita prorſus Clemens illa exararit, Ἡμῖν δὲ οὐ κατ' ὕλης αἰσθητῆς αἰσθητόν, νοητοῦ δὲ τὸ ἄγαλμά ἐστι νοητὸν, ὁ Θεὸς ὁ μόνος ὄντως Θεός. Atque vt Hieroſolymis antiquitus Iudæi, cùm à vera parentum fide non deſciſcerent, Romana etiam vigente Republica Deũ ineffabilem & inuiſibilem exiſtimantes, omni venerationis genere, nullo tamen ſimulacro adhibito coluêre, (quemadmodum ipſe Dio [a] narrat in hæc ferè verba: Ὅτι τῶν μὲν ἄλλων θεῶν οὐδένα τιμῶσιν. ἕνα δέ τινα ἰσχυρῶς σέβουσιν, οὐδ' ἄγαλμα οὐδὲν ἐν αὐτοῖς ποτε τοῖς Ἱεροσολύμοις ἔσχον. ἄρρητον δὲ δὴ καὶ ἀειδῆ αὐτὸν νομίζοντες εἶναι περισσότατα ἀνθρώπων θρησκεύουσιν, &c.

[a] *Lib. 37. hiſt.*

Sic

Sic hodie Chriſtianis qui pij ſunt, Clemens nullum intelligibilis, vel(quomodo Ruffinus[a] presbyter loquitur) intellectualis Dei ſimulacrum, ſiue(vt Afri Victorini[b] verbo vtar) ſimulamentum eſſe ſenſile ſcribit, ſed intelligibile duntaxat, eum ſcilicet (vt equidem ſentio, nam hoc à Clemente non explicatur) qui reuera ipſe Deus eſt; Filium Dei vnigenitum: quem vtique ſplendorem gloriæ, ſubſtantiæ characterem verum, ſolidámque, id eſt, conſubſtantialem & coæternam imaginem inuiſibilis Patris; nempe ſapientiam illam diuinam tantopere ab ipſo Salomone[c] celebratam, diuus Paulus ad Hebræos[d], & Coloſſenſes[e] nominat: Baſilius[f] etiam εἰκόνα τῆς τοῦ πατρὸς ἀγαθότητος σφραγῖδα ἰσότυπον ἐν ἑαυτῷ. Huc pertinet quod Beatus Auguſtinus ad Ianuarium ſcribit[g], primo legis diuinæ capite prohiberi coli aliquam in figmentis hominum Dei ſimilitudinem: non quia non habet imaginem Deus, ſed quia nulla imago eius coli debet, niſi illa quæ, hoc eſt quod ipſe, nec ipſa pro illo, ſed cum illo. Idem alio loco[h], Filium de Patre eſſe vt ſit, atque vt illi coæternus ſit memorat: Imaginem enim ſi perfectè implet illud cuius imago eſt, ipſam coæquari ei; non illud imagini ſuæ. Clemens noſter multò antè, vultum & faciem Patris æterni Filium, vtpote voluntatis & idiomatis ipſius indicem atque interpretē, nuncuparat[i]: quo loco ἐντεῦθεν πρόσωπον εἴρηται τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς (inquit)

a Origenem exponēs lib. 2. περὶ ἀρχῶν. c. 4. & lib. 4. cap. vlt. & in Apol. pro Origen. Aug. etiā lib. 4. de Trin. c. 21. ita placuiſſe quibuſdā ait appellare, quod Græci dicunt νοερόν.

b Initio lib. 3. aduer. Ariū.

c Sap. Salom. cap. 7. ver. 26. Filio ſapiētiā, patri potentiā ſecūdū rationē cauſalitatis tribui docet d. Th. in Sum. q. 39. art. 8.

d Cap. 1. ver. 3

e Cap. 1. ver. 15.

f In liturg. oratione conſecrationē præcedēte, fol. 53.

g Ep. 119. c. 11

h Li. 6. de Tr. ca. 10. & vlt. citat D. Tho. in Sum. par. 1. q. 42. art. 1. in 3. arg. ſed videto explicationem, in ſolutione tam ſecundi quàm tertij argum.

i Lib. 5. Stro. Clem. Alex.

αἰσθήσεων πεντάδι σαρκοφόρος γινόμενος ὁ λόγος ὁ τῆς πατρῴου μονάδος ἰδιώματος. Victorinus autem Afer aduerſus Arium [a], ita Filium Patris imaginem & formam eſſe olim docuerat, vt tamen ſubſtantia quædam ſubſiſtens eſſet, in qua apparet, & demonſtratur quod occultatum & velatum eſt in alio. Et addiderat iſtud, quod ad ſuperiorum explicationem perpendendum cenſeo; Deus vt velatum quiddam eſt; Nemo enim videt Deum: forma igitur Filius in quo videtur Deus, &c. Sed enim Pater Deus quod eſt, eſſe, Filius autem vita. Filius ergo vita Patris, Dei forma eſt in qua ſpeculatur potentia patria: Et alio loco, [b] Quod autem formatum eſt, hoc eſt Eſſe; forma verò eſt, quæ intelligi facit, illud quod eſt eſſe. Hoc ergo quod eſt eſſe, Deo damus; formam autem Chriſto: quia per Filium cognoſcitur Pater, id eſt per formam quod eſt, eſſe. Hactenus ille.

AT quomodo cognoſcitur (inquies) per Filium Pater, ita vt huius ille imago expreſſa ſit, ſed inuiſibilis? nempe per virtutem diuinorum operum [c], vicarium enim ſe Patris Chriſtus oſtendit, per quem Pater & videretur in factis, & audiretur in verbis, & cognoſceretur in Filio, facta & verba Patris adminiſtrante, ſicuti Tertullianus [d] eleganter ſcribit: quod ipſum beatus Hilarius [e], & Origenes [f] docent.

a Lib. 1. de filio Dei patris verbo & imagine. Videto & ex Philone Aug. Steuch. Eugubi. ad illud, Dilexiſti iuſtitiã, è Pſal. 44. Eructauit

b Lib. 2. vide & initio lib. 3.

In generatione diuina eſſe eandẽ numero formã generãtis & geniti: in rebus autem creatis non eſſe eandem numero, ſed ſpecie tãtum, à B. Tho. traditur in Sum. part. 1. q. 33. art. 2. in fi. à quo etiã oſtẽditur imaginis nomen in diuinis Filio proprium eſſe, q. 35. art. 1. & 2.

c *Vide Ioan. Euang. cap. 10. verſ. 25. 36. 37. & 38. & cap. 14. verſ. 10.*

d *Aduerſ. Praxeam.*

e *Lib. 8. de Trin. & initio lib. 11.*

f *Homi. 1. in Geneſ. ad illa, Et plaſmauit Deus hominẽ. Et lib. 1. περὶ ἀρχῶν. cap. 2. Filium relatiuè imaginẽ dici ſicut & verbũ, & filiũ Auguſtinus tradit, lib. 1. c. 13.*

Si

Si enim omnia (inquit iſte) quæ facit Pater, hæc & Filius facit ſimiliter; in eo quod omnia ita facit Filius ſicut Pater, imago Patris in Filio deformatur: qui vtique natus ex eo eſt, velut quædam voluntas eius ex mente procedens. Nam vtique inuiſibilium conditor non eſt in ea naturæ neceſſitate (ait ille [a]) vt inuiſibilis Dei imago viſibilis ſit. Ac ne formæ potius, quàm naturæ imago eſſe intelligeretur, idcirco inuiſibilis Dei imago eſt; natura in eo Dei per naturæ ſuæ virtutem, intelligenda non viſibili qualitate. Et ſtatim addit, Sentíſne iam quid ſit eſſe imaginem Dei? Creari vtique omnia in eo & per eum; &c. Et alio loco, [b] Incorporeus Pater eſt; ſi Filius ſecundum ſpiritum circumſcriptus eſt corpore, iam incorporei non eſt forma corporeus: ineffabilis Pater eſt; ſi Filium ſermo complectitur; extra imaginem eſt inenarrabilis; natura narrabilis, &c. Et ſtatim, Non poteſt expreſſius (ait) in filio Dei diuinitatis natura, ab Apoſtolo prædicari, quàm ad id quod inuiſibile Dei eſt, inuiſibilis Dei imago ſit Chriſtus; qui vtique in ſubſtantia conſpicabili imaginem naturæ inuiſibilis non referret. Quo vno dicto nihil proferri poſſe aptius reor ad illuſtrandam Clementis Alexandrini ſententiam περὶ τοῦ ἐκ ἀϊδίου ἀγάλματος τοῦ θείου τοῦ νοητοῦ, ita vt à nobis reſtituta eſt: A qua facit & iſtud diui Baſilij [c] ad Gregorium fratrem ſcribentis de vnigenito filio Patris inuiſibilis imagine, atque charactere; ſic dicto, οὐχὶ τῷ διαφέρειν τοῦ ἀρχετύπου τὴν εἰκόνα κατὰ τὸν τοῦ

a *Lib. 8. de Trin. Vide & initiū lib. 11.*

b *Lib. 11. de Trin. ſub init.*

c *In epiſt. de Vſia & hypoſtaſi ad finem.*

ἀορασίας, καὶ τῆς ἀγαθότητος λόγον, ἀλλ' ἵνα δειχθῇ ὅτι ταὐτὸν τῷ πρωτοτύπῳ ἐστὶ κἂν ἕτερον ᾖ. οὐ γὰρ ἂν ὁ τῆς εἰκόνος διασωθείη λόγος, εἰ μὴ διὰ πάντων τὸ ἐναργὲς ἔχει καὶ ἀπαράλλακτον, &c. quæ ſequuntur: Nam etſi inuiſibile Filij Patrem, & viſibile Patris Filium diuus Irenæus alicubi [a] dixerit; & meritò quidem; vel propter hypoſtaticam duarum in Chriſto naturarum vnionem. Et quoniam per ſapientiam Dei in nouiſſimis (vt ille ait) temporibus, vidit Deum homo in altitudine petræ, hoc eſt in eo qui eſt ſecundum hominem eius aduentu; iuxta id quod in Euangelio Ioannis [b] legitur: Agnitionem autem Patris eſſe Filium, agnitionem verò Filij in Patre, & per Filium reuelatam [c]: attamen quando videre & videri corporum res eſt, quod vtrique nec Patri, nec Filio, nec Spiritui ſancto, vel inter ſe inuicem competẽter aptabitur (ſicuti Origenes [d] tradit. Natura enim trinitatis modum viſionis excedit, his qui in corpore ſunt: Incorporeæ verò naturæ, & principaliter intellectuali nihil aliud conuenit, niſi noſſe & noſci) Patrem quidem inuiſibilem, cum Tertuliano [e] intelligimus, pro plenitudine maieſtatis; viſum autem patribus Deum Dei ſcilicet filium, non ſecundum plenitudinem diuinitatis, ſed ſecundum capacitates hominum admittimus: qui viſibilem Filium pro modulo deriuationis agnoſcimus, in ſomno autem, viſione, ſpeculo & ænigmate; quia ſermo ſpiritus, niſi imaginaria forma videri non poteſt. Verbum enim eſſe filium Dei ſcribit alibi Orige

a *Li. 4. aduer. hæreſ. cap. 14. & vide c. 37.*

b *Cap. 1. ver. 14.* καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας.

c *Vide Io. Eu. c. 10. verſ. 15.*

d *Libr. 2.* περὶ ἀρχῶν, *ca. 4. vbi locũ Euãgeliſtæ illum explicat Phili. qui videt me, videt & patrẽ: ſed omnino videã tur quæ Aug. epiſt. 3. de vidẽdo Deo ſcripſit ad Fortunatianum & 22. lib. de ciuit. Dei.*

e *Aduerſus Praxeã, vide & Irenæũ l. 4. aduer. hær. c. 37. hac de re dicemus in c. 5. infra.*

Origenes[a];& ideò nihil in illo ſenſibile intelligendum;ſapientiam eſſe,& in ſapiẽtia nihil corporeum ſuſpicandum: Imaginem porrò eſſe inuiſibilis Dei patris Saluatorem noſtrum, qui quantum ad ipſum quidẽ Patrem veritas,quantum autem ad nos quibus reuelat Patrem,imago eſt per quã cognoſcimus Patrem, quẽ nemo alius nouit niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.Reuelat autem per hoc quod ipſe intelligitur:A quo ipſe enim fuerit intellectus, conſequenter intelligetur & Pater;ſecundũ hoc quod ipſe dixit,Qui me videt,videt & Patrẽ.Hactenus ille:Cui & Irenæus[b] aſſentitur lib.4.aduerſ.hæreſ. & B. Auguſtinus alicubi[c] verba illa Chriſti explicans,Qui videt me,videt & Patrẽ.Ait enim ſic hoc dictum eſſe, non vtique vt ipſe ſit Pater qui Filius,ſed quod à Patris ſimilitudine in nullo prorſus diſcrepet Filius, &c. Et ſtatim, Sed quoniam illi ſum omnino ſimillimus, amodò cognoſcetis eum cùm cognoſcitis me:& vidiſtis eum, ſi oculis cordis vidiſtis me.Et poſtea,Cur in ſimilibus diſtantiam cupis cernere? cur inſeparabiles ſeparatim deſideras noſſe?

RECTE verò per Filium à nobis dignoſci Patrem diximus, cuius ille vt imago eſt, ita ſolus eſt qui notitiam infinitatis ipſius plenam atque perfectam habeat. Vnde diuus Hilarius quodam loco[d] infinitatis Dei cognitionem ſoli Deo propriam ſcribit; qui ſecundum perfectam originis ſuæ plenitudinem ipſe imago eſt infiniti:idem & Chriſtum alio loco[e], Deum viuentis viuam imaginem & beatæ naturæ ple-

a *Lib.1. περὶ ἀρχῶν cap. 2. verbum eſſe in diuinis perſonæ Filij proprium nomen: cum dicatur ſecundũ quod eſt procedens emanatione intellectus, docet B.Thomas in ſum.quæſt. 34.act. 2.*

b *Cap. 37.*

c *Tract. 70. in Ioan. de cap. 14.*

d *Enarrat.in Pſal. 134.*

e *Sub init.lib. 11. de Trinit.*

niſſimam formam, & innaſcibilis ſubſtantiæ vnigenitam natiuitatem nuncupat; beatus Ambroſius [a] non æqualitatis homini ad Deum, ſed ſimilitudinis æmulationem eſſe. Solum enim Chriſtum eſſe plenam imaginem Dei, propter expreſſam in ſe paternæ claritudinis vnitatem. Ioannes verò Damaſcenus [b] omnium optimè, atque ad ea quæ ſuperius expoſita fuerunt aptiſſimè, de Chriſto ita loquitur; vt τὸν λόγον ἐνυπόστατον, τὴν οὐσιώδη, καὶ τελείαν, καὶ ζῶσαν εἰκόνα τοῦ ἀοράτου Θεοῦ, ſubſtantialem, perfectam, & viuam imaginem inuiſibilis Dei nominet: qui & alibi [c] εἰκόνα τοῦ Πατρὸς τὸν υἱόν, καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα nuncupare auſus eſt, ſicuti Marius Victorinus Filium Patris vocem appellat, vocémq; vocis Paracletum. Denique illuſtrante ſancti Spiritus gratia per inuiſibilem inuiſibilis Dei imaginem ad contemplandam & conſiderandam ſummi Dei tanquam archetypi eximiam illam pulchritudinem adducimur atque attollimur: quemadmodum beatus Baſilius [d] erudiſſimus ille atque ſanctiſſimus Theologus in hæc verba tradit, Διὰ δυνάμεως φωτιστικῆς τῷ κάλλει τῆς τοῦ Θεοῦ ἀοράτου εἰκόνος ἐνατενίζομεν, καὶ δι' αὐτῆς ἀναγόμεθα ἐπὶ τὸ ὑπέρκαλον τοῦ ἀρχετύπου θέαμα, καὶ αὐτοῦ που πάρεστιν ἀχωρίστως τὸ τῆς γνώσεως πνεῦμα, &c. Et ſtatim, Ἡ τοίνυν ὁδὸς τῆς θεογνωσίας ἐστὶν ἀπὸ ἑνὸς πνεύματος διὰ τοῦ ἑνὸς υἱοῦ ἐπὶ τὸν ἕνα πατέρα, καὶ ἀνάπαλιν ἡ φυσικὴ ἀγαθότης, καὶ ὁ κατὰ φύσιν ἁγιασμὸς καὶ τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα, ἐκ πατρὸς διὰ τοῦ μονογενοῦς ἐπὶ τὸ πνεῦμα διήκει. Cæterùm quomodo Chriſtus Dominus Dei filius, non ſuum ſed Patris verbum,

nec

a *Lib.* 10. *in Lucam.*

b *Lib.* 1. *de fide Orthodo. cap.* 8.

c *Cap.* 18. *eiuſdem lib. ſed doctores Latinos ſpretis hac in re Græcis, ſequendos diſces ex B. Tho. in Sum. par.* 1. *q.* 35. *art.* 2.

d *In lib. de ſancto Spirit. cap.* 18.

nec ſuus filius idem ipſe ſed Patris; ſic (teſte Auguſtino [a]) nec ſua imago, ſed Patris : cuius & ille facies, & illuminatio vultus Dei, ſecundum ea quæ diuus Hieronymus ad Dauidem ſcribit [b]. Nullum itaque apud Chriſtianos verè pios inuiſibilis Dei (nam de Chriſti, Deiparæ, aliorúmque Sanctorum iconibus alia eſt ratio [c]) ſimulacrum aſpectabile aut eſt, aut porrò eſſe debet, ex ipſius etiam Damaſceni ſententia : qui extremæ inſaniæ atque adeò impietatis eſſe alibi [d] tradit, diuinitatem vlla figura exprimere : Τοῦ ἀοράτου, καὶ ἀσωμάτου, καὶ ἀπεριγράπτου, καὶ ἀσχηματίστου Θεοῦ τίς δύναται ποιήσασθαι μίμημα, παραφροσύνης τοίνυν ἄκρας καὶ ἀσεβείας τὸ σχηματίζειν τὸ θεῖον. Et poſtea, Ὅτι ἐξευτελίζει τὴν τοῦ Θεοῦ σεμνότητα ἡ ἐν ἑτοίμῳ τῆς ὄψεως συνήθεια, καὶ τὴν νοητὴν οὐσίαν δι' ὕλης σεβάζεσθαι, ἀτιμάζειν ἐστὶν αὐτὴν δι' αἰσθήσεως, &c. Quibus verbis, quoniam ratio præclara redditur, quare in materia coli ſubſtantia intellectualis, hoc eſt, diuinitas minimè debeat: cùm ſit ſpiritus Deus, ideóque ipſum in ſpiritu & veritate adorari oportere conſtet [e], ideò hîc ea inſerenda explicandę penitus atque confirmandæ illi Clementis ſententiæ credidi.

SED redeamus (ſi videtur) eò vnde diſceſſimus, περὶ Θεοῦ τοῦ μόνου ὄντως Θεοῦ : quod loquendi genus ab ipſo vſurpatum diximus, excludendis

a *Ad ſi. tract. 76. in Euang. Ioan. de c. 14.*

b *Ad Pſal. 79 Qui regis Iſrael, verſ. Domine Deus virtutum. poſt Ambr. lib. 1. de fide, c. 4.*

c *Vide vetuſtum canonem Græcũ relatũ à Turriano ca. 25. li. 1. pro can. Apo. vbi & ex orthodoxo Nicephori Conſtãtinop. Patriarchæ dialogo de imaginib. & ex Athanaſ. in hanc rẽ plurima video, & can. 3. octauæ ſynodi general. Conſtãtin. & Aurel. Pruden. & Paulin. Nola. de parietibus ſanctorũ picturis ex vetuſta Eccleſiæ conſuetudine poſt Tertul. in lib. de pudicit. vbi ait, Imaginem Chriſti de humeris ouem portantis, in ſacris calicibus depingi ſolitam.*

d *Cap. 17. lib. 4. Minutius Felix in Octauio. Quod enim ſimulacrum Deo ſingam : cùm ſi rectè exiſtimes, ſit Dei homo ipſe ſimulacrum? &c.*

e *Vide Euang. ſecundum Ioan. cap. 4. ver. 24.*

gentium non diis, ſed idolis atque dæmoniis; quale illud Dauidis [a], Quoniam quis Deus præter Iehouam (vulgò legitur Dominum) aut quis Deus præter Deum noſtrum? Et item iſtud eiuſdem alio loco [b]; Non eſt ſimilis tui in diis Domine, & non eſt ſecundum opera tua: Et ſtatim, Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus ſolus. Et alibi [c], apud eundem, Deus Deus tuus ego ſum; Denique alio loco [d], Non erit in te Deus recens, nec adorabis Deum alienum. Ego enim ſum Dominus (Iehoua) Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti. Item illud Chriſti Domini in beati Ioannis Euangelio [e], Ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. Item iſtud è diui Iacobi Liturgia, Ἵνα ἀεὶ καὶ διαπαντὸς δοξάζωμεν σὲ τὸν μόνον ζῶντα, καὶ ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν. Iſta denique è Clementis Romani & Baſilij liturgicis orationibus, Ὁ μόνος ἀληθινὸς Θεὸς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ Χριστοῦ, &c. Et, Οὐδὲ γάρ ἐστι Θεὸς ὥσπερ σὺ ἕτερος. Item, Ἄξιον ὡς ἀληθῶς, καὶ δίκαιον πρὸ πάντων ἀνυμνεῖν σὲ τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν, & σὲ προσκυνεῖν, σοὶ εὐχαριστεῖν, σὲ δοξάζειν τὸν μόνον ὄντως ὄντα Θεὸν; & ſi qua his ſimilia paſſim apud auctores [f] reperire eſt, ab eo videlicet loco deducta, in quo diuus Paulus [g] ad Corinthios, Οἴδαμεν ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ, καὶ ὅτι οὐδεὶς Θεὸς ἕτερος, εἰ μὴ εἷς, &c. ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ πατὴρ, &c. καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός. De quo poſterius [h] videndum erit. Sanè quod Alexandrinus Clemens, ſola Dei voluntate mundum, & à ſolo Deo conditum, quando & ſolus verè Deus eſt memo

a *Pſalm. 17. ver. 35.*

b *Pſalm. 85. ver. 8. & 10.*

c *Pſalm. 50. Deus deorum Dominus. verſu. 9.*

d *Pſal. 80.*

e *Cap. 17. ver. 3. vbi vide Ianſenium in ſua concord. comment. cap. 136. vide & B. Thomam in Sum. par. 1. q. 31. art. 4. poſt D. Auguſt. lib. 6. de Trin. cap. 9.*

f *Iuſtinus in quæſt. Chriſt. aduer. Græcos in 1. quæſt.*

g *Epiſt. 1. c. 8. ver. 4. 5. 6.*

h *Cap. 8. inf.*

morat[a], ſic ferè, Ὅσηγε ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ μόνον αὐτοῦ τὸ βούλημα κοσμοποιΐα, μόνος γὰρ ὁ Θεὸς ἐποίησεν, ἐπεὶ καὶ μόνος ὄντως ἐστὶ Θεός: mihi non eſt dubium, quin partim excludendis dæmoniis, ac idolis exarauerit, partim etiã immò verò potiſſimum confutandis vetuſtis hæreticis: quorum Simon quidem Magus veluti ſignifer quidam, ac dein Menander eius diſcipulus, ſed & Saturninus & Carpocrates; immò & è Gnoſticis nonnulli, mundum & quæ in eo ſunt factum ab Angelis emiſſis ab Ennoëa ſeu Selene multò inferioribus ingenito patre aſſerebant[b]. Cerinthus autem & Nicolaitæ (vt mittam cæteros) non à primo Deo, ſed à virtute quadam valdè ſeparata, & diſtante ab ea principalitate, quæ eſt ſuper vniuerſa, & ignorante eo qui eſt ſuper omnia Deo.[c] Aduerſus hos verò diuum Irenæum luculenter, piè, ac eruditè ſcripſiſſe[d], nemo eſt eorum qui Theologiam deguſtarunt, qui neſciat. Ergo Tertullianus[e] ad id quod Clementem eo loco ſentire diximus, appoſitè (quod poteſt) alicubi, præter ſemetipſum non alium eſſe Deum ab æterno illo parẽte omnium dictum ſcribit; propter idololatriam tam nationum quàm Iſraëlis: etiam propter hæreticos, qui ſicut nationes manibus, ita & ipſi verbis idola fabricantur: id eſt, alium Deum, & alium Chriſtum.

SANE Dei nomen incommunicabile, idolis tamen & hominum figmentis tributum fuiſſe, Sapientiæ XIV. cap. ſummus ille Deus conqueritur; Τὸ δὲ χειροποίητον (ait) ἐπικατάρατον αὐτὸ καὶ ὁ ποιήσας αὐτό. Ὅτι ὁ μὲν εἰργάζετο, τὸ δὲ φθαρτὸν Θεὸς ὠνομάσθη,

a In Protrep. Vide & Triſmeg. in Pimã. cap. 4. ſub ini. τὸν πάντα κόσμον ἐποίησεν (inquit) ὁ δημιουργὸς οὐ χερσὶν, ἀλλὰ λόγῳ, & ſtatim, καὶ πάντα ποιήσαντος καὶ ἑνὸς μόνου, τῇ δὲ αὐτοῦ θελήσει δημιουργήσαντος τὰ ὄντα vide & cap. 5.

b Vide D. Irenæũ lib. 1. aduerſ. hæreſ. c. 20. 21. 22. & 24. & lib. 2. cap. 2. & lib. 3. ca. 11. & Philaſt. Brixienſ. in de hæreſib.

c Vide Iren. cap. 25. lib. 1. aduer. hæreſ. & lib. 3. c. 11.

d Vide lib. 2. cap. 1. & 2. & lib. 3. cap. 11. & lib. 4. c. 17.

e Aduer. Praxeam.

ἐν ἴσῳ μισητὰ Θεῷ, καὶ ὁ ἀσεβῶν, καὶ ἡ ἀσέβεια αὐτοῦ, &c: quæ ſequũtur in eandẽ ſententiã: quibus adiicitur, Ὅτι ἢ συμφορᾷ, ἢ τυραννίδι δουλεύσαντες ἄνθρωποι τὸ ἀκοινώνητον ὄνομα λίθοις καὶ ξύλοις περιέθηκαν. Incommunicabile autẽ iſtud Dei nomẽ propriè ſecundum rem ſcilicet reique veritatẽ, ac totam ſuam (diuinæ nimirũ naturæ) ſignificationẽ; non item analogice, ſecundum opinionem, aut ſecundum aliquid, hoc eſt ſecũdum participationem ſimilitudinis, perquàm ſubtiliter à diuo Thoma[a] demonſtratum memini: ex quo illud Tertulliani[b] ad Marcionẽ explicandum omnino eſt; Vbi, Dei nomen (inquit) quaſi naturale diuinitatis poteſt in omnes cõmunicari, quibus diuinitas vindicatur; ſicut & idolis; dicẽte Apoſtolo, nam & ſunt qui dicuntur dij ſiue in cœlo ſiue in terris. Atque iſta quidem ad priorem diſtinctionis, initio ſermonis huius traditæ partem, pertinere omnino viſa ſunt: ex quibus eſſe cuique iam ſatis perſpicuum reor, quò ſpectare intelligatur, qui Omnipotentem verè Deum eſſe, aut verum Deum eſſe pronuntiauerit. Alterum diuiſionis illius noſtræ membrum ſequenti ſermoni reſeruabitur: nam hunc quidem longiùs aliquanto excurriſſe, ſi non quàm par erat, certè quàm decreueram; nunc demum perſenſi, cùm ilia (vt ita loquar) cœpi ducere. Quamquam hoc laboris quidquid eſt in conſcribendo cepiſſe nos, nequaquam pigebit in poſterum: niſi philologis eruditis, quibus prodeſſe ac placere ſtuduimus, id contra noſtram expectationem ſenio fortaſſis inter legendum fuerit.

a *In Sum. 1. part. q. 13. art.*

b *Libr. 3.*

CAP.

CAP. IIII.

ESSE quod propriè dicitur, hoc de vero Deo proferatur atque intelligatur neceſſe eſt, non falſorum modò deorum (qui vtique nulli verè ſunt) ſed etiam creatarum quarumlibet rerum excludendarum gratia; quæ licet quadamtenus eſſe videantur, ac dici queant; attamen quà id quod quóque modo ſunt, ab æterno illo Conditore per vnigenitum eius Filiũ Dominum noſtrum habent, atque ita mutationi ſunt obnoxiæ, vt non eodem ſe modo ſemper habeant; eſſe ipſæ niſi minus propriè veréque dici non poſſunt. Igitur ſe eſſe Deus omnipotens Iehoua illo Exodi loco quem ad ſecũdi ſermonis extremum propoſui, effatus eſt, miſſurus vtique Moſen ad Hebræos; non quemadmodum noſter Iuſtinus tradit (quem nihilominus honoris cauſa ſemper, vt par eſt, à me nominatum volo) *ἀντιδιαστέλλων ἑαυτὸν δηλονότι ὁ ὢν τοῖς μὴ οὖσιν*, hoc eſt, non vt remoueat eos qui non ſunt, nimirum recentes atque externos ſiue alienos Deos[a]: ſed potius *κατ᾽ ἀντιδιαστολὴν πάσης τῆς κτίσεως*, hoc eſt, vt quodcunque factũ creatúmve ſit, quodcunque ab æterno illo & immutabili Opifice (*ἀριστοτέχναν* Pindarus[b] vocauit) originem trahat, excluſum tali verbo eſſe intelligatur; propterea quod nihil Deo par ſit, naturáque eius ab omnium rerum conditione diſtet, quemadmodum Tertullianus quodam loco[c] rectè pronuntiat.

a Sic vocantur Exodi ca. 20.2.3. Deut. 32. Ioſue 24. & Pſalm. 43. verſ. 23.

b Vide Th. Canter. cap. 11. lib. 2. var. lect. è Plutar. Dione Chryſoſt. & Clem. Alexandrino.

c In de Carne Chriſti.

EVIDENTER hanc meam opinionem atque ad Iuſtinum adnotationem ſtabilit, firmátque Beatus Auguſtinus [a] his ferè verbis; cùm ad ſanctum Moſen ita verba Dei per Angelũ proferantur, vt quærenti quod ſit nomen eius, qui eum pergere præcipiebat ad populũ Hebræum ex Ægypto liberandum, reſpondeatur, Ego ſum qui ſum, & dices filiis Iſrael, Qui eſt miſit me ad vos: tanquam in eius comparatione qui verè eſt, quia incommutabilis eſt, ea quæ mutabilia facta ſunt, non ſint. Accedant ſuperioribus iſta eiuſdem auctoris alio ex loco [b]. Ergo illa æterna incommutabiliſque natura, quod Deus eſt habens in ſe vt ſit; vnde Moyſi dictum eſt, Ego ſum qui ſum, longè aliter quàm ſunt iſta quæ facta ſunt; quoniam illud verè ac primitus eſt, quod eodem modo ſemper eſt, nec ſolùm non commutatur, ſed commutari omnino non poteſt; nihil horum quæ fecit exiſtens, & omnia primitus habens, ſicut ipſe eſt. Quod enim eſt (ſicuti apud Tertullianum [c] legimus) ideò hoc habet nomen, quoniam eandem ſemper ſui obtinet qualitatem: immutatio enim tollit illud nomen, Quod eſt; & cætera quæ ſequuntur.

ESSE, eſt igitur, ab æterno nimirum atque ἀναλλοιώτως; hoc eſt, ita vt mutationi non ſubiiciatur, præteritúmque ac futurum tempus non recipiat: quod ſolius Dei proprium, creaturis denegatur. Vnde Damaſcenus [d] optimè ad amuſſim Catholicam (vt omnia ſolet) ἄτρεπτον παντελῶς τὸ θεῖον, καὶ ἀναλλοίωτον: & rurſum alibi [e]. Πᾶν δὲ τρεπτὸν οὐ Θεός. κατὰ τὴν ἰδίαν γὰρ φύσιν

φθαρ

a Li. 8. de Ciui. Dei ca. 11. vbi Viues. ex Platon. pluri.

b Li. 5. de Geneſ. ad litterã c. 16. vide & li. 5. de Trin. c. 2. & libr. 15. cap. 23.

c In de Trin. vbi vide de Dei immutabilitate, itẽq; aduerſus Praxeam & Hil. enarrat. in 2. pſal. ad illud Quare fremuerũt gẽtes, & Agnellum Rauẽnatẽ Epiſc. ad Arm. aduerſ. Ariũ & Ioã. Dam. libr. 1. de fid. Orth. c. 8. poſt Aug. circa fin. tractatus 39. in Io. & lib. 5. de Trin. c. 4.

d Cap. 18. de fid. Ortho. lib. 1. vide & cap. 19. ſed D. quoque Thom. in ſum. par. 1. q. 9. art. 1. & 2.

e Lib. 2. c. 7.

φθαρτὸν ἅπαν τρεπτόν. Et Agnellus Rauennas Epiſco. ad Arminium ſcribens, aduerſus Arium in capite libri ſui dicentem, Fuiſſe Deum quando Pater non fuerit; ita vti nos facimus, verba Moſis accipit, Patrem enim ab Ario blaſphemari multis modis: Primò iam, quia non poteſt (ait) ſtare vt dicatur, Qui eſt miſit me; quia iam non poteſt dici qui eſt, qui heri alius fuit, & hodiè alius eſt. Ergo ſi non eſt alius hodiè, cras non alius, & ſemper immutabilis perſeuerat, ſemper ergo fuit Pater, ſemper fuit cuius eſſet Pater, &c. quæ ſequuntur: quibus illa ſcio congruere, quæ Damaſcenus ille quem antè nominaui, alio [a] loco tradidit; ſed & Theodoretus Cyrenſis in lib. de Principiis [b] ex Platonis Timæo cùm ait, Æternæ ſubſtantiæ ipſum eſt duntaxat veriſſima ratione congruere. Erat autem atque erit, de ea generatione quæ eſt in tempore dici conuenire. Quod enim eſt ſemper, omni eſſe vtique generatione ſuperius: quod autem gignitur, id continuò & efficitur, cúmque plurimas immutationes accipiat, meritò id nunquam verè eſſe à Platone dici. Atque hæc quidem omnia iuxta illud Malachiæ [c], Ego enim Dominus & nõ mutor; & iſtud Eſaiæ [d], Vos teſtes mei dicit Dominus, & ſeruus meus quem elegi; vt ſciatis, & credatis mihi; & intelligatis, quia ego ipſe ſum, ante me non eſt formatus Deus, & poſt me non erit. Ego ſum, ego ſum Dominus, & nõ eſt abſq; me Saluator, &c. Et ſtatim, & ab initio ego ipſe & nõ eſt qui de manu mea eruat. Quib. interim locis animaduertẽdũ cẽſeo, in Hebræo cõtextu

a *Libr. 1. de fid. Orthodo. cap. 8.*

b *De curat. Græcar. affec. lib. 2.*

c *Cap. 3.*

d *Cap. 43. vide & Apocal. c. 1. & c. 4.*

Iehouam

Iehouam eſſe, quem Dominum diximus; quod ſanè ad rem noſtram non minimum pertinere, ſuo loco inferiùs demonſtrabitur.

NVNC verò interpretationis, quam περὶ τοῦ τὸν Θεὸν εἶναι καὶ μόνον cœpimus aduerſus Iuſtinum facere, prorſus confirmandæ gratia; quod ſit Deus ab æterno, idemq́ue ſit ſemper, nec immutetur; & ſe eſſe ideò dicat, vt ſemoueri ſcilicet cæteræ res omnes creatæ intelligantur, quæ immutationi, conuerſioni atque adeò morti ſunt obnoxiæ: placet paucos adhuc iſtos è plurimis vetuſtorum Patrum ſcriptis, quos mihi dudum ad hanc rem ſelegeram locos, hîc etiam inſerere. Beatus Ambroſius [a], Sed quid tam verum (ait) quam Diuinitas, quæ manet ſemper; creaturæ autē nō poteſt veritas eſſe, ſed ſpecies quæ facilè ſoluitur atque immutatur: & alibi [b], Euangelicum illud explicans, Ego & Pater vnum ſumus; Non igitur in vtroque vna perſona (inquit) ſed vna ſubſtantia eſt: & benè addidit, Sumus; quia ſemper eſſe diuinum eſt; vt coæternum credas, quem putabas diſſimilē eſſe. Æternus eſt enim, de quo dicit Moyſes, Qui eſt miſit me. Beatus Auguſtinus itidem in Iohannem, [c] eſt enim, ſemper eodem modo eſſe. Res enim quælibet prorſus qualicumque excellentia, ſi mutabilis eſt, non verè eſt: non enim eſt ibi verum eſſe, vbi eſt & non eſſe, &c. quæ ſequuntur. Et poſteà, præteritum & futurum inuenio in omni motu rerum; in veritate quæ manet, præteritum & futurum non inuenio, ſed ſolum præſens; & hoc incorruptibiliter, quod in creatura non eſt.

Diſcute

a *In de ijs qui initian. myſt. cap. 4.*

b *Cap. 7. lib. 6. Hexamer.*

c *Tract. 8. de cap. 8. vide & 83. q. lib. q. 17. vbi nec præteritū, nec futurum: ſed omne præſens eſſe apud Deum tradit.*

Diſcute rerũ mutationes,inuenies, Fuit, & erit cogita Deum, inuenies Eſt; vbi Fuit & erit eſſe non poſſit, &c. Et alio loco [a], Deus autem hoc quod eſt,eſt,ideò proprium nomen ſibi tenuit, Ego ſum qui ſum; hoc &filius,dicendo,Niſi crediderítis, quia ego ſum. Ad hoc pertinet, Et tu quis es? Principium. Deus igitur incommutabilis eſt,anima mutabilis: vbi animaduertendum interim admoneo, quod ait de proprio nomine: valde enim ad ea quæ inferius dicturi ſumus, pertinet. Qua de re autem hîc agere cœpimus,ad eam omnino explicandam; vnum hoc, vt nequid præterea ex Auguſtino addatur, proferam; is ipſe in tractatu [b] quem ea de re quam agimus integrum ſcripſit, de eo ſcilicet quod dictum eſt ad Moyſen à Deo, Ego ſum qui ſum;Dices filiis Iſraël, Qui eſt, miſit me ad vos: Ecce nomen eſt incommutabilitatis (inquit): Omnia enim quæ mutantur, deſinunt eſſe quod erant, & incipiunt eſſe quod non erant:Eſſe verum, eſſe ſyncerũ, eſſe germanum non habet,niſi qui non mutatur; ille habet eſſe, cui dicitur, Mutabis ea & mutabuntur, tu autem idem ipſe es. Quid eſt, Ego ſum qui ſum? niſi æternus ſum?Quid eſt,Ego ſum qui ſum,niſi mutari non poſſum? Cùm ergo ſit hoc nomen æternitatis, &c. quæ ſequuntur. Et ſtatim, Sic ſum quod ſum,ſic ſum ipſum eſſe, ſic ſum cum ipſo eſſe,vt nolim hominibus deeſſe. Mirum in modum placet illa B.Auguſtini τȣ͂ ὄντος definitio; vt ſit propriè quod ſemper eodẽ modo ſit,vnus nimirum Deus: quod ita expreſſum à Iuſtino

a *Tracta. 39. in Ioan. ad extremum.*

b *Ad fin. tomi 6. eius operum.*

alicubi [a] reperio; Θεὸν δὲ σὺ τί καλεῖς, ἔφη, τὸ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἀεὶ ἔχον, καὶ τοῦ εἶναι πᾶσι τοῖς ἄλλοις αἴτιον, τοῦτο δή ἐστιν ὁ Θεός. Et longè à diuino Platone antea [b], his ferè verbis, τὸ ὂν μὲν ἀεί, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον, νοήσει μετὰ λόγου περιληπτὸν ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ὄν. Eôdem pertinet iſtud Clementis Romani ex libri Apoſtolicarum Conſtitutionum octaui [c] Oratione liturgica ad Deum Patrem, τὸν πάντοτε κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα ἐξ οὗ τὰ πάντα καθάπερ ἔκ τινος ἀφετηρίας εἰς τὸ εἶναι παρῆλθεν. Et Clementis Alexandrini è Protreptico quod adſcribam, τὸ δὲ μόνον δίκαιον μέτρον, ὁ μόνος ὄντως Θεὸς ἴσος ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ, καὶ ὡσαύτως ἔχων μετρεῖται πάντα, καὶ σταθμᾶται οἱονεὶ τρυτάνῃ τῇ δικαιοσύνῃ τὴν τῶν ὅλων ἀῤῥεπῶς περιλαμβάνων καὶ ἀνέχων φύσιν. Quibus ex locis, & ex illo Baſilij Magni [d], quo Deum ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντα, itidem nominauit; iſtum è Chryſoſtomi liturgia [e] ſic quoque caſtigandum cenſeo, vt legatur, Σὺ γὰρ εἶ Θεὸς ἀνέκφραστος, ἀπερινόητος, ἀόρατος, ἀκατάληπτος, ἀεὶ ὡσαύτως ὢν, σὺ καὶ ὁ μονογενής σου υἱός, &c. pro ἀεὶ ὢν ὡσαύτως ὤν: præſertim cùm & apud Dionyſium Areopagitam [f] ita etiam ſcriptum ſit, Τὸ δὲ ταὐτὸν ὑπερουσίως ἀΐδιον ἄτρεπτον, ἐφ' ἑαυτοῦ μένον, ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχον, πᾶσιν ὡσαύτως παρὸν, καὶ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ σταθερῶς καὶ ἀχράντως ἐν τοῖς καλλίστοις πέρασι τῆς ὑπερουσίου ταυτότητος ἱδρυμένον ἀμετάβλητον, ἀμετάπτωτον, ἀῤῥεπτον, ἀναλλοίωτον, ἀμιγὲς, ἄϋλον, ἁπλούστατον, ἀπροσδεὲς, ἀναυξὲς, ἀμείωτον, ἀγένητον, &c. Nec abſimiliter apud Ioannem Damaſcenum [g] alicubi, ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ μόνου ἀπαθοῦς, καὶ ἀναλλοιώτου, καὶ ἀτρέπτου, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντος Θεοῦ, καὶ

τὰ

a *Aduerſus Tryphon.*

b *In Timæo.*

c *Cap. 12. Vide & in Liturgia Clemẽtis, Lutetiæ excuſa anno 83. fol. 29.*

d *In Liturgia ſub finem.*

e *In ea quæ hymnũ Triſagij antecedit oratione.*

f *In c. 9.* περὶ θείων ὀνομάτων*, vide & Theod. in hãc rem, lib. 2. de cur. græc. affe. pag. 495. Sed & Aſclepius ad Ammonẽ regem, ſic de Deo loquebatur, vt diceret* ἀκάματον μὲν ἐστι πνεῦμα ὁ Θεὸς, ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἔχων τῆς οἰκείας ἐπιστήμης, *&c. Vide apud Auguſt. Eugub. cap. 4. lib. 3. de peren. philoſ.*

g *Lib. 1. de fid. orth. c. 8.*

τὸ γεννᾷ, καὶ τὸ κτίζειν ἀπαθές. Nam quod ταυτὸν ὑπερουσίως eundem ſuperſubſtãtialiter Deũ Dionyſius nuncupat, ad Hebreæ vocis Hu הוא ſignificationem ab Dauide [a] ac aliis Prophetis [b] vſurpatæ, cùm de Deo agunt, vt Iudæi Rabbini cæteris Dei appellationibus adſcribendam duxerint [c]; aſpexiſſe ipſum exiſtimo, atque affirmo: ſi quid mihi tamen in hoc genere licet.

ILLVD ergo apud nos pro explorato & ſine controuerſia hodie receptũ; etſi ſecundum intelligentiam noſtram per corporales diuinarum rerum ſenſus exponitur, nullas tamen demutationes paſſionum, perturbationéſque motuum in Deum cadere; τὸν γενέσει μὴ ὑποκείμενον, τῆς φυλακῆς μὴ δεόμενον, τῆς φθορᾶς, ἀνώτερον, τῆς τροπῆς ἀνεπίδεκτον, τῇ φύσει ἀναλλοίωτον, vt Clemens Romanus [d] loquitur. Alioqui Deus non eſſet; præter quem nihil aliud verè eſſe intelligimus: qui vnus eſſe ſummè, propriè, ſimpliciter, veréque immutabilis dicitur; cùm ſit primum Ens, omnino ſimplex, & per ſummam eſſentiam infinitus, vt Theologoſophi primarij definiunt [e]. Placet hunc locum περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ ἀναλλοιώτεως, καὶ ἀρτεμίας ἤγουν ἀμεταβλησίας, noſtrámque illam cur ſe Deus eſſe apud Moſen dixerit rationem, & aduerſus Iuſtinum diſputationem, vnico iſto diui Hilarij Pictauienſis Epiſcopi teſtimonio [f] illuſtrare atque concludere. Nihil in æternam illam & perfectam naturam (de Deo loquitur) nouum incidit, neque qui ita eſt, vt qualis eſt,

a Pſal.23. Domini eſt terra ver.vlt.bis.& Pſal.102. Benedic anima. verſ.14. Quomodo miſeretur.& Pſ.101 Domine exaudi verſic.pen.

b Eſaiæ c.43. 45. 46. 48. vbi Ego ipſe, Ego primus, & Ego nouiſſimus. Quibus omiſſis locis, alios notatos ex Eſa. c.42. & Zach. c.9. videre eſt apud Pet. Gal. c.23. lib.3. de arcan. cathol. verit. Poſt etiã à Reuclino alios, ca.16. lib. 2. de verbo mirif. illũ cũ primis ex cap.51. Eſaiæ, Ego ego ipſe conſolabor vos.

c Vide Reuclin. in dicto cap.16.

d Dicto c.12.

e Vide B. Auguſt. tract. 38. ſuper Ioan. de cap.8. & D.Thomam in Sum. part.1. q.9. art.1. & q.10. art.3.

f Enarrat. in 2. Pſal. Quare fremuerunt gentes.

talis & ſemper ſit, ne aliquando non idem ſit, poteſt effici aliquid aliud eſſe quàm ſemper eſt. Terrenæ iſtud imperfectæque cauſæ habent generis, vt demutabiles fiant conuerſione naturæ,&c. Deus autem beatus atque perfectus profectu non eget, cui nihil deeſt; demutatione non nouus eſt, qui origine caret. Ipſe eſt qui quod eſt, non aliunde eſt; in ſeſe eſt, cùm eſt; ad ſe eſt, ſuus ſibi eſt, & ipſe ſibi omnia eſt; carens omni demutatione nouitatis: qui nihil aliud quod in ſe poſſet incidere, per id quod ipſe ſibi totum totus eſt, reliquit. Et poſtea, Non itaque ad demutationem Deus mobilis eſt, neque ad aliud ex alio transferendus; certæ ipſe conſtantíſque naturæ eſt; manet vt eſt: quippe qui dixerit, Ego ſum qui ſum, & non demutor.

PRÆTEREA poſſis ideò proprium Deo ſoli Eſſe dicere; quod vbique præſens adſit[a], tam in cœlo ſurſum quàm in terra deorſum, (vt Moſes [b] ad populum Iſraëliticum dicebat) imò verò etiam apud inferos, iuxta illud Dauidicum[c], Si aſcendero in cœlum, tu illic es; ſi deſcendero in infernũ, ades. Vt ergo ſemper & ab æterno in ſæcula, ſic per eſſentiã, potentiam, ac præſentiã vbiq; gentiũ & locorũ Deus, qui mare, terrã, & omnia implet; cui cœlum ſedes, terra verò ſcabellũ pedũ eius[d]. Non enim loco continetur, qui ſecũdũ Auguſtinũ[e] vbique totus eſt,

a *Etiã eſſẽtialiter & actu quod & Genebr. notat ad Pſal. 138. ver. 7. Sic accipe. Aug. dictum. epiſto. 137. ad Clerum Hip. & li. 5. de Geneſ. ad lite. c. 16. Quatenus Deus vbique ſit, ſubtiliter à D. Th. diſputatur in Sum. par. 1. q. 8. art. 2. 3. & 4. Videto & Ioſeph. libr. 8. archaolo. c. 2.*

b *Deut. ca. 4.*

c *Pſalm. 138. Domine probaſti. verſ. 7. & 8. Tert. aduer. Prax. In quo omnis locus nõ ipſe in loco. Videto & Clem. Roma. ad fin. liturg. ex li. 8. Apoſtol. cõſt. c. 16.*

d *Eſaia. c. 66. Hier. cap. 23. Act. Apo. cap. 7. & 17.*

e *In Pſalm. 18. in princ. & in lib. Medit. cap. 29. & 30. & Hieron. in cap. 1. epiſt. Pauli ad Epheſ. ex Eſaiæ cap. 40. Sed videto ipſum Auguſt. ad Fortunat. De videndo Deo. epiſt. 111. aliquot locis.*

omne

omne quodcumque loci vſpiam eſt, pugillo dimenſus & comprehendens: ſed cùm efficaciæ diuinæ per membra monſtrentur; quando Dei pedes deſcribuntur, quòd impleat omnia, nec ſit quicquam vbi non ſit Deus explicatur, quemadmodũ Tertullianus[a] docet. Neque enim ſunt ei aut membra, aut membrorum officia neceſſaria, ad cuius ſolum etiã tacitum arbitrium & ſeruiũt & adſunt omnia. Cur enim requirat oculos, qui lux eſt? Aut cur quærat pedes, qui vbique eſt? Aut cur ingredi velit, cùm non ſit quò extra ſe progredi poſſit? Omnia immò cœleſtia terrenáque, & quæ ſunt extra iſtam orbis prouinciam Deo plena ſunt, (inquit Minutius Felix[b]) vbique non tantùm nobis proximus, ſed infuſus eſt. Creaturæ autem omnes etiam Angeli ac diuini ſpiritus, quamuis celerrimè & tam citò quàm ſtatim huc illuc permeent; tamen certo quodam in loco ſunt, non pluribus ſimul in locis[c]: nam & mittuntur, vt miniſtrent adepturis hæreditatem ſalutis; iuxta illud Pauli ad Hebræos[d], *οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν*: & verò poteſtates illas ſiue virtutes cœleſtes, quarum ſubſtantia ex aëreo ſpiritu & igne immateriali, ſed ardente conſiſtit; in loco eſſe, & quum dignis appareant, in propriorum ſpecie corporum eſſe conſpicuas à diuo Baſilio[e] ſic ferè traditur, *διὸ καὶ ἐν τόπῳ εἰσὶ καὶ ὁρατοὶ γίνονται ἐν*

a In de Trin. vide & Damaſc. lib. 1. de fid. orthod. extremo cap. 17. vbi ὅτι τὸ θεῖον ἀμερές ἐστιν, ὅλον ὁλικῶς πανταχοῦ ὄν, &c. ὅλον ἐν πᾶσι καὶ ὅλον ὑπὲρ τὸ πᾶν.

b *In Octauio.*

c *Hac de re tractat ex profeſſo B. Th. in Sum. par. 1. q. 52. art. 1. & 2. vbi ſic definit, Cùm angeli virtus finita ſit & particularis, Dei verò infinita, nõ vbique Angelum eſſe ſicut Deum, ſed in vno particulari loco definitiuè. Vide Damaſc. d. cap. 17.*

d *Cap. 1. in fine. & in Euãg. D. Marci cap. 1. verſ. 2. Lucæ cap. 1. ver. 19. & 26. Vide D. Auguſt. lib. 3. de Trin. cap. 4. 5. & 9.*

e *In lib. de ſancto Spirit. cap. 16.*

τῷ εἴδει τῶν οἰκείων αὐτῶν σωμάτων τοῖς ἀξίοις ἐμφανιζόμενοι [a]. Vnde nec plenè atque abſolutè ſunt, ſicuti Deus eſſe dicitur, à quo & illæ ſunt.

a Veterũ multorũ fuit opinio, angelos eſſe corporeos, contraria tamẽ verior eſt, & ad fidem propius accedit.

TERTIO propterea τὸ Eſſe propriè de ſummo Deo enunciatur; quia ſolus re vera Deus ex ſua eſſentia: cùm à ſe ſolo ſit, ab eo autem cætera omnia; quæ idcircò propriè ac verè non ſunt, quia non per ſe: quinimmò niſi à Deo conſeruarentur, illicò effluerent, ſecundum Ariſtotelem [b]; cuius iſta ſunt, Ἀρχαῖος μὲν οὖν τις λόγος καὶ πάτριός ἐστι πᾶσιν ἀνθρώποις, ὡς ἐκ Θεοῦ τὰ πάντα, καὶ διὰ Θεοῦ ἡμῖν συνέστηκεν. οὐδεμία δὲ φύσις αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν αὐτάρκης ἐρημωθεῖσα τῆς ἐκ τούτου σωτηρίας. Vbi ἀρχαῖον λόγον ideò dixiſſe videtur Ariſtoteles; quod hoc ipſum longè antea proditum fuiſſe meminiſſet ab Orpheo [c] vate vetuſtiſſimo ſic ferè,

-- μοῦνον δ' ἐσόρα κοσμοῖο ἄνακτα,
εἷς ἔστ' αὐτογενής, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται.

Itaque beatus Auguſtinus alicubi [d] de Deo ſic ferè; Omne quod eſt (ait) ab illo eſt; ipſe autem à ſeipſo eſt, qui non ab aliquo factus eſt. Fecit ergo facta non factus, creauit creaturam non creatus, &c. Huc verò pertinere, noſtrámque aduerſus Iuſtinum opinionem ſtabilire arbitror, id quod ita Origenes [e] ſcribit, ſecundum eam quæ Rufino presbytero tribuitur interpretationem; Ex eo autem qui verè eſt, qui dixit per Moyſen, Ego ſum qui ſum, omnia quæcunque ſunt participant. Quæ participatio Dei patris peruenit in omnes tam iuſtos quàm peccatores, & rationabiles atque irrationabiles, & in

b In περὶ κόσμου.

c Cuius hi verſus citantur à Clemẽte Alexand. in protrept. & à Iuſtino martyre.

d Lib. 2. ad Cathecum. cap. 3. Vide & Thomam in comp. Theol. cap. 68.

e Lib. 1. περὶ ἀρχῶν, cap. 3.

in omnia omnino quæ ſunt. Addc alterum Dionyſij ſiue Areopagitæ [a], ſeu vetuſtiſſimi alterius auctoris teſtimonium, Πάντα μὲν οὖν τὰ ὄντα μετέχει προνοίας ἐκ τῆς ὑπερουσίου καὶ παναιτίου θεότητος ἐκβλυζομένης. οὐ γὰρ ἂν ἦν εἰ μὴ τῆς τῶν ὄντων οὐσίας καὶ ἀρχῆς μετειλήφει. τὰ μὲν οὖν ἄζωα πάντα τῷ εἶναι αὐτῆς μετέχει. τὸ γὰρ εἶναι πάντων ἐστὶν ἡ ὑπὲρ τὸ εἶναι θεότης. τὰ δὲ ζῶντα τῆς αὐτῆς ὑπὲρ πᾶσαν ζωὴν ζωοποιοῦ δυνάμεως. τὰ δὲ λογικὰ καὶ νοερὰ τῆς αὐτῆς ὑπὲρ πάντα καὶ λόγον καὶ νοῦν αὐτοτελοῦς καὶ προτελείου σοφίας. Item alio loco [b], τἀγαθὸν ὡς ὄντως ὂν καὶ τῶν ὄντων ἁπάντων οὐσιοποιὸν (inquit) καὶ οὔτε ἦν, οὔτε ἔσται, οὔτε ἐγένετο, οὔτε γίνεται, οὔτε γενήσεται. μᾶλλον δὲ οὔτε ἐστὶν, ἀλλ' αὐτὸς ἐστὶ τὸ εἶναι τοῖς οὖσι. καὶ οὐ τὰ ὄντα μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι τῶν ὄντων ἐκ τοῦ προαιωνίως ὄντος. Et poſtea, καὶ τὰ μὲν πρεσβεῖα τοῦ εἶναι νέμει τῇ κρείττοσιν οὐσίαις, ἃς καὶ αἰωνίας καλεῖ τὰ λόγια. τὸ δὲ εἶναι αὐτὸ τῶν ὄντων πάντων οὐδέποτε ἀπολείπεται. καὶ αὐτὸ δὲ τὸ εἶναι ἐκ τοῦ προόντος. Et ſtatim Deum ſuperioribus conuenienter τῶν παντάχως ὄντων αἴτιον vocat, eúmque πάντα εἶναι, ὡς πάντων αἴτιον ſcribit; καὶ ἐν αὐτῷ πάσας ἀρχὰς πάντα συμπεράσματα πάντων τῶν ὄντων συνέχειν, καὶ προέχειν, καὶ ὑπὲρ τὰ πάντα εἶναι, ὡς πρὸ πάντων ὑπερουσίως ὑπερόντα. Denique ita concludit, Πάντων οὖν ἀρχὴ καὶ τελευτὴ τῶν ὄντων ὁ προών. ἀρχὴ μὲν ὡς αἴτιος, τέλος δὲ ὡς οὗ ἕνεκα καὶ πέρας πάντων, καὶ ἀπειρεία πάσης ἀπειρίας καὶ πέρατος ὑπεροχικῶς τῶν ὡς ἀντικειμένων. Nec abſimile, immò planè conſonum, quod Ioannes Damaſcenus [d] περὶ θείας ἐλλάμψεως καὶ ἐνεργείας, ita protulit, Ὅτι πάντα αὐτῆς ἐφίεται, καὶ ἐν αὐτῇ ἔχει τὴν ὕπαρξιν, καὶ αὐτὴ τοῖς πᾶσι τοῦ εἶναι καθὼς ἔχει φύσεως μεταδίδωσι, καὶ αὐτή ἐστι τῶν ὄντων τὸ εἶναι, καὶ τῶν ὄντων ἡ ζωὴ,

a *Cap. 4. de cæleſt. hierar. Vide & ca. 7. ad fin. Et in de diuin. nominib. cap. 1.*

b *Cap. 5. de diuin. nomin.*

c *Lib. 1. de fid. Orthodoxa cap. 19.*

καὶ τῶν λογικῶν ὄντων ὁ λόγος, καὶ τῶν νοερῶν ὄντων ἡ νόησις. αὐτὴ ὑπὲρ νοῦν οὖσα, καὶ ὑπὲρ λόγον, καὶ ὑπὲρ ζωὴν, καὶ ὑπὲρ οὐσίαν. Vnde Boëthius Seuerinus [a] vbi Deum & οὐσίαν eſſe ait, & eſſentiam; ſubiicit iſtud, Eſt enim & maximè ipſe eſt, à quo omnium eſſe proficiſcitur. Res quidem creatas & interire, nec vnquam eſſe verè poſſe; atque ita hoc potiſſimum à Deo rerum omnium creatore qui verè eſt, Plato [b] ipſe diſtare olim dixerat; Τὸ γινόμενον μὲν, ὂν δὲ οὐδέποτε, δόξῃ μετ᾽ αἰσθήσεως ἀλόγου δοξαστὸν γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν. Ariſtoteles autem de diuina ſapientia ſecundum Ægyptios tractans alicubi [c] non abſimiliter ſcribit, Nullum corporis genus eſſe, immò neque ſpeciem, ſed ne ſingulum quidem vllum; quod diuini boni non ſit quodammodo particeps: quia neq; ſine illo vlla eſt rerum conſtantia. Sed & Hermes Triſmegiſtus [d] ad hoc ipſum & ad ſuperiora quę ex Dionyſio attulimus aptiſſimè ſic ſcribit; Οὐδὲν γάρ ἐστιν ἐν πᾶσι ἐκείνῳ ὃ οὐκ ἔστιν αὐτός. ἐστὶν αὐτὸς καὶ τὰ ὄντα καὶ τὰ μὴ ὄντα. Et ſtatim, Μᾶλλον δὲ παντὸς σώματος οὐδέν ἐστιν ὃ οὐκ ἔστι. πάντα γὰρ ἅ ἐστι καὶ οὗτός ἐστι. Quæ omnia variorum auctorum: & Gentilium, & Chriſtianorum teſtimonia placet, iſto D. Pauli tanquã oraculo, ſed certiſſimo miniméque ambiguo; quod tamen aliquam ab ipſis lucem accipit, concludere. τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου (inquit [e] abyſſum diuitiarum ſapientiæ ac ſcientiæ Dei admiratus Apoſtolus,) ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο, ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ, ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι᾽ αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ τὰ πάντα αὐτῷ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

DENI

a Lib. 4. de Trinit. vbi de duabus naturis & vna perſona Chriſti: videto & B. Thom. in ſum. par. 1. q. 44. art. 1. vbi definit in ipſa concluſ. Cum Deus ſit ipſũ ſubſiſtens eſſe, quod vnum tãtum eſt neceſſe eſſe omne ens quocumque modo eſt, à Deo eſſe, & adfert locum Ariſt. è lib. 2. Meta.

b In Timæo.

c Cap. 5. lib. 13. ex interpret. Carpent. impreſſa Lutetiæ anno 72

d Pimandra cap. 5.

e Epiſtol. ad Rom. cap. 11. ad ſi. Cui explicando, vide quæ ad Hilarium adfero infrà cap. 8. ex D. Thoma.

DENIQVE Deus velut infinitum & immenſum quoddam eſſentię pelagus (vt Gregorij Nazianzeni [a], & poſt eum Damaſceni [b] verbis vtar) in ſeipſo totum eſſe comprehendit; quod nunquam cœpit, nunquam deſinet. Ὅλον γὰρ ἐν ἑαυτῷ συλλαβὼν ἔχει τὸ εἶναι (aiunt) μήτε ἀρξάμενον, μήτε παυσόμενον οἷόν τι πέλαγος οὐσίας ἄπειρον καὶ ἀόριστον πᾶσαν ὑπερεκπίπτον ἔννοιαν καὶ χρόνου, καὶ φύσεως. In ipſo (inquam) & eius eſt, id quodcumque eſt: καὶ αὐτοῦ ἐστὶ τὸ εἶναι (vt ſubtiliter à Dionyſio [c], ac propemodum diuinè traditur) καὶ οὐκ αὐτὸς τοῦ εἶναι, καὶ ἐν αὐτῷ ἐστὶ τὸ εἶναι, καὶ οὐκ αὐτὸς ἐν τῷ εἶναι, καὶ αὐτὸν ἔχει τὸ εἶναι, καὶ οὐκ αὐτὸς ἔχει τὸ εἶναι. Vel potiùs Deus ipſe totũ eſt ac permanet, id quod eſt. Quamobrem Gregorius Bæticus [d], ad Placidiam Auguſtam, Deus quodcumque illud eſt (ait) ſimplex eſt, totus idem eſt ſecundum ſubſtantiam; non pars & pars, non membrum, & membrum: ſed vt diximus, ſimplex neſcio quid, quod ſit integrum & perfectum; & inæſtimabile tamen & inexplicabile. Seuerinus etiam Boëthius ad Symmachum [e], præclariſſimè in eandem ſententiam, Diuina ſubſtantia (inquit) ſine materia forma eſt, atque ideò vnum & eſt id quod eſt: Reliqua verò non ſunt, id quod ſunt. Vnumquodque enim habet Eſſe ſuum ex his ex quibus eſt, id eſt, ex partibus ſuis; & eſt hoc atque hoc, id eſt, partes ſuæ coniunctæ, &c. In parte igitur non eſt id quod eſt. Quod verò non eſt ex hoc atque hoc, ſed tantùm eſt hoc; illud verè eſt, id quod eſt, & eſt pulcherrimum fortiſſimúmque, quia nullo nititur: Et poſtea,

a *Orat. εἰς τὰ θεοφάνεια.*
b *Lib. 1. de fid. Orthodoxa cap. 12.*
c *Cap. 5. de diuin. nomin.*
d *In de Trin. & fide.*
e *Lib. 1. de Trin. ſub init. hac de re videto è vetuſt. Philoſop. quæ ſcribit Aug. Steuch. Eugubinus lib. 3. de peren. Philoſ. cap. 7.*

d 5

Deus verò hoc ipſum quod eſt, Deus eſt; nihil enim aliud eſt, niſi quod eſt, ac per hoc ipſum Deus eſt. Sed cùm de Deo loquimur, cuius potius quàm beati Hilarij patrocinium aduocari debeat, non reperio. Is ergo aptè ad id quod Deum totum eſſe ac permanere diximus, ita ſcripſit quodam loco[a]; Nihil corporale ſecundum nos, nihil inane in Dei rebus eſt: Quod Deus eſt, Deus totum eſt. Nihil in eo niſi virtus, niſi vita, niſi lux, niſi beatitudo, niſi ſpiritus eſt, &c. Deus vt eſt Deus, quod eſt, permanet; permanẽs Deus, Deum genuit. Et alibi[b], Chriſtus ex Deo, Deus, hoc totũ eſt ipſe, quod Deus eſt. Item alio loco[c], Manet itaque vt eſt ſemper Deus, nec profectu eget; quia id quod eſt, ex ſe ac ſibi ſemper eſt. Magnoperè placet, quod in eandem de Deo ſententiam à Tertulliano[d] ſcriptum legere memini; Cæterùm ipſe totus oculus (ait) quia totus videt; & totus auris, quia totus audit; & totus manus, quia totus operatur; & totus pes, quia totus vbique eſt. Idem enim quicquid illud eſt, totus æqualis eſt, & totus vbique eſt. Non enim habet in ſe diuerſitatem ſui quicquid eſt ſimplex. Et ſtatim, Quod enim immortale eſt, quicquid eſt, illud ipſum vnum & ſimplex & ſemper eſt: Et ideò quia vnum eſt, diſſolui non poteſt. Et paulò anteà, Eſt enim ſimplex & ſine vlla corporea concretione, quicquid illud eſt totus, quod ſe ſolus ſcit eſſe, quandoquidem ſpiritus ſit dictus. Ex quibus omnibus cum doctiſſimo Thoma[e], poſt beatum Auguſtinum[f], ita concludere locum iſtum ac definire

a *Libr. 6. de Trin. ſub init.*

b *Ad fin. 8. lib.*

c *Ad fin. lib. 1. de Trin.*

d *In de Trin.*

e *In ſumma. par. 1. q. 3. art. 3. & 6. Et in cõpẽdio Theolog. cap. 10. 11. 23. 31. 33. & 34. videto etiã Reuclin. de verbo mirif. lib. 2. c. 18.*

f *Quem videto libr. 5. de Trin. cap. 4. & 5.*

nire poſſumus; Ipſum Eſſe, in Deo accidens non eſſe, ſed ſubſiſtentem veritatem: & quod idem Angelicus doctor explicans ſeſe, ſic ferè ſubiicit, hoc etiam teneamus; Quamuis in rebus creatis non ſit idem ſuppoſitum, quod ſua natura (non enim idem eſt homo, quod ſua humanitas) attamen cùm Deus nõ ſit ex materia & forma compoſitus: idem eſſe ipſum quod ſuam eſſentiam & naturam [a]; atque adeò Deitatem, & intelligentiam ſuam, & voluntatem, & vitam, & æternitatem ſuam [b]; & ſi quid aliud de Deo prædicari debet, aut verè poteſt. Vnde ſolum Deum propriè, ſimpliciter, ſummè, veréque dici Eſſe; ad creaturarum differentiam; omnibus perſpicuum arbitror.

EQVIDEM his veterum Patrum Latinorum, Græcorúmque auctoritatibus tot tantíſque conquirendis & conſcribendis, quamquam animo corporéque defatigatus ſum; vt mihi quieſcendum vel inuito ſit; tamen poſteriorem meam ad beatum Iuſtinum animaduerſionem, cùm ſatis comprobatam, méque hactenus à calumniæ ſuſpicione liberatum conſpicor; non poſſum non magnopere lætari apud me ipſe, ac de ſuſcepto labore gratulari mihi: quod & ab aliis fieri per velim; Intereà dum ad cætera quæ eodem ſpectant, atque item alia minimè vulgaria, ſequenti ſermone perſequenda me comparo.

a *Vide in ſum. 1. par. q. 2. art. 1. & q. 16. art. q. 40. arc. 1. in ſolut. 1. arg. & art. 2. in confir. concluſ. & q. 39. art. 5. in cõfir. concluſ.*

b *Vide in 1. par. q. 10. art. 2. poſt. Auguſ. lib. 5. de Trin. c. 10. & 11.*

CAP.

CAP. V.

HIs quæ hactenus breuiter ſatis(ſi materiæ ſpectes amplitudinem) & ſimpliciter,ſinéque vllo(ſicuti mos meus eſt) verborum fuco expoſuimus,ita conſtitutis ; neminem eſſe dubitaturum arbitror, quin ex duabus tribúſve noſtris ad Iuſtinum Martyrem animaduerſionibus,illa quidẽ vera prorſus & iuſta ſit ; in diuina ad Moſen allocutione Eſſe ſe dixiſſe omnipotentem & ſummum Deum,vt non idola tantum deóſque gentium commentitios, ſed creatas etiam quaſcunque res excluderet. Quod autem proprium ſibi tunc nomen iſtud Æhiæ ſcilicet aut Iehouæ potius(pro quo Ieheue aut Ieheui, Iehue,Iihie,Iahue:& aliud quodlibet,etiã Ieue; cur malint nonnulli eruditi [a] ; non video; qui Ieheui ſcriptum aliquot locis [b] nõ ignoro)Deus aſſumpſerit; vt ſuam eſſentiam ſiue ſubſtantiam,quantum hominibus ipſe ſatis eſſe duxit, exprimeret ; hac de re aduerſus Martyrem actum eſt à nobis anteà quodam loco [c],ſed strictim raptímque : Nunc porrò animaduerſionem iſtam fundare atque conſtituere mihi certum eſt; quod non inutiliter à me factum, ij ſentient(vt ſpero)qui ab hoc ad alios etiam ſermones, qui ſubiicientur, attentis animis hauriendos,auidè proceſſerint. Igitur proprium Dei nec vllatenus, nec per ſimilitudinem quidem communicabile, nomen apud Hebræos Tetragrammaton;vtpote impoſitum ad ſignificandum

a *Geneb. in Chron. ann. 2670.ſtẽ lib. 1. de Trin. & in cõment. ad Pſa.82.in fin.*

b *Deut.9.& Abac. cap. 3. Eſa.cap.61.in princip.*

c *Cap.2.*

candum Deum,non ex parte naturæ,ſed ex parte ſuppoſiti, ſecundum quod conſideratur, vt hoc aliquid;id eſt, ad ſignificandam & demonſtrandam ipſam Dei ſubſtantiam incommunicabilem,&(vt ſic liceat loqui)ſingularem, ex diuo Thoma[a] intelligimus.Idem ille maximus ſine vlla controuerſia Theologoſophus, triplici ratione nomen iſtud(qui eſt) maximè proprium Dei eſſe,poſteà comprobat;primo quidem propter ſui ſignificationem;quoniam eſſe, nulli alij conueniat,quæ ipſa eſt Dei eſſentia, quẽadmodum ſuperiore ſermone oſtendimus. Secundò propter eius vniuerſalitatẽ;quod nullum eſſendi modum determinet; ſed ſe indeterminatè(vt ipſe ſignificantiùs, quàm elegantius loquitur) ad omnes habeat. Tertiò ex eius ſignificatione; quod præſens tempus demonſtret id nominis; Deus autem nec præteritum nec futurum nouerit.Quam in rem laudat beatum Auguſtinum [b] in 5.de Trinitate: nos in aliis eiuſdem auctoris,aliorúmque vetuſtorum Patrum indicandis præclariſſimis locis (quibus haud dubiè abſtruſa illa & profunda vis ac poteſtas Tetragrammati nominis exeritur) ſuperiorem totum ſermonem conſumpſimus.

a *Quem videto in ſum. par.1.q.13.ar. 9.& 11. Meminit etiam Pet. Galatin. c.10.lib.2. de arcan.Catho. verit.*

b *Cap.2.*

SED placet huic oſtendendæ rei aliquot diuini Pſaltis oracula, non ab illis prolata ſubiicere; quæ ne ipſi quidem iſtùc pertinere, vulgata Græcæ ſeptuaginta virorum verſionis interpretatione contenti (ne dicam decepti) exiſtimauerint. Nam quo [c] loco ſic ſcriptum à pleriſque omnibus agnoſcitur, & in Eccleſia

c *Pſalm. 31. Exaltate verſ.13.*

Catho

Catholica decantatur; Beata gens cuius eſt Dominus Deus eius, populus quem elegit in hæreditatem ſibi; è Græco [a] ſcilicet ſeptuaginta interpretum iſto (ſicuti Tertullianus nominat) authentico: *μακάριον τὸ ἔθνος οὗ ἐστι κύριος ὁ Θεὸς αὐτοῦ.* Equidem ex Hebraico autographo malim expoſitum, cui Iehoua Deus eius, vel quæ Iehouæ Dei eius, hoc eſt, quæ verum Deum, eum qui eſt colit; eum qui Iehoua eſt & nuncupatur, non autem extraneos deos aut idola agnoſcit. Præterea vbi [b] Magnificate Dominum mecum & exaltemus nomen eius in idipſum, legitur, ex Hebræo contextu ad Iehouæ nomen pertinere addiſcimus. Itémque vbi cecinit Pſaltes [c] diuinus ſecundum vulgarem tranſlationem iſtud, Scitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus, ipſe fecit nos & nō ipſi nos: è Græco *γνῶτε ὅτι κύριος αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς ἡμῶν*, &c. Hebraica veritas (ad quam librorum vetuſti Teſtamenti fidem examinandam ab Auguſtino [d] traditur) Iehouæ, ſeu eius qui eſt, propriam videlicet Dei appellationem vſque adhuc retinet; in qua ſic legitur, Deu Ki Iehoua Hu Elohim videte quoniam Iehoua ipſe Deus. Quæ verba cur Idaacius Clarus aduerſus Varimadum Arianum [e] de Filio potius quàm de Patre accipiat, nihil eſſe duco; & Domini aſcititio vocabulo (quod interdum Filio ad Dei patris differentiam, cùm de vtroque ſimul agitur, tribui ſoluere poſtea [f] docebimus) ipſum deluſum fuiſſe pronuncio. Præterea vbi vulgò legitur [g], Quis Deus præter Dominum, aut quis Deus præter Deum noſtrum?

a *In de monogamia.*

b *Pſ.33. Benedicā, verſ.4.*

c *Pſa.99. Iubilate. ver.4.*

d *Can. vt veterum diſt.9. apud Gratianum, & dicemus inf. c.9.*

e *Hereſcologiæ, fol.288. ſed videto quæ inferius tradūtur hoc ipſo cap.*

f *Ca.8. & 9.*

g *Pſalm.17. Diligam te verſ.35.*

noſtrum? Hebræum authenticum habet Iehouam, pro illo Dominum; pro quo itidem Græca tranſlatio Κύριον. Item vbi ſic habetur [a] Deus deorum Dominus locutus eſt; Iehoua (pro quo Græca tranſlatio Κύριον, Latina Dominum exprimit) & Elohim Deus deorum nuncupatur: quemadmodum & vbi [b] vulgò ſcriptum eſt, Benedictus Dominus Deus Iſraël qui fecit mirabilia ſolus; Hebræus contextus multo ſignificantius exprimit, Benedictus Iehoua Deus deorum Iſraël: tanquam ſcriptum ſit, ſuper omnes qui dij vocantur in Iſraël; quamobrem ſubiicit, Solus; vt excludat idolâ gentium: quod ab aliis non animaduerſum, duobus Dauidicorum Pſalmorum [c] locis comprobari ſcio. Et ſimiliter vbi [d], Et cognoſcant quia nomen tibi Dominus [e]: vbi, Dominē Deus virtutum quis ſimilis tibi? potēs es Domine, &c. vbi [f], Quoniam Deus magnus Dominus & Rex magnus ſuper omnem terram; & poſteà, Ploremus ante Dominum qui fecit nos: item quo loco [g], Quoniam magnus Dominus & laudabilis nimis, terribilis eſt ſuper omnes deos. Quoniam omnes dij gentium dæmonia, Dominus autem cœlos fecit; Præterea vbi [h], Dominus regnauit qui ſedet ſuper Cherubin: Et, Dominus in Sion magnus & excelſus ſuper omnes populos; Et, Exaltate Dominum Deum noſtrum, quia ſanctus Dominus Deus noſter. Denique vbi [i], Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini: Sit nomen Domini benedictum, &c. Et, Laudabile nomen Domini; Et, Excelſus ſuper omnes gentes Dominus,

a *Init. Pſ. 49. Deus deorũ.*

b *Pſalm. 71. Deus iudiciũ. verſ. 20.*

c *Pſalm. 134. Laudate. ver. 5. & Pſ. 135. verſ. 2. & 3.*

d *Pſalm. 82. Deus qui ſimilis. in fin.*

e *Pſ. 88. Miſericordias Domini. verſ. 10.*

f *Pſal. 94. Venite exultemus. verſ. 3. & 7.*

g *Pſ. 95. Cãtate. verſ. 5. & 6.*

h *Pſal. 98. in prin. & verſ. 3. & 11.*

i *Pſalm. 112. Laudate. in princ. & verſ. 2. 4. & 5.*

nus,

nus, &c. Et, Quis ſicut Dominus Deus noſter qui in altis habitat, & aliis pleriſque locis[a] apud diuinum Vatem, quos adnotare piget, nomen Dei proprium Iehoua, pro iſto Dominus, Hebræa veritas agnoſcit. Ergo hinc potiſſimùm præferenda lux iſtis apud ipſum Dauidem[b] verbis, alioquin obſcuris, vt arbitror, Adferte Iehouæ (ſic enim eſt in Hebræo contextu, non Domino) gloriam nomini, vel (vt Maſſoretæ malunt, quos hîc ſequendos reor) nominis eius. Nec enim ſimpliciter Domino gloriam adferri præſtaríque Vates præcepit, quod eiuſdem verſus initio iam ſemel dixerat: ſed potius vt Deum verè ſolum eſſe omnes agnoſcerent; eíque, ob eſſentiam ipſius, laudem & gloriam darent: cuius eſſentiæ vis atque ſignificatio ipſo Iehouæ nomine oſtenditur. Hoc nomen ſuum Deus (Iehouæ ſcilicet) atque omne eloquium, verbum, ſeu effatum ſuum illuſtre clarúmque reddidiſſe, ac ſuper omne aliud (ſcilicet nomen, aliúdque verbum) magnificaſſe per miſericordiam & veritatem ſuam, à Dauide[c] dicitur quodam loco: quem propter illud ἅγιον (quod ex λόγιον, non immeritò doctiſſimus Ianſenius detortum coniicit in Græca verſione) & propter aſyndeton quod eſt in Hebræo autographo, varij variè ſuo quiſque more ac modo interpretantur: ita vt de illo omne, quid poſſint facere prorſus non habeant; & ſubſtantiuè accipiendum aſſerant: cùm tamen adiectiuè potius aſſumi debeat hoc modo, Super omne aliud, nimirum nomen & verbũ; ſuppleto vtique hocce ſubſtan

[a] *Pſalm.* 145. *Lauda anim. verſ.* 5. & *Pſ.* 146. *Laudate Dominũ*, & *Pſal.* 99. *Iubilate.* ĩ *prin.* & 134. *Laudate in prin.* & 135. *Confitemini. in princ.*

[b] *Pſalm.* 95. *Cant. verſ.* 8.

[c] *Pſalm.* 137. *Confitebor. verſ.* 3.

ſubſtantiuo, ex iis quę proximè in contextu Hebraico leguntur: Quod ſi ab aliis perceptum foret (viris alioquin eruditiſſimis) quorum commentarios in hunc locum videre licuit, equidem ſcriptione iſta dignum eſſe non exiſtimaſſem.

CÆTERVM Deus ſuum illud præcipuum ac præ cæteris proprium Iehouæ nomen exaltabat & cohoneſtabat ſuis egregiis & quotidianis in Iudaicum populum (cui notus & cultus hac Iehouæ appellatione Dominus) beneficiis. Et ſanè hoc ipſum nomen eſt, quod ſibi futurum in æternum ac memoriale hoc ſuum in generatione & generationem, Deus ipſe Moſi profatus fuerat[a], cùm antea dixiſſet, Ego ſum qui ſum; & Qui ſum, vel Qui eſt, miſit me ad vos: Item hæc dices filiis Iſraël, Iehoua Deus patrum veſtrorum, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob miſit me ad vos. Quibus ex verbis vnitam in diuinitate perſonarum trinitatem (quæ ſola ſeipſam nouit) à beato Mariale[b] colligi reperio, ſic ferè; Quidam ex noſtris in amore & intelligentia magnus proteſtabatur populo ſuo dicens, Audi Iſraël, Dominus Deus tuus vnus eſt: hoc enim vnus & ſolus Deus dum mitteret quem elegit, ad deducendum populum ſuum de ſeruitute, dignatus eſt pandere, dicens, Ego ſum qui ſum: hæc dices filiis Iſraël, Qui eſt miſit me ad vos. Rurſus trinitatem in vnitate deſignauit, dicens, Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob: hoc nomen memoriale meum in æternum. Sic enim ordini ſuo eius loci verba reſtituenda cenſeo;

a *Exod. cap. 3.*

b *Epiſtol. ad Burdega. cap. 10.*

cùm peruerſo membrorum orationis ordine ac ſenſu,ita excuſa ſint; dignatus eſt pandere, dicens:Ego ſum Deus Abraham,Deus Iſaac, Deus Iacob, hoc nomen memoriale meum in æternum. Rurſum trinitatem in vnitate deſignauit dicens,Ego ſum qui ſum:Hæc dices filiis Iſraël, Qui eſt miſit me ad vos.

PORRO & apud beatum Martialem,& apud ipſum Moſen, poſtrema iſta eius loci verba, hoc nomen mihi eſt in æternum, equidem ad propinquiora illa de Deo patrum, non incommodè referri poſſe video; & ſiquis nimium vrgeat, concedam quoque: præſertim cùm in ea ſententia,non modò Idaacium Clarum [a] quem ante nominaui, verùm etiam eo longè anteriorem atque adeò authoritate ſuperiorem beatum Hilarium fuiſſe [b], meritò quiſpiam exiſtimet. Nihilominus tamen adhuc ipſe ita ſentio, vt ad vlteriora potius de Æhié ſeu Iehoua nominibus duobus ab eadem radice deductis,eandémque vim habentibus, pertineat; quod ſibi Deus dicit nomen eſſe in æternum, & memoriale in generationes. Ac pro noſtra quidem opinione illi faciunt, qui pro Leollam ſiue Leoolam, quod eſt in æternum: Leoollem legunt,cum Rabbi Abraham Pico; quoniam ſine vau ſcriptum ſit, vt ad occultandum ſignificet, (quanquam ipſi de Æhié, non de Iehouæ vocabulo id pronuncient) certè hactenus pro me faciunt, quod non ad propinquiora illa(Deus patrum veſtrorum, &c.) ſed ad vlteriora pertinere iudicant. Veruntamen de recepta interpreta

a *Aduer.Varimadum Arianum.*

b *Enarrat.in Pſalm.137.ad illud, Et confitebor nomini tuo.*

pretatione circa iſtud Leoolam, ſiue Leolam, (quam & ſeptuaginta viris probatam conſtat) nihil propterea immutari velim: qui literam illam ו vau (cuius defectu ipſorum nititur opinio) prætermitti ſæpè (præſertim in propriis vocabulis) & interdum ה he illius vice ſubſtitui ſolere [a], dudum didici. Præterea ſuccenturiatus nobis ille adeſt, quem plurimi multis maximíſque de cauſis facio, diuus Cyrillus [b]; vbi tamen ad verbum Dei filium (ſicut Epiphanius [c] quoque aduerſus Arium) iſta ex Moſis loco verba, (hoc erit nomen) non vt ipſe cum cæteris facio, ad totam Trinitatem, cætero qui nobiſcum non ad illa (Deus Abraham, Iſaac, & Iacob) ſed ad iſtud Æhié ſeu Iehoua retulit. Item ſummè extollitur (ait) diuina & ineffabilis verbi diuinitas, & ſupra omnis creaturæ menſuram: Neque enim tẽpus erat, quo illũ non eſſe intelligimus, immò ipſe eſt ſæculorum factor, & ſuper omne tempus eleuatã habet ſubſiſtentiam: Vnde dixit ad Moyſen, Ego ſum qui ſum, hoc eſt nomen meum: Et ſtatim, Eſt igitur ex eo qui eſt is qui eſt, & nomen hoc maximè genuinũ ei eſt; vnde diuinus Dauid oſtendit, ſemper & eodẽ modo, ac ſimiliter illũ ſe habere; dicẽs, Cœli peribunt, tu autẽ permanes: &, Tu autẽ idẽ ipſe es, & anni tui non deficient. Hactenus ille; cuius poſtrema verba cũ iis cõnecti cupio, quę ſuperiori ſermone, περὶ τοῦ Θεὸν εἶναι ἀεὶ καὶ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχειν,

a Gen. 49. c. & Deut. 34.

b Lib. 7. contra Iulia.

c Lib. 2. hær. 69. ſed & alij vetuſti patres nõnulli filium vtpotẽ magnũ Dei Angelũ nõ ipſum Patrem Moſi & Patriarchis apparuiſſe, & cum ipſis collocutum ſentiunt: cũ glo. interli. ad illud ex Eſaiæ cap. 65. Ecce ego ad gentes, citãte B. Tho. q. 39. art. 8. in Sum. par. 1. in his Tertul. in de Trin. Item aduer. Iudæos & aduer. Praxeam. & libr. 3. aduer. Marcionem. Iren. cap. 37. lib. 4. aduerſ. hær. Hac de re dixi c. 3. ſupr. Tu videto etiam Theodoretum q. 5. in Exod. Non abſimiliter accipi & excuſari poteſt illud Idaacij Clari aduerſ. Varimadum, quod ante protuli hoc ipſo cap.

è vetuſtorum patrum ſcriptis congeſſimus. Poſtremò, quando nullum apertius proferri ad conſtabiliendam omni ratione noſtram ſententiam poteſt, quàm quod ex beati Clementis conſtitutionum Apoſtolicarum libro ſeptimo [a] depromitur teſtimonium; hoc quoque vt aliis conſulam, qui non ſemper libros ad manum habent, appingendum cenſui: Καὶ οὕτως εἶπας (ait) πρὸς Μωϋσῆν τὸν πιστὸν καὶ ἅγιόν σου θεράποντα, ἐπὶ τῆς ὀπτασίας τῆς βάτου, ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. τοῦτό μοι ὄνομα ἐστὶν αἰώνιον, καὶ μνημόσυνον γενεαῖς γενεῶν, ὑπέρμαχε γένους Ἀβραάμ εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

a Cap. 34. ad fin. in Oratio. cuius initium αἰώνιε σῶτερ ἡμῶν.

VTVT ſit, cùm de iſto Moſis [b] loco, quem interpretamur, varias variorum (potui etiam omnium, quorum quidem ſcripta extant, verè dicere) opiniones exquiſiuerim ſedulò, atque expenderim; ita ipſum (vti dixi) exponendum eſſe, cum doctiſſimo ex Rabbinis vetuſtioribus Dauide Kimhi cenſeo; vt quando & ipſe Deus de ſe agens ad Moſen hoc quoque effatus eſt [c], Ego autem indurabo cor Ægyptiorum, vt perſequantur vos, & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus, & in equitibus illius, & ſcient Ægyptij, Ki ani Iehoua, quòd ego Iehoua (pro quo vulgata Latina interpretatio, Quia ego ſum Dominus, è Græco ſcilicet, ὅτι ἐγὼ Κύριος) proprium illud Iehouæ nomen ſibi futurum in æternum Deus pronunciauerit: quod ſibi tum primùm ipſe indebat, nec antea cuiquam ex populo, aut Patriarchis Moſe antiquioribus notum fecerat. Nec Reuclinum [d] moror contra ſentientem; nec Goropi

b Exo. cap. 3.

c Exo. cap. 14

d Lib. 2. de verbo mirifico, c. 17. & 18

ropium Bæcanum plurimæ licet lectionis hominem, id nominis Deo fuiſſe impoſitum ab Adamo ſcribentem in ſua Hermathena [a] : in quam nuper ad nos allatam, cùm iſta retractarem, incidi. Ecce enim quid apud ipſum Moſen, Deus non ita multò poſt [b] de ſe loquutus perhibetur; Ego Iehoua (ſic equidem cum Maſſoretis, qui punctis additis Hebræum contextũ ante aliquot ſæcula explanarunt [c], quin legamus & verò pronunciemus, ita vt in editione Complutenſi atque Antuerpiana excuſum paſſim legitur; nulla nos religione vetari arbitror; cùm ita legi poſſe tetragrammaton illud, quod propriè Dei vocabulum ſonat, ipſe quoque Hieronymus alibi [d] aſſentiatur : quo loco tranſlatio vulgata Dominus habet, è Græco Κύριος) apparui Abraham, Iſaac, & Iacob in Deo Saddai (ſiue hoc verbi omnipotentem, ſicut habet interpretatio Hieronymi [e]; nam Græca, neſcio quî, Θεὸς ὢν αὐτῶν refert; ſeu potius Schadai ſufficientem atq; abundantem, quem αὐτάρκη Græcè nominari fas eſt : quamquam cœleſtem ſeptuaginta viri apud Dauidem [f], alij verò ἱκανὸν quod fortem potentémque ſignificat apud Ezechielem, teſte Hieronymo [g] exponere maluerint) & nomen meum Iehoua non indicaui eis : vbi, ne quid diſſimulem, in vulgata tranſlatione Dominus, è Græco ſeptuaginta virorum Κύριος legitur; apud beatum Hieronymum Adonai. Sed tamen ita vti nos facimus, à beato Theodoreto [h] exponitur,

a *Lib.1. Hermathena.*

b *Cap.6. Exo:*

c *Meminit Rabbi Helias c.2. lib. accent. & Rab. Kimhi in Pſal.60. Vide & Aug. Eugub. in Pſalm. 109. verſ. Tecum.*

d *Ad initium Pſ.8. Domine Dominus noſter. Sic etiam P. Gal. legit c. 10. li.2. de arca. cath. verit.*

e *Quem etiã videto de huius vocabuli ſignificatione epiſt. 136. ad Marcellam. & ad cap.18. Ezechiel.*

f *Pſ.67. Exurgat. ver.16. ibi dum diſcernit cæleſtes reges, &c. vbi Genebr.*

g *In cap. 10. Eze. & Theodoret. ad fin. cap.9. ſect.3.*

h *In 15. qu. in Exod. de cap. 6. Vide & in Ezech. cap.9. ſect. 3. vbi ait, Gracè αὐτάρκη vocati. Meminit & Aug. Steuc Eugub. in Pſal.109. v. Tecum princ.*

vt qui nomen ſuum Tetragrammaton ab Hebræis inenarrabile dictum Patriarchas celaſſet, hoc ipſum Moſi dicendo, Ego ſum qui ſum, aperuerit: quod autem dicitur Abrahamo Deum apparuiſſe in Schadai ſiue Saddai non in Iehouę nomine, adhibito Geneſeos cap. 17. & initio 28. ſatis explicatur. Verùm in ſuperiore Exodi loco adiicitur, Et aſſumam vos mihi in populum, & ero veſter Deus, & ſcietis quòd ego ſum Iehoua, (vulgata & Hieronymi tranſlatio Dominus è Græco habent) Deus veſter, qui eduxerim vos de ergaſtulo Ægyptiorum, &c. Quid quod ita etiam in triumphali Cantico illo Moſis atque Iſraëlitarum poſt ſubmerſum Erythræo mari Pharaonem, diſertè nomen iſtud Iehouæ pronunciatur[a], in quo ſe Deus populum à Pharaonis dominatu ac tyrannide liberaturum promiſerat? Hebræum authenticum agnoſcit Iehoua quaſi vir pugnator, Iehoua nomen eius: vbi pro poſteriore Iehoua, Latini legunt (quod miror) omnipotens, pro priore, Dominus; cùm vtrobique Græci Κύριος habeant. Itaque Iethro ad Moſen de illa populi vel Dei potius victoria, & Ægyptiorum profligatione ita loquitur, vt Iehouam nominet; ſic ferè, Benedictus Dominus qui liberauit vos de manu Ægyptiorum, &c. Nunc cognoui, quia magnus Dominus ſuper omnes deos: Quo etiam pertinet iſtud Eſaiæ[c] de ſummo Deo Iehoua; Qui eduxit ad dexteram Moyſen brachio maieſtatis ſuæ, qui ſcidit aquas ante eos, vt faceret ſibi nomen ſempiternum (Iehouæ ſcilicet vt

equi

a *Exod. c. 15.*

b *Exod. c. 18.*

c *Cap. 63.*

equidem ſentio) qui eduxit eos per abyſſos. Et, Sic adduxiſti populum tuum,vt faceres tibi nomen gloriæ: hoc eſt,vt nomen Iehouæ quod tibi feciſti Deus, & apud populum tuum à te liberatum, & apud Ægyptios, aliáſque nationes exteras ita glorioſum & illuſtre fieret. Nec mouet quod in autographo Græco, & in eius vulgata, vel Hieronymi tranſlatione non ſit expreſſum Iehouæ nomen, ſed veluti vocabulo Domini opertum ac velatum: Etenim non abſimiliter apud ipſum [a] Eſaiam, vbi vulgata & Hieronymi verſio ſic è Græco ſcriptum refert, Hæc dicit Dominus Deus creans cœlos; Et ſtatim, Ego Dominus, hoc eſt nomen meum: Hebræum authenticum exhibet, Hæc dicit Deus Iehoua: Et, Ego Iehoua, hoc nomen meum: Sic enim cum beato Hieronymo interpretari malo iſta Hebræa, Ani Iehoua hu ſemó; quàm Reuclinum [b], & Galatinum [c] ſequi, ſic exponentes, Ego Dominus, Hu eſt nomen meum: cùm non Hu, ſed Iehouæ ſibi nomen Deus indiderit; quod ipſum ſibi apud eundem Eſaiam aſſumit, ac vendicat, cap. 43. 45. 48. 49. atque 54. ſed & aliis pleriſque locis. Nam ecce poſtea [d], Quia ego Iehoua Deus tuus, pro quo Græca & Latina tranſlatio, Quia ego Dominus Deus tuus. Præterea Deus optimus, maximus, apud Malachiam [e] de ſe ita loquitur, Ki ani Iehoua lo ſaniti, Quoniam ego Iehoua non mutor, vbi vulgata è Græco tranſlatio, Quoniam ego Dominus Deus veſter, & nō ſum mutatus. Cui congruit illud regis [f] eiuſdémque

a *Cap. 42. ver. 6.*

b *Cap. 16. lib. 2. de verbo mirifico.*

c *Lib. 3. de arcan. cath. veri. cap. 23.*

d *Cap. 43. verſu 4.*

e *Cap. 3.*

f *Dauid Pſ. 101. Domine exaudi. verſ. 14.*

diuini Pſaltis, Tu autem Domine in æternum permanes; nam Hebraicè ſcriptum cernitur Ie-
a *Cap.32.* houa. Sed & apud Hieremiam alicubi [a], talis huius Prophetæ ad Deum ſermo proponitur, Fortiſſime, magne, & potens, Dominus exercituum nomen tibi; magnus conſilio, & incomprehenſibilis cogitatu: licet Græca ſeptuaginta ſeniorum verſio ſic quidē habeat, Ὁ Θεὸς ὁ μέγας, καὶ ἰσχυρὸς, Κύριος τῶν δυνάμεων ὄνομα αὐτοῦ μέγας βουλῇ, καὶ δυνατὸς τοῖς ἔργοις, attamen pro (Dominus exercituum nomen tibi) Hebræum authenticum clariſſimè Iehoua Sebaoth nomen tuum, &c. Po-
b *Amos ca.5. verſ.18.* ſtremò apud alium [b] Prophetam ſic quoque ſcriptum Hebraicè, Qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ, Iehoua nomen eſt eius: vbi Græcum autographum Κύριος ὁ Θεὸς παντοκράτωρ ὄνομα αὐτοῦ: cuius interpretatio Latina vulgò recepta, Domini duntaxat non omnipotentis vocabulum præfert; errore illi quem paulò antè indicauimus, contrario: cùm tamen tam Latini quàm Græci ſacroſanctæ Scripturæ veſtigiis Hebræis inſiſtere, ac ne latum quidem vnguem ab his diſcedere debuerint.

QVÆ omnia non exiſtimaui, fruſtrà me, quod attulerim, feciſſe; ſi ad aſſerendam vero Deo nominis Iehouæ proprietatem valdè pertinent: quod nomen factum antea & inditum ſibi, cùm Moſen in Ægyptum ad Iſraëlitici populi liberationem mitteret, illa dein admirabili Ægyptij Regis profligatione, ſanciuit omnipotens, proprium dicauit atque confirma-
c *Cap.9.* uit in æternum. Ergo non aliter Danielis [c]

iſtud

iſtud (niſi fallor) debet intelligi; Et nunc Domine Deus noſter qui eduxiſti populum tuum de terra Ægypti, in manu forti; & feciſti tibi nomen ſecundum diem hanc; peccauimus, iniquitatem fecimus Domine in omnem iuſtitiam tuam: Ad nomen etenim Iehouæ aſpexit Propheta, quantum iudico; vt & poſteà, cùm in illa ad Deum oratione, ait nomen eius inuocatum ſuper ciuitatem & populum fuiſſe: quod nomen Hebraica veritas expreſſerat ſtatim, quo loco Latina Hieronymi tranſlatio habet iſtud, vt proſternerem preces meas in conſpectu Dei mei; Græca verò καὶ τὸ ῥιπλοῦντος τ ἔλεόν μου ἐναντίον Κυρίου τοῦ Θεοῦ μου, &c. Sic & Iuditha [a], non *a Vide Iudit.*
dubito quin Iehouæ nomen inuocaret, cùm *cap.9.*
clamabat, Domine Deus patris mei Simeon, &c. Subueni quæſo te Domine Deus meus mihi viduæ, &c. Reſpice caſtra Aſſyriorum nunc, ſicut tunc caſtra Ægyptiorum videre dignatus es; quando poſt ſeruos tuos armati currebant confidentes in quadrigis, & in equitatu ſuo, &c. Tenuit pedes eorum abyſſus & aquæ operuerunt eos: ſic fiant & iſti Domine qui confidunt in multitudine ſua, & in curribus ſuis, & in contis, & in ſcutis, & in ſagittis ſuis, & in lanceis gloriantur: & neſciunt quod tu ipſe es Deus noſter, qui conteris bella ab initio: & Dominus eſt nomen tibi, &c. Fac Domine vt gladio proprio eius ſuperbia amputetur, &c. Erit enim hoc memorabile nominis tui, &c. Et memento Domine teſtamenti tui: Nam *b Cap.10 ad*
& apud Zachariam [b], poſtquam de illa ipſi *finem.*

Iſraëlitici populi de manu Pharaonis liberatione actum eſt in hæc verba, Et reducam eos de terra Ægypti,&c. Et tranſiet in maris freto & percutiet in mari fluctus,&c. Et ſceptrum Ægypti recedet,&c. Subiicitur ſtatim, Confortabo eos in Domino, & in nomine eius ambulabunt, dicit Dominus. Vbi Hebraïcum authenticum præfert pro Dominus, Iehoua; & Baiehoua, pro in Domino: quod eſt à Græca ſeptuaginta virorum interpretatione iſta, ἐν Κυρίῳ Θεῷ αὐτῶν (nam quod ait in nomine eius; pro in nomine meo, ſcilicet Iehouæ; idiotiſmum eſſe Hebraïcum, Grammaticorum pueri non ignorant.) Et paulò poſt, Ego enim Dominus Deus eorum & exaudiam eos; pro Dominus, Hebraïca veritas oſtendit Iehouam: ſicuti alio lo-
a Geneſ.c.14. ad fin. co [a], vbi tranſlatio Hieronymi, habet Leuo manum meam ad Dominum Deum excelſum poſſeſſorem cœli & terræ, Græca ἐκτεινῶ τὴν χεῖρα μου πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ὕψιστον ὃς ἔκτισε τὸν ὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Pro iſto Dominum quod in Hieronymi & vulgata verſione agnoſcitur. (Vt interim de illo poſſeſſorem, nihil nunc dicam; pro quo, ſicuti ſuperiùs conditorem ſiue creatorem ex Hebrea, Græcáque fide reddendum fuit) à Iudæis autem illis Græcæ tranſlationis auctoribus (dum Iehouam nuncupare nefas exiſtimãt) prætermiſſum eſt.[vel ſupra pro fuit quod eſt in libro quarto ponatur erat ſi hoc loco retines Fuit.] cùm eius vice innumeris propemodum locis Κύριον reddiderint, Iehouæ nomen exprimi debuerat. Quod nomen iis potiſſimum

locis

locis quos indicaui,minimè immutatum vellem à tantis viris: quando ipſorum παράδοσιν, id eſt traditionem ſiue tranſlationem præ omnibus aliis Bibliorum interpretationibus ab Iuſtiniano[a] Imp. imò à pleriſque Patribus vetuſtis eſſe receptam video. Sed quid facias? Iudæi fuêre: Gens autem illa ſuperſtitioni cum primis ac ſupra omnes alias,etiam Ægyptiorum & Chaldæorum[b],dedita, vt de Phariſaicis interim traditionibus diuinæ ipſi legi contrariis,& à Chriſto Domino Deóque noſtro primùm,dein etiam ab diuo Irenæo[c], grauiter notatis atque reprehenſis taceam.Equidem ſuperſtitioſam Iudæorum conſuetudinem prorſus non probo, id nominis alibi quàm in ſanctuario (cùm benedictio fieret,quæ Numerorum ſexto cap.ad extremum præcipitur)ſubticētium; plerumqne autem Tetragammati loco (quod ipſi nomen expoſitum vocant) iſtud Adonai quo Dominus ſignificatur,interdum etiam illud Elohim hoc eſt,Deus; vel duodecim, quod vocabant litterarum, nomen ad Trinitatem ſpectans,(ſi qua tamen Iudę Nagidi Rabbino fides) in pronuntiatione ſubſtituentium[d]. Quos etiam errore lapſos in eo arbitror, quod non eſſe deriuatum τὸ Iehoua exiſtimarint: cùm optimè ab Hauah ſubſtantiuo verbo quod eſſe Chaldæis & Hebræis ſignificat, deduci poſſit; cui verbo præfixa littera, Iod nomen deriuatum format Iehoua, vt à Sahac Iſhac & ab Acab,Iacob[e]:niſi fortè quis malit,Iod illud ad alterum Dei nomen Ia, referre; quod ſimiliter ab Haia deductum eſſentiam

Dei

a *No. 146. §. Sancimus.*

b *Vide Exod. cap. 32.*

c *Lib. 4. adu. hæreſ. cap. 25. & 26.*

d *Vide Ioſeph. lib. 4. de bello Iud. ca. 12. & Galatin. cap. 10. libr. 2. de arcan. cath. veri. vbi tamē falli puto cùm traditionem iſtam eſſe à Moſe cenſet.*

e *Notat poſt alios Goropius quoque in Hermath. ſed Steuchus Eugubinus ab Hauahi mutato Iod in Vau deducit: quē videto ad c. 3. Exodi.*

Dei ſignificat: vt cùm non ſemel [a] in ſcripturis
reperiatur,& verò adiungatur Iehouæ. Nihilo-
minus tamen hoc quoque nomen eſſe Dei ſum-
mi à Pſalte diuino ac Rege memoretur [b].

SED vt vt ſit,maiorem in modum deceptos
etiam alios cenſeo; qui ſine vllo veterum teſti-
monio, non modò ſibi perſuadent, ſed & aſſe-
uerare auſi ſunt,myſticum Iehouæ nomen, quo
ſe Deus ipſe nuncupauit (quemadmodum eo
Exodi loco [c] ſcriptum eſt,quem hactenus expla-
nauimus) à Patriarchis illis qui Moſen aliquot
ſæculis præceſſerunt inuocatum, aut certè non
inauditum ipſis fuiſſe [d]. Nam hoc ſi verum fo-
ret,quod illi prædicant;quis dubitabit, quin ſi-
bi ſummus Deus in illo ſolemni fœdere ineun-
do cum Abrahamo, cui notum hoc nominis
eſſet; iſtud ipſum aſſumpturus fuerit: quo ma-
iorem promiſſi præſtitique iuriſiurandi fidem
faceret? Qua de re tamen in veteris Teſtamen-
ti libris nullum omnino ne tenue quidem ve-
ſtigium extare didici. Porrò autem vt fatear
atque admittam, in elementorum Hebræorum
figuris ipſarúmque litterarum vi ac poteſtate
ſubtilius enixiúſque(quod Iudæi aut Iudaizan-
tes & Cabaliſtæ facere aſſolent) examinanda
& perſcrutanda, non eſſe aliquam Deo gratam
religionem.Nihilominus tamen ipſum Iehouæ,
ſeu quod malint nonnulli Ieheuæ, ſanctum
& myſticum nomen, & non paſſim ac temerè
ſeu fruſtrà proferendum, & verò fuiſſe ante
Moſen, non modò ea ratione non reuelatum
prioribus, quia ipſius etymon Iehouæ nec iis

fuerit

a *Exod.c.15. & Eſa.c.26. & Pſalm.93. Deus vltionū verſ.8. Et dixerūt & ver. 13. Beatus & Pſalm. 88. Miſericordias ver.10. Domine Deus Pſal. 113. In exitu ver. Nō mortui & verſ. Sed nos qui viuimus & Pſ. 117. Confitemini verſ. 5. De tribulatione & verſ.14. Fortitudo & 17. Non moriar & ſeq.*

b *Pſalm. 67. Exurgat Deus. verſ.5.*

c *Cap. 3.*

d *Reuclin. de verbo mirifico. lib. 2. cap. 17. & 18. & Gorop. Becanus nunc nuper libr.1. Hermath.*

fuerit à Deo expreſſum, nec tam ſtupendis miraculis confirmatū (ſicuti recentiores quidam [a] non ſatis rectè, niſi fallor, exiſtimant) ſed potius illud nomen iis Patriarchis non minus, quàm Adamo reliquiſq; ante Moſen omnibus inauditum; ipſi autem reuelatum deinde, ac veluti proprium à Deo ſelectum ſibi, profiteor ac præ me fero: quò ſcilicet eſſentiam ſuam, quatenus capere homines poteramus oſtenderet. Sic enim Theodoretus, Moſis verba explicat alicubi [b] de Tetragrammo Dei nomine agens, Τὸ δὲ ἀϊδίου ζωῆς καὶ ἀΐδιον εἶναι Θεὸν σημαντικὸν τὸ ὄνομα, τοῦτο τοίνυν φησὶ τὸ ὄνομα, οὐδὲ τοῖς περὶ τὸν Ἀβραὰμ ἀπεκάλυψα, ἀλλά σοι πάντως πρ. ἐπειδὴ μὴ ἦν καιρὸς εἰπεῖν τοῖς πατριάρχαις τὸ ὄνομα ὃ ἐχώρισεν τὸν Θεὸν τῶν εἰδώλων. ἐπειδὴ γὰρ καὶ οἱ δαίμονες θεοὶ, καὶ κύριοι ὠνομάσθησαν ὑπὸ τῶν θεραπευόντων αὐτοὺς, τὸ τετράγραμμον ὄνομα ἔδωκεν ὁ Θεὸς τὸ τότε ἀνέκφραστον τοῖς πιστοῖς. Atque hoc quidem, vt ipſe opinor & credo, ſic propè eſt, vt affirmare non verear; licet Iuſtinus Martyr id pernegauerit eo loco, quem ſecundo huius Syntagmatis capite proponendum duxi.

a Gorop Bec. lib. 5. in ſua Hermath.

b Quæſt. 15. in Exodum.

CAP. VI.

QVOD ſermone ſuperiori ex tertio Exodi capite collegimus, Tunc ſibi nomen Iehouæ ſummum Deum feciſſe, cùm ad populum Iſraëliticum Pharaonis tyrannide liberandū Moſen ablegaret; quod nulli ex patrum priſcorum numero cognitum

cognitum adhuc fuiſſet: hoc erunt forſitan qui nonnullorum opinionem ſcripto comprehenſam ſequentes, facilè conuelli aliis ſacroſanctæ Scripturæ teſtimoniis poſſe arbitrentur. Itaque pro bono viſum, vt hîc ea in medium adferrem atque perpenderem; ſed & ipſa noſtræ ſententiæ parum officere ſimul oſtenderem.

Cum igitur duæ ſint admodum rationes, quibus opinio noſtra propemodum expugnari videatur: Vna, quod qui Moſen Pentateuchi ſcriptorem ætatibus multis antegreſſi ſunt patres, ij pleriſque locis Omnipotentem Deum Iehouæ nomine compellauerint: Altera, quod Domini omnium patris nomen à ſæculo vel ab æterno eſſe ipſis etiam ſacris litteris conſignatum ac proditum legamus: de priore priùs diſceptabitur. Ad quam pertinet, quod Moſes in contexenda mundi originis aliarúmque ante póſtve diluuium actarum à Deo & hominibus rerum, quæ ſuam in Ægyptum legationem præceſſerant, hiſtoria: vt paſſim appellationem Elohim Deo tribuit [a]; ſic de ipſo agens etiam Iehouæ nomen identidem vſurpat: ſicuti cùm ait [b], Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ; quando creatæ ſunt in die qua fecit Iehoua cœlum & terram: & aliis pleriſque locis [c]; quos breuitatis ſtudium percéſere prohibet. Quinetiam (quod magis vrget) apud Hiſtoricorũ regem & parentem illum, Patriarchæ ab omni antiquitate, atque adeò ipſi quoque Protoplaſti Deum iſta ipſa Iehouæ appellatione propria indigetant. Qua de re exempli gratia,

a Gen. cap.1. 2. 4. 6. 9.17. 20.30.32.45. & Exo.cap.2.

b Gen.cap.2.

c Gen.cap.4. 6.7.12.13.20 21.24.25.26. ſed & cap.15. 22.28.29.31. Sanè extremo cap. 4. de Enos dicitur, eũ cœpiſſe inuocare nomen Iehouæ, hoc eſt, vt habent vulgata Biblia, Domini.

gratia, aliquot locos proferam: Heua de primogenito ſuo dixiſſe perhibetur[a]; Poſſedi, ſiue acquiſiui hominem à Iehoua, vel per Iehouam: ſic habet Hebræum authenticum, vbi è Græco in vulgata tranſlatione, Deum, legitur; diuus autem Hieronymus, Dominum, vertit. Præterea regi Sodomorum reſpondit Abrahamus[b]: Leuo manum meam ad Iehouam, (ſic in Hebræo codice, vbi vulgares libri, & Hieronymus Dominum; cùm à Græco exemplari abſit) Deum excelſum poſſeſſorem cœli & terræ, quod à filo vſque ad corrigiam, &c. Itémque cùm plantaſſet nemus in Berſabee ſiue Beerſeba, inuocauit ibi nomen Iehouæ, (ſic Heb.[c] pro Domini) Dei æterni: Et poſt exhibitum Iſaaci filij ſui vice holocauſtum, ex præcepto Angeli, eum in monte locum à Deo ſibi monſtratum, in quo altare conſtruxerat; hoc nomine appellauit, Iehoua videbit, ſeu videt; vnde vſque hodie dicitur, In monte Iehoua videbit, ſeu videbitur: quo loco[d] tranſlatio vulgata τὸ Dominus præfert. Quid, quod & Abrahami ſeruus per Iehouam, Deum cœli & Deum terræ adiuratus ab illo, dein ita fertur[e] Deo Abrahami domini ſui ſupplicaſſe ad portam vrbis Nachor, vt Iehouæ nomen, addito etiam Elohe vocabulo non ſemel, ſed ſæpius protulerit? ne quis incogitanter, aut ſine myſterio, ne dum temerè (quod abſit) à grauiſſimo & locupletiſſimo teſte atque antiquario Moſe aſperſum exiſtimet. Poſtea[f] Iſaacum, vbi ei Dominus (Iehoua nimirum, vt eſt in Hebræo codice) apparuę

a *Gen cap. 4. in principio, cuius rei Reuclinus quidem nos admonuit lib. 2. de verb. mirif. c. 9. Ipſe tamen & ibi, & c. 17. ac 18. opinionem noſtræ contrariã tuetur.*

b *Cap. 14. Geneſ.*

c *Gen. cap. 21.*

d *Gen. cap. 22*

e *Gen. ca. 24*

f *Gen. cap. 26.*

apparuerat, ædificaſſe ibi altare, atque inuocato Iehouæ nomine, tabernaculum extendiſſe traditur; dein Abimelechi comites Iſaaco dixiſſe, Vidimus tecum eſſe Iehouam, & cum pace dimiſimus auctum benedictione Iehouæ. Sed teſtimoniorum plus ſatis; alia ex reliquis Geneſews locis [a] philologo nō indiligenti petere per nos liceat; ſi hoc vnum adiunxero [b], quod omittere quadam religione prohibeor: cùm inſigne ſit, ac inprimis aduerſus eam quam ſequor opinionem vrgeat. Cùm Iacobus vidiſſet in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum; Angelos quoque Dei aſcēdentes & deſcendentes per eam: vidit & Dominum innixum ſcalæ, dicentem ſibi, Ego ſum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac: terrā in qua dormis tibi dabo, ac ſemini tuo, &c. Cúmque euigilaſſet Iacob de ſomno, ait; Verè Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam: pauénſque, Quàm terribilis eſt (inquit) locus iſte; non eſt hìc aliud niſi domus Dei, & porta cœli. Hæc omnia Moſes ad verbum retulit, ſed ita vt pro hoc Dominus ex Hebraica veritate Iehouam vbique debeamus agnoſcere. Vnde ſequi neceſſariò videtur, apparuiſſe Deum priſcis patribus, nō ſolùm in Schadai appellatione (quod Exodi ſexto capite comprehenſum ſuperiore proximo ſermone oſtendimus) verumetiam in Iehouæ nomine: atque ab ipſis etiam agnitum & inuocatum Iehouæ nomen fuiſſe. Atqui veritas non repugnat ſibi; & illi tot teſtimoniis illuſtrato argumento perſolui & ſatisfieri omni ex parte

a Cap. 27. vbi Iacob, voluntas Dei fuit, vt citò occurreret mihi qđ volebam. Et cap. 29. vbi vidit Dominus humilitatem meā, &c. Et quoniā audiuit me Dominus haberi cō tempui, &c. Et modò cōſitebor Domino. Item c. 30. Rachel, addat mihi Dominus filium alterum. Et cap. 32. Iacob ad Deum dixit, Deus patris mei Abrahā, & Deus patris mei Iſaac, Domine qui dixiſti mihi, &c. quibus locis vidēdum Hebraū autographū.

b Ex cap. 28. Geneſ.

ex parte ita poſſe cenſeo; ſi dixerimus à Moſe (cui nomen Iehouæ reuelauit ipſe Dominus) id ob eam maximè rationem pleriſque hiſtoriæ ſuæ locis inſitum, à poſteriori ſcilicet: *διὰ σχῆμα λέξεως*, quam figuram Græci *πρόληψιν* vocant, nos Anticipationem dicere poſſumus, ab Hiſtoricis ac Poëtis ſæpenumero vſurpatam: apud Virgilium ipſum compluribus locis à Seruio & Agellio [a], (ſiue is A. Gellius eſt) agnitam. Mouet me atque adiuuat non parum, quòd ea ipſa figura manifeſtè vtitur Moſes Geneſeω̃s quodam loco [b]; vbi ſic eſt; Reuerſique ſunt, & venerunt vſque ad fontem Miſphat, ipſa eſt Cades. Hũc enim explicans locum beatus Hieronymus [c], Et reuertentes venerunt ad fontem Iudicij, hæc eſt Cades. Per anticipationem (ait) dicitur, quod poſtea ſic vocatum eſt; ſignificat autem locum apud petram, qui fons iudicij nominatur: quia ibi Deus populum iudicauit. Idem Hieronymus paulò poſt, ad illum Geneſeω̃s alterum locum ex capite vigeſimoprimo, Ideò cognominauit nomen loci illius, Puteus iuramenti; quia ibi iurauerunt ambo: in Hebræo habetur Berſabee (inquit) &c. Quòd ſi ante hanc cauſam ſupra nomen hoc legimus, ſciamus per Prolepſim dictum eſſe, ſicut & Bethel, & Galgala, quæ vtique vſque ad tempus quo ita appellatæ ſunt, aliter vocabantur. Hactenus ille. Eandem figuram ab ipſo Moſe vſurpatam reperio, eo etiam Exodi [d] loco: vbi de ſeipſo, Cúmque minaſſet gregem ad interiora deſerti, venit ad montem Dei Horeb. Etenim

a *Cap. 16. lib. 10. Noct. Att. vt ibi, lacúſque require vel nos. Item Hinc pater Æneas Romanæ ſtirpis origo. Itẽ, Et iuxta Aſcanius magnæ ſpes altera Romæ.*

b *Cap. 14.*

c *In quæſt. ſiue trad. Heb. in Gen.*

d *In princip.*

eum montem Horeb(qui & Sinai) conſtat ideò montem Dei nuncupatum; quòd in eo deinde Moſi,populóque ſanctificato apparuerit[a],cùm legis ſuæ verba decem effaretur:vel etiam quòd locum in quem Moſes gregem minauerat,Deus in flamma ignis ipſi de medio rubi apparens, terram ſanctam eſſe,poſtea dixerit[b]. Tum verò confirmat me,quòd ſacroſanctum iſtud Iehouæ nomen à ſummo Deo patefactū, aut indicatum Protoplaſtis aut Patriarchis fuiſſe, nuſpiam traditur. At ſine reuelatione ipſius Dei, homines (quamlibet ſagaces, ac perſpicaces, & ſingulari prudentia præditos) id potuiſſe vllatenus diuinare,qui aſſerat, ego verò iſtum prorſus hariolari exiſtimem. Quòd ſi ante Moſen id ignotum non fuiſſet nomen: ne ipſe quidem annos admodum quadraginta natus, & omni tam Ægyptiorum ſapientiæ[c],quàm aliarum (ὡς εἰκὸς) literarum genere Pharaonis filiæ cura & ſumptu eruditus[d], illud ignoraſſet: ſciens verò ſecum Deum patrum ſuorum colloqui, non ab ipſo aliud quæſiiſſet nomen, quod minimè ignoraret;aut vtique ſi ante ſcierat, eo ſummi Dei reſponſo de Iehouæ vocabulo, ſatisfactum ſibi Moſes haud quaquam putaſſet, vt (quomodo fecit)nihil vltra quæreret.

PORRO autem ad alteram rationem quod ſpectat;eſſe Iehouæ nomen ab æterno: eſt hoc quidem verè dictum (vtpote à Propheta[e],cuius ori,mentiq; Spiritus Dei ſanctus[f]& verax, immò ipſa veritas Dei filius Chriſtus inſederat,)ſic ferè: Tu es Iehoua pater noſter, redemptor noſter,

a *Exod.c.19. Deut.4.*

b *Exod.ca.3. ſub init. Act. Apoſt. cap.7. verſ.30.33.*

c *Vide Act. Apoſt. cap.7. verſ. 22. & 30.*

d *Ca.2.Exo. Vide Auguſt. Steuch.Eugu. in recognit. vet. Teſta.ſub init. ex D.Baſilio in Hexaemeron.*

e *Eſaia c.63. ad finem.*

f *2. Pet.ad fi. cap. 1. & in ſymb l. Nicænu concil.*

noſter, à ſæculo ſiue ab æterno nomen tuum: vel (ſicuti ſeptuaginta ſenioribus viſum interpretari) ἀπ᾽ ἀρχῆς τὸ ὄνομα σου ἐφ᾽ ἡμᾶς ἐςαι: A principio nomen tuum ſuper nos erit: in ſæculum ſcilicet:(hoc enim ex eorum mente ſupplendum eſt: quamuis in Hebræo autographo non legatur Leoolam, vt apud Dauidem [a]; cùm ait, Domine nomen tuum in æternum, ſed Meoolam.) Quemadmodum autem intelligi debeat is Eſaiæ locus, aut aliter poſſit; quàm vt ſententię noſtræ officiat: Id verò nobis videndum denique, paucíſque verbis (quoad eius poterit) abſoluendum eſt. Quamquam de ſummo Deo, cùm piè ac religiosè, atque ita cum ipſius laude (ad quam ipſe nos creauit) loquimur; nihil (ſi ordine quidem proferatur, & loco ſuo) videri longum puris ac defæcatis, hoc eſt, Chriſtianis veréque piis auribus poteſt. Vt mittam igitur, quòd nominis vocabulũ non tam ad Iehouam fortaſſis hoc loco, quàm ad patris & redemptoris appellationem proximam referri conuenit; qua de re plenius & accuratius paulo poſt dicturi ſumus: Præterea, quòd etſi Iehouæ nomen vel deſtinatum à Deo ſibi ab æterno, vel aſſumptum etiam fuerit, (quamquam verbum quidem in Hebræo nullum expreſſum; in Græca verò tranſlatione, futuri non ſine ratione potius quàm præteriti temporis; cùm hoc ſatis in Hebræo propter illud Meoolam tacitè intelligeretur) prius tamen vlli, quàm Moſi fuiſſe reuelatum Iehouæ nomen inde non ſequitur. Aio ſacris in literis πολυσήμως agi de Dei nomine; nec vbique idem

a *Pſalm.134. Laudate.ver. 13.*

eo vocabulo deſignatum poſſe accipi. Hoc autem Eſaiæ loco, quem interpretamur, pro gloria, maieſtate, auctoritate, virtute, potentia diuina; addeſis etiam, ſpiritu, ſcriptum videri. Quo ſanè modo, Dauid Philiſthæum Goliath compellaſſe in ipſo duello perhibetur [a]; Tu venis ad me cum gladio, & haſta, & clypeo: Ego autem venio ad te in nomine Iehouæ Sebaoth, hoc eſt, Domini exercituum, Dei agminum Iſraël; quibus exprobraſti hodie, &c. Itidémque diuini eiuſdem vatis iſtud accipi debet, quod eodem Pſalmo [b] ad trium verſuum finem, non ſine myſterio ter eſſe repetitum voluit; Et in nomine Domini (Iehouæ) vltus ſum in eos. Cui reſpondet, quod ſubiicitur etiam tertiò, non ſemel; Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem: vtroque enim ſermone liberationem, & exaltationem ſuam, ac proſtrationem hoſtium non ſuis viribus, ſed virtuti ac potentiæ Dei, piè adſcriptam à rege cognoſcimus [c]. Similiter Chriſtus Dominus in beati Ioannis Euágelio [d], pro diſcipulis Patri ſupplicans, eos ait in ipſius nomine ſe conſeruaſſe; proinde petit, vt ipſe quoque in ſuo nomine illos tueri velit, Πάτερ ἅγιε τήρησον αὐτοὺς (inquit) ἐν τῷ ὀνόματί σου, &c, Ἐγὼ ἐτήρουν αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου, &c. Sic & antea Zacharias [e]: In nomine Domini ambulaturos dixerat eos, qui erunt confortati in Domino: In nomine (inquam) hoc eſt, In lumine vultus diuini (vt eſt apud Dauidem [f] quodam loco;) In Dei virtute ac ſpiritu, (Spiritum enim Creatoris

a *Reg.1.c.17.*

b *Pſalm.117. Confitemini. ver.10.11.12. & 16.*

c *Pſalm.117. ver.10.& 16. & Pſal. 137. Confitebor. verſ.8.& vlt.*

d *Cap.17.*

e *Cap.10.ad extremum.*

f *Pſal.88.Miſericordias. ver. 17.*

Chri

Chriſtum quoque vetuſti Patres [a] appellarunt; quatenus verbum eſſentiale,& ſpiritus oris Dei eſt: quo cœlos firmatos eſſe Dauid [b] cecinit: quamquam ad ſpiritum ſanctum referri complures malint) In poteſtate Dei, aut ſub auctoritate,ac protectione eius; ſicuti apud Solomonem ipſum [c],quo loco,Turris fortiſſima nomen Domini, ad ipſum currit iuſtus, & exaltabitur. Non abſimiliter explico iſtud Dauidicum, [d] Exaudiat te Dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob: Et ſtatim, Lætabimur in ſalutari tuo,& in nomine Dei noſtri magnificabimur. Et poſtea, Hi in curribus,& hi in equis, nos autem in nomine Dei noſtri inuocabimus. Nec tamen ignoro, quid aliis de fiducia nominis,aliis de nominatione ſiue inuocatione videatur. Itémque in Euangelio ſacroſancto [e], cùm agitur de eiiciendis in Dei nomine,in Deo, in ſpiritu Dei,dæmoniis: Itémque de debilibus & ægrotis in Dei nomine curandis [f]. Nam cùm ſtatim ſubiiciatur apud Lucam, Τί ἀτενίζετε ὡς ἰδίᾳ δυνάμει, ἢ εὐσεβείᾳ πεποιηκόσι: Item; Ἐν ποίᾳ δυνάμει, ἢ ἐν ποίῳ ὀνόματι ἐποιήσατε τοῦτο ὑμεῖς: Virtutem illo verbo & poteſtatem, atque auctoritatem deſignari arbitror:ſicuti cùm in nomine, In nomen Domini Ieſu Chriſti, aut Patris,Filij, & Spiritus ſancti baptizari,vel per nomē Chriſti omnes qui credunt in eum remiſſionem peccatorum accipere [g], & in nomine eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorum apud vel in omnes gentes, vel cùm datum Chriſto [h] nomen ſupra omne nomen, & in Ieſu Chriſto no-

a *Tertul.lib.3. aduer.Mar.*

b *Pſ.32.Exultate.ver.7.*

c *Prou.c.18. verſ.11.*

d *Pſal.19.in princ.& verſ. 6.& 9.*

e *B. Matth. c.7.verſ.21. B.Marci c.9. ver.38.39 & c.vlt.verſ.17. & Actuum Apoſt.cap.16. verſ.18.*

f *Act.Apoſt. cap.3.verſ.6. & 12.cap.4. verſ.3.10.30. c.19.verſ.13.*

g *Cap. 10. Act. Apoſt. verſ. 43. & cap.19.ver.5. & apud Matth. Euang. cap.vlt. verſ. penult.*

h *Paul. ad Philip. cap.2. verſ.10.*

mine omne genu creaturarum flecti alio loco ſcriptum eſt. Et cùm Deus olim per Moſen populo dixit, In Angelo quē miſſurus erat vt eum præcederet, eſſe nomen ſuum, Exodi 23. capite, quamquam hoc de Ioſue à Tertulliano intelligitur. Non aliter apud Iuſtinum hiſtoricum [a] accipi Gallicum nomen debet; quo loco tantum fuiſſe terrorem Gallici nominis memorat, vt etiam reges non laceſſiti vltrò pacem ingenti pecunia mercarentur; Reges autem Orientis aliter neque maieſtatem ſuam tutam, neque amiſſam, recuperare ſe poſſe ſine Gallica virtute arbitrarentur: qua ſignificatione Pyrrhi nominis admirationem & claritatem, apud eundem legere eſt; & apud Iuſtinianū noſtrum [b] poſtremò nomen Domini: vbi dignam Imperatore Chriſtiano vocem hanc extulit; Quicquid minus eſt Reipubl. noſtræ per nos vltimos ſeruos ſuos reſtituat in ſuo nomine Deus, & dignos nos faciat ſeruitium eius adimplere. Ac iſta quidem ipſa ſignificatione Chriſtus (qui virtus eſt Patris & ſapientia [c]) verè poſſit Dei ſiue Domini nomen appellari: Et exponi ſanè apud diuum Irenæum ita debet, (niſi fallor) eo loco quē ſermone huius tractatus primo indicauimus. Sicuti Tertullianus [d] quoque videtur accepiſſe; vbi ad illam quæ Exodi 17. cap. proponitur, hiſtoriam ſpectans, ita ſcribit; Iam verò Moyſes quid vtique tunc tantùm cùm Ieſus aduerſus Amalech præliabatur, èxpanſis manibus orat reſidens, quando in rebus tam attonitis, magis vtique genibus depoſitis, & manibus cædentibus pectus,

a *Libr. 24. & 25.*

b *l. 1. ſub fin. princ. Cod. de offic præfect. præt. Afric.*

c *Epiſt. ad Rom. capit. 1. verſ. 16. & ad Cor. 1. cap. 1. ver. 24. Aug. lib. 6. de Trin. in princ. Vide quæ ſcribo infra. cap. 9. & 10.*

d *Lib. 3. aduerſ. Marcio.*

pectus, & facie humi volutáte orationem commendare debuiſſet? niſi quia illic vbi nomen Domini dimicabat, dimicaturi quoque aduerſus diabolum crucis quoque erat habitus neceſſarius per quam Ieſus victoriam eſſet relaturus.

SED malit fortaſſe quiſpiam iſto Eſaiæ loco, de nomine Dei æterno; τὸ nomen interpretari, memoriam, honorem, famam, & laudem (quam vulgo reputationem Galli dicimus) rémve vllam iis coniunctam & affinem: ſicut apud eundem Prophetam, cum ait [a], Qui ſcidit aquas ante eos, vt faceret ſibi nomen ſempiternum: ſicut apud Pſaltem illum vatémque diuinum [b] iſtud proditum, Notus in Iudæa Deus, in Iſraël magnum nomen eius; &, Domine (Iehoua) nomen tuum in æternum, Domine (Iehoua) memoriale tuum in generatione & generationem. Item alibi [c], Vt annuntient in Sion nomen Domini & laudem eius in Hieruſalem: & in Solomonis prouerbiorum quodam loco [d], Melius aut eligibilius nomen bonum, quam diuitiæ multæ: Cuius loci fide, beatus [e] Cyrillus adducitur, vt iſtud Euangelij [f] (Beatus qui venit in nomine Domini) de gloria & celebritate patris, interpretetur; quoniam diuina Spriptura (inquit Alexandrinus Epiſcopus) nomen interdum vocet celebrem gloriam & inſignem nobilitatem. Diuus quoque Auguſtinus iſtud Dauidicum [g] enarrans (Confiteantur nomini tuo magno), Paruum fuit nomen tuum (inquit) quando iraſcebantur; factum eſt magnum iam cófiteantur: quomodo dicimus paruú fuiſſe nomen Chriſti,

a Cap.63.

b Pſ.75. Notus, in princ. & Pſal. 134. Laudate, verſ.13.

c Pſalm.101. verſ.23.

d Cap.22. in princ. vide & Eccleſiaſt. ca. 41. verſ. 13. 14. & 15.

e Dialogo 4. de Trinit.

f Matth. cap. 21. verſ.9. & Ioan. cap. 2. verſ.13

g Pſ.92. Dominus verſ.2.

anteq̀uam præclare diffamaretur Chriſtus?quia nomen ipſius fama ipſius dicitur: paruum nomen erat, iammodo nomen magnum factum eſt. Quæ gens eſt, quæ nõ audiuit nomen Chriſti? Sic prorſus accipito vbi nomen impiorum deletum iri; de bono nomine curam habendam, quod in æuum permaneat, àddocemur [a] ab Ecclesiaſtico: nam & perire memoriam impiorum cum ſonitu, quorum nomen à Deo ſit deletum, Dauidico carmine continetur. Sic denique apud Paulum, vbi quodcumque verbo aut opere facimus [b] in nomine Domini Ieſu fieri præcipit; Theodoretus Angelorum adorationem vetari verbis illis, dicta verò & facta cuiuſque recordatione Chriſti Domini vt exornentur, admoneri nos exiſtimat. Idem Theodoretus iſtud Ezechielis [c] exponens (Et nomen ciuitatis ex illa die) non quod, alterum (inquit) poſt ædificationem nomen inuenerit: Hieruſalem enim, etiam poſt Zorobabel vocata fuit, ſed inſignem eam denuò futuram per hæc indicauit: conſueuit ſiquidem diuina Scriptura nomen ipſam gloriam nominare: ſicut denique idem Propheta ad Hieruſalem ex perſona Dei dicit, Et fuit tibi nomen; hactenus ille. Ex quorum numero nullius auctoritate aduocata Steuchus Eugubinus V. C. atque doctiſſimus, forſitan quod haberet pro explorato, aut non ita valdè notatu dignum crederet; ad illud Pſaltis extremũ in Pſal. 7. [d] Confitebor Domino ſecundum iuſtitiã eius: & pſallam nomini Domini altiſſimi. Eſt nomẽ Hebraicè (inquit) velut ſi Latinè dicas memoriam; lauda

a *Eccl. c. 41. ver. 13. 14. 15.*

b *Coloſſ. cap. 3. verſ. 17.*

c *Extremo capit. vlt.*

d *Pſa. Domine Deus. verſ.*

laudabo celebrabo nomen Dei nempe famam, memoriam.Rectè veréque : Nam τὸ nomen ea ipſa ſignificatione aliis quoque vetuſtorũ gentilium libris elegantioribus ac minus etiam politis nón ſemel poſitum;vt apud Virgilium [a] *a Ecloga 5.*

Semper honos noménque tuum laudéſque manebunt

Et(ne quid addã prætereà apud Iuſtinianum [b]; *b Initio leg. I. Cod. de off. præf. præt. Af.* vbi, Quod nunc omnipotens Deus (ait) pro ſua laude & pro ſuo nomine demonſtrare dignatus eſt.Et ſanè inficias iturus eſt nemo,ita explicanti locũ Eſaiæ,quo de agimus ; ſi quod antè ſcriptum fuerat expendatur,illud ſcilicet:Qui eduxit ad dexteram Moſen brachio maieſtatis ſuæ, qui ſcidit aquas ante eos ; vt faceret ſibi nomen ſempiternum:& ſtatim , Sic adduxiſti populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ : & quod ex Malachiæ prophetia [c] ſuperius ſermone primo *c Cap.I.* attulimus ; Dominum dixiſſe , ab ortu Solis vſque ad occaſum magnum eſſe nomen ſuum in gentibus. Denique quod apud ipſum diuum Paulum [d] , in nomine Chriſti facere omnia iubemur, & ad gloriam Dei facere ; pro eodem *d Epiſt. ad Coloſ. c.3. & 1.Cor. ca.10. verſ.3. & 31.* poſitum videtur duobus locis , ἐν ὀνόματι Κυρίου Ἰησοῦ, καὶ εἰς δόξαν Θεοῦ : niſi hoc ſignificat potius, quod poſtea ibidem ſubiicitur τὸ ἐυχαριστεῖν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ δι᾽ αὐτοῦ Χριστοῦ , inuocato Chriſti nomine ad Dei Patris gloriam. Ita forſitan iſtud beati Lucæ [e] accipiendum , cùm circu- *e Cap.19. ver. 17.* latoribus quibuſdam Epheſi à dæmoniaco arreptis & vulneratis , incidiſſe timorem in omnes eius vrbis incolas tam Iudæos quàm Gentiles ; quibus id factum innotuerat , ſcribit;

hoc addito, καὶ ἐμεγαλύνετο τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, & magnificabatur nomen Domini Ieſu; hoc eſt fama de Chriſto, eiúſque virtutibus celebris tota vrbe vagabatur latiſſimè, atque volitabat: ſicut apud Philoſtratum libro tertio, ſcriptum eo ſenſu legimus, τὸ φ' Ὁμήρου, πολλοὶ καὶ τῶν μὴ πάνυ σπουδαίων εἰς ὄνομα ἤχθησαν. Nomen, hoc eſt, nominis memoriam, famámque cum laude conſequuti ſunt. Hanc vocabuli huius eo loco vim eſſe, indicat iſtud quod ibidem à beato Euangeliſta & Hiſtoriographo paulò poſt ſubiicitur[a], Οὕτω κατὰ κράτος ὁ λόγος τοῦ Κυρίου ηὔξανε καὶ ἴσχυεν, Ita fortiter creſcebat verbum Dei, & confortabatur; vbi malim vertiſſe interpretem Sermocinatio vel ſermo, atque adeò per eum fama de Domino: proinde atque ſi ſcriptum eſſet, ὁ λόγος περὶ τοῦ Κυρίου. Sicut alicubi apud Matthæum, διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ Ἰουδαίοις, eſſe ſcriptum memini[b]: quamquam nihil huius affirmandi ius fáſque nobis eſſe arbitramur mediocritatis noſtræ conſcij.

[a] Eodem cap. verſ. 20.

[b] Euang. cap. vlt.

PORRO ad illum Eſaiæ locum, alia quam allaturus modò ſum, quò ſimplicior & minus protrita interpretatio eſt; hoc mihi vehementius placet: vt, quoniam alterum quoque poſterius Eſaiæ verbum aliter explicari poſſe capite ſuperiori oſtendimus; à ſæculo eſſe nomen Dei dicatur à Propheta; ideò potius, quia Deus (cuius id nomen eſt, quod eum deſignat) ipſe ſit ab æterno: qua ratione nomen pro ipſa re, ſiue ſubſtantia & perſona poſitum intelligetur: ſicuti Dauidicorum Pſalmorum allatis aliquot teſti-

moniis,à me comprobatum primo huius tractatus capite recordor:Sed quibus aliam è ſuperioribus quampiam explicationem nõ minus commodè adhiberi poſſe intelligo.Quamobrem iuuat alia nunc iam & certiora multò & clariora (quæ ibi conſultò prætermiſimus) Scripturæ teſtimonia hicce depromere.Inprimis iſtud beati Lucæ [a] de diſcipulis concionantem Hieroſolymis diuum Petrum audientibus, Ἀναστὰς Πέτρος ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν, εἶπεν, ἦν τε ὄχλος ὀνομάτων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὡς ἑκατὸν εἴκοσιν: Turba (inquit) nominum, i. hominum, vt alibi legitur. Præterea hoc (in quo τὴν χρῆσιν τοῦ ὀνόματος ὡς ἀνελλιώϊστον καὶ τῆς ἀδοκίμου χρήσεως καὶ κιβδήλης, Arethas Ceſareæ Epiſcopus, nimium quantum improbat) ex beati Ioannis Apoſtoli reuelatione [b], vbi nomina manifeſtè pro perſonis ipſis poſuit: Ioannis inquã Theologi (quod nomen ipſum Agathias [c] accepiſſe autor eſt, quoniam de Deo ſcribendo melius, altiúſque quàm vel natura hominis ferat, narrauerit,) ἀλλ' ὀλίγα ἔχεις ὀνόματα ἐν Σάρδεσιν, ἃ οὐκ ἐμόλυναν τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ περιπατήσουσι μετ' ἐμοῦ ἐν λευκοῖς ὅτι ἄξιοί εἰσι. Non enim nomina profectò, ſed perſonæ, quibus impoſita ea ſunt, vel amiciuntur veſtimentis, vel ambulant. Tale illud ex Ieſu Sirach [d] oratione, Et liberaſti me ſecundum multitudinem miſericordiæ nominis tui à rugientibus præparatis ad eſcam: vbi Græcum autographum, καὶ ἐλυτρώσω με κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους τοῦ ὀνόματός σου ἐκ βρυγμῶν ἑτοίμων εἰς βρῶμα. Nec enim vlla nominis; ſed perſonæ, quæ nomen habet, miſericordia poteſt intelligi. Sic & apud

bea

a *Act. Apoſt. cap. 1. verſ. 15.*

b *Apoc. cap. 3. verſ. 4.*

c *Sub initiũ lib. 5. hiſt.*

d *Eccleſ. cap. vlt. ver. 5.*

beatum Hieronymum ad Theodoram [a], ſignum pro re ſignificata, (quod plerumque fieri Auguſtinus in libro de Magiſtro docet,) hoc eſt nomen pro re aut perſona ipſa de qua id enunciatur, eſſe ſcriptum liquidò conſtat: Etenim vbi de neceſſitate mortis, quod fratres diuidat; & chariſſima inter ſe nomina crudelis iactura diſſociet: ſub nominum vocabulo, perſonas exaudire atque intelligere cóuenit. Sicuti & apud Imperatores [b]; quo loco, neminem (aiunt) è numero ſeruorum, coquorum, piſtorum, nec tracta de ergaſtulis nomina, inter optimas lectiſſimorum militum turmas dari voluêre. Quo genere ſeu τρόπῳ λέξεως, verbum pro re illa quæ verbis exprimi poteſt; Angelus Dei Gabriel apud diuum Lucam [c] in allocutione ad beatam Mariam vſus perhibetur: ſic ferè, Ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα, Quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum; hoc eſt, nihil eorum quæ aut cogitatione concipi, aut verbis efferri & oſtendi queunt omnipotenti Deo impoſſibile, aut etiam difficile, maximè quod ipſe facturum ſe dixerit, aut præſtare decreuerit: ſicuti antea Deo ipſi dixiſſe Ieremiam legimus [d]; Ecce tu feciſti cœlum & terram in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extẽto: non erit tibi difficile omne verbum. Et generaliter [e] ſic ſolet loqui Scriptura (teſte beato Aug. [f]) vt res ſignificantes tanquam illas quæ ſignificantur appellet. Quamobrem labor, vt alio quoque noui Teſtamenti loco Nominis vocabulum, pro re perſonâve nomen habente accipiendum adhuc

a *De morte Lucinij, epiſt. 71. tract. 13.*

b *l. 8. Codic. Theodoſ. de Tyronibus. lib. 7.*

c *Cap. 1. verſ. 37.*

d *Cap. 32.*

e *Vt in Cant. B. Mariæ virginis apud Lucam Euang. ca. 1. verſ. 49. & apud Dauidẽ Pſa. 110. Confitebor. verſ. pen.*

f *Tract. 63. in Euang.*

adhuc exiſtimem, vbi beatus Paulus [a] de exalta- *a Ad Epheſ.*
tione ac ſeſſione Chriſti Domini ad dexteram *cap. 1. verſ. 21.*
Patris, hæc adiicit: Ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξου-
σίας, καὶ δυνάμεως, καὶ κυριότητος, καὶ παντὸς ὀνόματος
ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ
μέλλοντι, Supra omnem principatum, & pote-
ſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne
nomen quod nominatur non ſolùm in hoc ſæ-
culo, ſed etiã in futuro. Et ſimiliter quod Pau-
lus [b] idem alibi, de Chriſto ſcribit, quod ὁ Θεὸς *b Ad Philip.*
αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ *cap. 2. verſ.*
πᾶν ὄνομα; Quòd Deus exaltauit eum, & dona-
uit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.
Priore loco ſcriptum Nominis vocabulum ad
gloriam, auctoritatem, dignitatem, præſtan-
tiam, & poteſtatem, referẽdum antea diximus;
quod aliò etiam cõmodè referri poſſe, inferiùs
docebitur. Sed quod ait ſuper omne nomen,
creaturas quaſlibet nomen habentes intellexiſ-
ſe ipſum arbitror: quod alij nõ ita interpretan-
tur; verùm pro me facit, quod veluti ſeipſum
explicans beatus Paulus, illico ſubiicit; Vt in
nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, &
terreſtrium, & infernorum; id eſt, maieſtatem
ipſius, & auctoritatem creaturæ omnes agno-
ſcant, ac reuereantur, & (vt antè loquutus eſt)
omnia nomina. Nec verò poſſit iſtud beati Lu-
cæ [c] aliter exponi; vbi diuus Petrus in concione *c Act. Apoſt.*
ad Hieroſolymitanos de claudo à ſe ad templi *cap. 3. verſ. 16.*
portam ſanato: καὶ ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ
τοῦτον ὃν θεωρεῖτε καὶ οἴδατε, ἐστερέωσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ,
Vbi vulgata ad verbũ, Et in fide nominis eius.

hunc

hunc quem vos videtis confirmauit nomẽ eius: nomen autem eius, hoc eſt, non inuocatum nomen, ſiue nominis inuocatio, ἡ μόνη τοῦ ὀνόματος ἐπίκλησις, (vt ſentire videtur Oecumenius) ſed vel eius virtus ac poteſtas, ſicut aliis locis accipitur; vel ipſe potius: & in fide verò, non (vt quibuſdã videtur) per fidem (ne in tautologiam incidamus, ob id quod ſequitur; Et fides quæ per eum eſt, dedit illi integram ſanitatem) ſed potius ad fidem nominis eius; hoc eſt, vt omnes credant in eius virtutem, auctoritatem, ac maieſtatẽ, atque adeò in ipſum. Nam & cùm beatus Petrus apud Lucã [a] vbi dixit, οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ σωτηρία, in nullo alio ſalutem eſſe, quàm in lapide ab ædificantibus reprobato, factóque in caput anguli, ſubiiciens ſtatim; nullum aliud nomen quàm Ieſu Chriſti eſſe ſub cœlo datum hominibus, in quo nos oporteret ſaluos fieri: perſonam nomine deſignatam intelligebat.

a *Act. Apoſt. cap. 4. ver. 12.*

PLANE vbi ſanctum Dei nomẽ in Scripturis dicitur pro ipſo Deo accipiẽdum eſſe; ita vt nomen Dei admirabile, glorioſum, bonum, iuſtum, ſanctum dicatur, &c. quia Deus ipſe admirabilis eſt, glorioſus, bonus, iuſtus, & ſanctus; & quæ Deo conueniunt, nomini eius tribuantur: ab ipſo quoque Ianſenio doctiſſimo Theologo, & Epiſcopo religioſiſſimo animaduerſum [b] reperi; cùm iſta perpenderem, atque recoquerem: quibus adhibitis ipſius opinionem (quam ſequor & veram puto) illuſtrare ac ſtabilire placet. Beatus [c] Auguſtinus hoc Dauidicũ (Et ſperent in te omnes qui cognoſcunt nomen tuum) expli

b *Cap. 4. Cõment. in Cõc. Euang. vide & c. 41. Ante quem leuiter attigerat Aug. Steuch. Eugub. enar. ad fin. Pſal. 7. vt Hebraicũ loquendi ritũ diceret.*

b *Enar. in Pſ. 9. Confitebor verſ. 12.*

explicans, Nomen ipſum Dei nunc vſquequaque, inquit, vulgatum eſt; ſed cognitio nominis eſt, cùm ille cognoſcitur cuius nomen eſt: non enim nomen propter ſe nomen eſt, ſed propter id quod ſignificat. Sed quid clarius, quàm quod Paulus Apoſtolus ipſe ſe explicans [a], quod initio dixerat, Παραγγέλλομεν δὲ ὑμῖν, ἀδελφοί, ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ; ſubiicit poſtea, τοῖς δὲ τοιούτοις παραγγέλλομεν καὶ παρακαλοῦμεν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Hoc genere itaque inuocari Dominus, & inuocari nomen Domini conſequenter, eodémque orationis contextu ab Eſaia [b]; & item à Dauide [c], atque ab ipſo Paulo [d], rem nimirum eandem ſignificantibus dicitur: & per nomen, vel in nomine Ieſu, vel Domini, ab Apoſtolis edita miracula [e], hoc eſt inuocato Chriſto, aut per Chriſtũ Deo: vt ſit nomen Domini inuocare nihil aliud, quàm numẽ ipſum (Dominum Deum ſcilicet) nomine ſuo in auxilium vocare. Iuſtinus hiſtoricus [f] de Macedonibus Gallorum metu conſternatis; nunc orbitatem amiſſorum filiorum dolebant, nunc excidia vrbium metuebant, nunc Alexandri, Philippíque regum ſuorũ nomina ſicuti numina in auxiliũ vocabant. Beatus Auguſtinus profectò apud Dauidem quodam loco [g] (nomen tuum inuocabimus) expoſuit, id eſt, te diligemus. Ita hymnorum alio loco Pſaltes regius, vbi cecinit [h], Laudate pueri Dominum; ſubiicit per quandam epexegeſin illicò, laudate nomen Domini: Et rurſus alibi [i], Laudate (inquit) nomen Domini, laudate ſerui Dominum: Et ſtatim,

a 2. *ad Theſſ. cap.* 3. *ver.* 6. & 12.
b *Cap.* 43.
c *Ad fin. Pſa.* 79. *Qui regis Iſraël.* & *initio Pſalm.* 80. *Exultate Do. ver.* 8. & *Pſa.* 104. *Confitemini.* & Pſal. 137. *Confitebor. verſ.* 4.
d Pau. ad Cor. 1. *cap.* 1. *ver.* 2. & 2. *ad Tim. cap.* 2 *verſ.* 22.
e *Act. Apoſt. cap.* 4. *ver.* 30.
f *Lib.* 24.
g *Pſa.* 79. *Qui regis. verſ pen.*
h Pſal. 112. *Laudate pueri*
i Pſal. 134. *in princ.* & *verſ.* 3.

tim, Laudate Dominum quia bonus Dominus, pſallite nomini eius, quoniam ſuaue eſt: Itémque [a] Memor fui nocte nominis tui Domine, & cuſtodiui legem tuam: Et alibi ſæpè [b]. Cui contrarium, quod legitur apud Malachiam [c], Deſpicere nomen Domini; aut quod apud Dauidem [d], Obliuiſci nomen Dei noſtri; quod apud Ezechielem [e], Violari nomen Dei ſanctum, & pollui. Præterea vbi dixit Pſaltes [f], Non nobis Domine (Iehoua ſcilicet, vt ſuperiùs quoque) non nobis; appingit ſtatim, ſed nomini tuo da gloriam: hoc eſt, ipſi tibi. Denique ſicuti ſperare in Domino, in Chriſto, & in nomine Domini, promiſcuè pro eodem in ſacris libris legere eſt [g]; ita etiam timere nomen Domini, & Dominum timere [h]. Vnde quod cecinerat alicubi Dauid [i], Et timebunt gentes nomen tuum Domine, & omnes reges terræ gloriã tuam: Quod Malachias Propheta [k] protulerat, Quia rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile gẽtibus: id apud beatum Ioannem Apoſtolum [l] ita relatum legimus, Μεγάλα καὶ θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, δίκαιαι καὶ ἀληθιναὶ αἱ ὁδοὶ σου, ὁ βασιλεὺς τῶν ἐθνῶν, τὶς οὐ μὴ φοβηθῆ σε Κύριε, καὶ δοξάσῃ τὸ ὄνομα σου ὅτι μόνος ἅγιος εἶ. Sic apud beatum Paulum [m], quos initio dixerat, Ἡγιασμένους ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ κλητοὺς ἁγίους; Et ſtatim, χάριν τοῦ Θεοῦ αὐτοῖς δοθῆναι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ; Idem ipſe poſtea ſcribit [n], Ἀπολούσασθαι, ἁγιασθῆναι, καὶ δικαιωθῆναι ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, καὶ ἐν τῷ πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Sic denique quod apud beatum Matthæum [o] Chriſtus Dominus

[a] *Pſalm.* 118. *verſ.* 55.
[b] *Pſal.* 144. *in princ. &* *verſic.* 2.
[c] *Cap.* 1.
[d] *Pſalm.* 44. *Deus auribus verſ.* 23.
[e] *C.* 20. *&* 36
[f] *Pſal.* 113. *In exitu. verſi.* 9. *vbi Genebr.*
[g] *Pſ.* 32. *Exultate. ver. pen. & Pſalm.* 39. *Expectãs. ver.* 6. *&* 7. *Matt. Euang. ca.* 12. *ver.* 21. *Paul. ad Epheſ. c.* 1. *ver.* 12. *&* 13.
[h] *Mal. cap.* 4. *& Pſal.* 111. *Beatus vir. in prin. & Pſal.* 127. *Beati omnes. in prin.*
[i] *Pſalm.* 101. *Domine exaudi. ver.* 17.
[k] *Cap.* 1. *ad fi.*
[l] *Apo. cap.* 15. *verſi.* 3. *&* 4.
[m] 1. *ad Cor. cap.* 1. *verſi.* 2.
[n] *Ca.* 6. *ver.* 11
[o] *Ca.* 5. *ver.* 11

minus ad concionem in monte ita enunciarat, Μακάριοί ἐστε ὅτ' ἂν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι, ἕνεκεν ἐμοῦ: iſtud ἕνεκεν ἐμοῦ, mea cauſa, vel propter me, profertur à beato Petro [a] propter nomen Chriſti: quo loco, εἰ ὀνειδίζεσθε ἐν ὀνόματι Χριστοῦ μακάριοι. Talia Dauidica [b] hæc, Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuũ: Itémque [c]; Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ propter nomen ſuum; Vbi Auguſtinus, non propter meritum meum, Theodoretus quoque, non ob noſtram virtutem [d]: & , Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo; vbi beatus Hieronymus non propter mea merita, ſed propter tuam miſericordiam: quod in eodem Pſalmo ſuperiora indicant. Item iſta; In te [e] inimicos noſtros ventilabimus cornu, & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis; Et poſtea, In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in ſæculum. Item [f], Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum; Et paulò antè, Venient, & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum: Itémque alio loco [g], Cantate Domino (Iehouæ) benedicite nomini eius: Et alibi [h], Confitebor tibi Domine in toto corde meo; Et ſtatim, Adorabo ad templum ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Apud Eſaiam [i] ſimiliter, Et dicetis in die illa (inquit) Confitemini Domino, & inuocate nomen eius, notas facite in populis adinuentiones eius; mementote quoniam eſt excelſum

a 1. *Pet. cap. 4 verſ. 14.*

b *Pſal. 5. Verba. verſ. pen.*

c *Pſ. 22. Dominus. ver. 4. vbi Genebr.*

d *Pſal. 24. Ad te Domine. verſ. 13. vbi Theodoretus videatur.*

e *Pſalm. 43. Deus auribus verſ. 8. & 11.*

f *Pſal. 85. Inclina. ver. 11. & 12.*

g *Pſalm. 95. Cantate.*

h *Pſalm. 137. verſ. 1. & 2.*

i *Cap. 12.*

g

nomen eius. Denique (vt ex Euangelio ſacro-
ſancto exemplum quoq; aliquod depromatur)
a Cap. 10. ver. 32. tale iſtud, quod apud beatum Matthęum [a] Chri-
ſtus dicebat: Ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ
πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς: Quod in beati Ioannis
b Cap. 3. ver. 5. Apocalypſi [b] exprimitur ſic ferè, Καὶ ὁμολογήσω
τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνώπιον τοῦ πατρός μου. Itaque confiteri
aliquem, aut alicuius nomen; pro eodem in
c Pſalm. 138. Domine probaſti me. verſ. 14. & Pſ. 139. Eripe me. ver. 15. & vlt. myſticis & ſacroſanctis libris [c] poſitum legi-
mus. Ita propter nomen ſuum, hoc eſt, ſui ip-
ſius, aut gloriæ ſuæ, & non meritorum noſtro-
rum contemplatione nobis ſe benefacere, di-
cit apud Ezechielem [d] Dominus quodam loco,
d Cap. 20. ad finem. ſic ferè: Et ſcietis, quia ego Dominus, cùm be-
nefecero vobis propter nomen meum; & non
ſecundum vias veſtras malas, neque ſecundum
ſcelera veſtra peſſima, domus Iſraël. Hoc apud
e Cap. 43. ad finem. Eſaiam [e] dixit, Propter me, Dominus: quo lo-
co, Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates
tuas propter me; & peccatorum tuorum non
f Cap. 48. recordabor. Vtrumque coniunxit alibi [f]; Pro-
pter nomen meũ longè faciam furorem meum,
& laude mea infrænabo te, ne intereas: Et ſta-
tim, Propter me, propter me faciam, vt non
blaſphemer, & gloriam meam alteri non dabo.
g Pſal. 108. Deus laudem verſ. 21. Rurſum apud Dauidem [g], Et tu Domine, Do-
mine fac mecum propter nomen tuum: Vbi
beatus Auguſtinus, Gratiam commendauit (in-
quit) nullis enim operum meritis præcedenti-
bus in tantam celſitudinem ſubiecta eſt huma-
na natura, vt totum ſimul Verbum & Caro,
hoc eſt, Deus & Homo vnigenitus filius Dei
dice

diceretur. Similiter & alibi [a] apud Ezechielem Prophetam, ita ſcriptum; Non propter vos ego faciam, domus Iſraël, ſed propter nomen ſanctum meum quod polluiſtis in gentibus ad quas intraſtis; & ſanctificabo nomen meum magnum, &c. vt ſciant gentes quia ego Dominus, &c. cùm ſanctificatus fuero in vobis coram eis: Vbi animaduertendum ſanctificari Deum, & nomen Dei; pro eodem poni: ſicut poſt [b] Eſaiam & Ezechielem [c] diuus Petrus [d]; Vt in cordibus noſtris Dominum Deum ſanctificaremus, præcepit. Hoc autem eſt, quod in precibus ad Deum quotidianis poſcere nos docuit Dominus [e], vt ipſius nomen ſanctificetur; hoc eſt, vt per nos priùs à Deo ex mera eius gratia ſanctificatos [f], ſanctum auguſtúmque ipſum, & magnifaciendum, omníque adorationis genere percolendum eſſe, implorato per inuocationem nominis eius auxilio, demonſtretur. Nec aliò pertinet iſtud Eccleſiaſtici [g]; Benedicite Dominum in operibus ſuis, date nomini eius magnificentiam; & confitemini illi in voce labiorum veſtrorum, & in canticis labiorum, &c. Itémque illud Eſaiæ [h], Cantate Domino quoniam magnificè fecit; annunciate hoc in vniuerſa terra. Quibus hoc addi cupio denique, Pſaltis diuini [i] teſtimonium; tum ad illa explicanda quæ modò attuli, tum vt iſto exemplo ſuperiora cumulentur, quibus Deo ipſi, Dei nomen adiungi ſolet: Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipſum. Sanè μεγαλύνειν τὸν Κύριον, & μεγαλύνειν τὸ ὄνομα τοῦ

a Cap. 36.
b Cap. 8.
c Cap. 20.
d 1. Pet. cap. 3. verſ. 15.
e Mat. Euãg. cap. 6. verſ. 9. Luc. cap. 11. verſ. 2.
f Paul. 1. ad Cor. cap. 1. ver. 2. vt ſcripſi ſuprà.
g Cap. 39.
h Cap. 12.
i Pſalm. 33. verſ. 4.

Κυρίου Ἰησοῦ, beatus Lucas duobus admodum locis [a], rem eandem fortaſſè ſignificans, dixit; (quamquam aliter exponi poſterius iſtud poſſe, iam antè oſtendimus.) Quemadmodum illud apud eundem Lucam de Paulo [b] ad Ananiam verbum Domini: Ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς μοι ἐστὶν οὗτος τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν, καὶ βασιλέων, υἱῶν τε Ἰσραήλ. ἐγὼ γὰρ ὑποδείξω αὐτῷ ὅσα δεῖ αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός μου παθεῖν.

a *Euang. c.1. verſ. 46. & Act. Apoſtol. c.19. verſ.17.*

b *Act. Apoſt. c. 9. verſ. 14. & 20.*

CÆTERVM ſuperiorum tot teſtimoniorum ſimilitudine adductus, quod ſecundum illam Eſaiæ [c] prophetiam, (Sciet populus meus nomen meũ in die illa, quia ego ipſe qui loquor ecce adſum,) A Chriſto Domino Deum patrem alloquente, ſic in beati Ioannis [d] Euangelio profertur, eius ſe nomen hominibus notum feciſſe facturumque poſtea manifeſtum: ita equidem cum bona Theologorum peritiorum pace velim exponere, non vt recens aliquod nomen Dei, aut vetuſtate obrutam Iehouæ (ſi fortè) ſiue Schadai, aliámve (hoc genus) aliquam appellationem myſticam Chriſtus in medium protulerit; ſed potius, vt Deum ipſum eiuſque veritatem, maieſtatem, gloriam, atque poteſtatem, tam prædicatione paternæ eiuſdémque diuinæ voluntatis, quàm per miracula etiam & ſigna plurima (quæ quotidie in Dei nomine ac virtute ipſe faciebat, vt filius Dei) omnino manifeſtauerit: συνεπιμαρτυροῦντος τοῦ Θεοῦ σημείοις τε καὶ τέρασι, (ſicuti beatus Paulus [e] loquitur,) καὶ ποικίλαις δυνάμεσι, καὶ πνεύματος ἁγίου μερισμοῖς κατὰ τὴν αὐτοῦ θέλησιν. Nam Dei paternitatem (vt ita loquar.)

c *Cap. 52, Vide & cap. 12.*

d *Cap. 17. in princ. & in fi.*

e *Epiſt. ad Hebræos cap. 2. verſ. 3. & 4.*

Trinitatémque perſonarum ipſam in eſſentiæ diuinæ vnitate ante Chriſti Domini aduentum, non ſatis adhuc aut gentilibus, aut ex Hebræo populo Patriarcharum vel etiam Rabbinorum eruditiorum vlli exploratam atque perſpectam, ſed ne traditam quidem à Moſe ac Prophetis; niſi ſubobſcurè, *ὡς δι᾽ αἰνιγμάτων* parcè, leuíque ac ſuſpenſa manu: ne qui plurimorum deorum cultum in Ægypto addidicerant, adhuc infirmi manifeſtè traditis ſibi Trinitatis, hoc eſt exactæ, (ſicuti Theodoretus loquitur) Theologiæ myſteriis propoſitam ſibi eſſe deorum multitudinem exiſtimantes, ad impietatem Ægyptiacam reuertendi occaſionem ſumerent; (quemadmodum Theodoretus [a] in libro de Principiis, & Iſidorus Peluſiota [b] in Epiſtolis memorant) claram ipſe Dominus, & perſpicuam per Euangelium ſacroſanctum, id eſt, diuinæ non modò iuſtitiæ, ſed & miſericordiæ, peccatorúmque remiſſionis, atque adeò ſalutis æternæ, optatiſſimum nuncium reddidit: conuertens vtique homines à ſtultitia ad ſapientiam, ab iniquitate ad iuſtitiæ opera, à figmentorum & idolorum cultu denique ad Deum traducens; plenámque ita Deo exhibens fidem, (quemadmodum à Lactantio Firmiano [c] literis mandatum memini,) ſed & reipſa, ſignis nimirum illis tot tantiſque, toto etiam vitæ innocenter & patienter actæ, ignominioſi ſupplicij, glorioſæ reſurrectionis, & admirabilis in cœlum aſcenſionis progreſſu, ac diſpéſatione [d], (quam Græci œconomiam appellant) ſe verum Dei verbum, &

a *Libr. 2. De curat. Græc. affe. fol. 404. & in q. 2. in Deut. fol. 60. & Iſid. Peluſ. epiſt. 143. ex quo vide quæ ſcripſi infr. c. 10.*

b *Epi. 143. ad Paul. ſic ferè:* ὅτι Ἰουδαίοις τοῖς εἰς πολυθείαν ῥέπουσι νομοθετῶν οὐκ ἐδοκίμασε διαφορὰν προσώπων εἰσαγαγεῖν, ἵνα καὶ μὴ διάφορον φύσιν ἐν ταῖς ὑποστάσεσιν εἶναι δογματίσαντες εἰς εἰδωλολατρείαν ἐκκυλυσθῶσιν.

c *Lib. 4. Inſt. diu. c. 14. Vide & Ire. lib. 4. aduerſ. hæreſ.*

d *Vide Act. Apoſt. cap. 13. ver. 23. 29. & ſequ. vſque ad 34.*

Patris ſummi vnigenitum Filium coæternum & æqualem, verúmque ſua ſponte propter nos hominem factum, nobis ſimilem, (niſi quòd peccato minimè obnoxium) planè oſtenderit: atque ita explicatis & illuſtratis Dei ſummi mandatis, ipſóque glorificato, totum legationis ſuę munus diligenter expleuerit. Hæc nimirum fuit nominis Dei manifeſtatio; ad quàm iſta Chriſti Domini ex Euangelio [a] ſacroſancto verba pertinent, Τιμῶ τὸν πατέρα μου. Item, Οἶδα αὐτὸν καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ τηρῶ, Præterea, Νῦν ἐδοξάσθη ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ. Et in illa denique oratione ad Patrem [b] eximia, Ἐγώ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς, τὸ ἔργον ἐτελείωσα ὃ δέδωκάς μοι ἵνα ποιήσω. Et ſtatim, Ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα. Vnde tranſlatum iſtud in beati Clementis orationem, quæ conſecrationem liturgicam antecedit, Κ. εἰ παντοκράτωρ, &c. Ἄναρχε μόναρχε, ὁ διὰ Χριστοῦ κήρυγμα, γνώσεως δοὺς ἡμῖν εἰς ἐπίγνωσιν τῆς σῆς δόξης, καὶ τοῦ ὀνόματός σου οὗ ἐφανέρωσεν ἡμῖν τὴν κατάληψιν: ſic exponendum cum Tertulliano [c], vt per Chriſtum nobis in notitiam venire Deus voluerit, & in nos indulgentiæ ſuæ ſinus largos profuderit, egenis & abiectis locupletem ſpiritum conferendo; & quia vltrò largus & bonus eſt, ne totus hic orbis auerſus gratiæ eius fluminibus areſceret, Apoſtolos inſtitutores generis noſtri in totum orbem mitti per Filium ſuum voluerit: vt conditio generis humani agnoſceret inſtitutorem: & ſi ſequi maluiſſet, háberet quem pro Deo in ſuis iam poſtulationibus patrem diceret. Apertius autem declarandum, vt non modò

a Ioan. cap. 8. ver. 49. & 55. cap. 13. ver. 31.

b Cap. 17. verſ. 4. & 6.

c In de Trin.

modò per Ieſu Chriſti aduentum & ſuſcitationem repromiſſio Iudæis à Deo facta prorſus impleta fuerit; ſecundum illud Dauidis, Filius meus es tu,ego hodie genui te:(quod in Antiochena illa concione beatus Paulus [a] diuinè admodum prædicauit,)atque ita quem Deum nemo vnquam vidit,vnigenitus Filius qui eſt in ſinu Patris nobis ipſe enarrauerit, ſicuti beati Ioannis Euangelio [b] continetur:verùm etiam ex beati Hilarij [c] ſententia, vt operibus filij clarificatus ſit Pater,dum Deus eſſe intelligitur, dum Dei vnigeniti pater manifeſtatur, dum ad ſalutem noſtram,Filium ſuum etiam ex Virgine natum,eſſe hominē voluit. Quibus verbis ea confirmantibus quæ de manifeſtatione Dei nominis paulò antè dicta ſunt;adiicit ſtatim ſanctiſſimus Epiſcopus:Memento non tibi Patrem manifeſtatum eſſe quod Deus eſt,ſed Deum manifeſtatum eſſe quod Pater eſt. Sed & idem ipſe alio loco [d], Dei nomen à Chriſto Domino expoſitum putat;quo ſecundū legem Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob; at ſecundum Euangelia, vnigeniti Dei Pater eſſe dicitur.Rectè verò chriſtianiſſimus doctor,& præ aliis orthodoxus, rectè(inquā)& appoſitè ad eius præſertim Eſaiæ loci explicationem, in quo tamdiu deſudauimus:Nā vbi dixerat Propheta, Tu pater noſter, & Abraham neſciuit nos, & Iſraël ignorauit nos; tamquam hoc ſentiret, Nobis quidem pater eſt Abraham,nos ex eius ſemine, nos ipſius progenies & filij ſumus, at ab ipſo nullū hodie nobis auxiliū; Tu verus & ſummus

a *Act. Apoſt. c.13. verſ. 32. 33. Vide & Pauli epiſt.ad Hebræos c.1. verſ. 4. & 5.*
b *Cap.1.verſ. 18.*
c *Libr. 3. de Trin. Vide & libr.8. ex quo etiam ſcripſi ſup.c.3.*
d *Enarrat.in Pſalm.137.ad illud, Confitebor nomini tuo.*

pater,& Abrahami & ſeminis eius per Iacobum ſiue Iſraëlem, & cæteros Patriarchas, noſter (inquam) qui de nobis ſatagis, noſtri curam habes, perpetuò nobis ades & ſubuenis: ſicut etiã cap. 41. dixerat poſt diuinum Pſaltem [a] alio loco. Et præclarè ſubiicitur, Tu Iehoua pater noſter & redemptor noſter, (ſicuti & cap. 41. & 43.) pater per Abrahamum omnium credẽtium patrem [b], & redemptor per Chriſtum ſcilicet paſſum pro nobis, verum illum agnum immaculatum qui peccatum non fecit, & tamen ab initio mundi occiſus eſt Filius tuus vnigenitus; per quem ideò vt Mediatorem [c], & in ipſo qui Deus & homo eſt, tu à ſæculo (vt pater per Abrahamum noſter es, nos filij tui:) ſic redemptor tu noſter, tanquam cauſa ſcilicet eorum omnium quorum cauſa eſt Filius in quo tu, & qui in te eſt; vnde tuæ nos hæreditatis ac regni cœleſtis ex adoptione gratuita participes ab æterno: propterea quòd eidem Filio tuo propter nos, (hoc eſt, ad implendam noſtram redemptionem) non pepercisti; ſed eum ipſe tu delendi chirographi noſtri gratia tradidiſti, iuxta id quod diuus Paulus ad Romanos [d] & ad Coloſſenſes [e] quoque memorat. Atque ita non Iehouæ appellatio, ſed Patris & Redemptoris eſt à ſeculo, & à ſæculo nomen tuum; ab ipſo Chriſto poſtea, vel per Chriſtum & eius Apoſtolos, à te (qui vnum cum illo & Spiritu ſancto es:) deinde manifeſtatum hominibus, te Dominum Patrémque ſuum ignorantibus: quibus (ſi in ſuo nomine crederent, hoc eſt, verum

ſe Dei

a *Pſalm. 98. verſ. 8. & 10.*

b *Paul. ad Rom. c. 4. ver. 11. 12. 16. & ſequ.*

c *Vide Clem. Rom. Apoſt. Conſtit. c. 36. lib. 7. & Frã. Turriani adnotationes ad eum locum.*

d *Cap. 8. ver. 32.*

e *Cap. 2. ver. 13. & 14. ex quo vide B. Amb. lib. 3. de fide. cap. 2.*

ſe Dei filium vnigenitum,& humani generis redemptorem verbo & factis confiterentur [a], ſuíſque ac tuis mandatis obtemperarent,) poteſtatem dedit filios Dei fieri; ſicuti diuino illo beati Ioannis Euangelio comprehenſum [b], & ex Tertulliano ipſo ſuperiùs declaratum fuit. Sibi ergo Chriſtus illud filij Dei, ſed & Ieſu ſiue Seruatoris nomen aſſeruit, de quo beatus Paulus alicubi [c], Τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων ὅσῳ διαφορώτερον παρ᾽ αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα. Item, Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων.

HACTENVS de manifeſtatione ſiue prædicatione aut illuſtratione Dei nominis; quo in nomine qui venit, benedictus nuncupatur aliquot ſacræ Scripturæ locis [d]: Ille nimirum qui Dei iuſſu & præcepto, qui cum Domini mandatis (aliter atque Cyrillum ſentire antea diximus) ab ipſo legatus & miſſus, vt perſonam gerat [e] eius, agátque res, aduenit. Quod de ſe palàm pronuntiaſſe Chriſtum Dominum, ex beati Ioannis Euangelio [f] intelligimus: vbi. Ὅτι ἐγὼ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον καὶ ἥκω. οὐδὲ γὰρ ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ ἐλήλυθα, ἀλλ᾽ ἐκεῖνός με ἀπέστειλεν: Qui antea dixerat [g] ipſe de ſe, Ἐγὼ ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου, καὶ οὐ λαμβάνετέ με. ἐὰν ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, ἐκεῖνον λήψεσθε. Sic & iſtud beati Marci [h] accipio, Chriſtum ita loquentem perhibentis; Quiſquis vnum ex huiuſmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit: vbi non ignoro eſſe qui explicent, mea cauſa,

a *Cap.3. epiſt. Pau. ad Rom. ver. 22. 25. 28 & ca. 4. verſ. 3. 4. & 24. ſed adde caput 6. verſ. 11. 12. & ſequen.*

b *Cap. 1. ad quod vide B. Aug. lib. 5. de Trin. c. vlt.*

c *Cap. 1. epiſt. ad Hebr. ſub initiũ. & verſ. 4. & 5. & epi. ad Philip. ca. 2. verſ. 9. & 10.*

d *Pſalm. 117. Confitemini. ver. 24. Mat. Euang. c. 21. ver. 9. & Ioã. c. 12. verſ. 13.*

e *Paul. 2. Co. ca. 5. verſ. 18. & 20.*

f *Cap. 8. verſ. 42. ca. 9. verſ. 4. ca. 12. verſ. 44. 45. & 49 & cap. 5. verſ. 30. 36. 37.*

g *Cap. 5. Io. verſ. 43.*

h *Cap. verſ. 37.*

ſiue propter me ; Sed pro mea facit interpretatione,quod ſequitur;Et quicunque me ſuſceperit,non me ſuſcipit,ſed eum qui miſit me. Itémque quod antea [a] dixerat, Ὁ μὴ τιμῶν τὸν ὑὸν, οὐ τιμᾷ τὸν πατέρα τὸν πέμψαντα αὐτόν. Simile eſt quod libro tertio Regum traditur [b],Reginam Saba audita fama Salomonis in nomine Domini veniſſe(hoc eſt impulſu diuini & ſancti Spiritus,vt equidem interpretor) vt tentaret eum in ænigmatibus.In Chriſti autem nomine cùm remiſſionem peccatorum prædicari, cùm petere aliquid à Deo (quod ſacræ literæ præcipiunt [c]) dicimur,per Chriſtũ & ipſius merita, (per quæ in dilecto Filio bene complacitum eſt Patri,)vel ritè,id eſt,cum vera fide,inuocato Mediatoris & datoris etiam Chriſti auxilio ac beneficio poſtulare intelligimur : ſicuti Iuſtinianus Imperator videtur accepiſſe,cùm ſe ſcribit [d],In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, ad omnia conſilia, omnéſq; actus ſemper progredi:per ipſum enim (ait)iura imperij ſuſcepimus, per ipſum pacem cum Perſis in æternum confirmauimus, per ipſum quoque vt noſtro moderamine (Africa) rectè gubernetur, & firmè cuſtodiatur, confidimus. Niſi fortè potius exponendum iſtud Iuſtiniani, quo ait ſe ſemper ad omnia progredi in nomine Domini, vt velut ex eius auctoritate ac mandato,aut ſaltem tacita voluntate, itémque cum ſpe certa de ipſius Dei præſenti auxilio conſilia ineat; rémque ipſam aggrediatur : ſicut ipſe alio loco [e] Imperator, Deo auctore (inquit) noſtrum gubernante imperium, &c.

&

a *Cap.5. Euã. ſecund. Ioan. verſ.23.*

b *Cap.10.*

c *Euangel. B. Ioan. cap.14. verſ.13. ca.15. verſ.16. & c. 16. verſ. 23. 24. & 26. Luc. cap. vlt. verſ.47.*

d *l.2. in prin. de offi. præf. præt. Afr. Cod.*

e *l.1. de vete. iur. enucl. quæ eſt prima cõſtitutio Pandectis præpoſita de conceptio. digeſtorum ſub initio.*

& bella fœliciter peragimus, & pacem decoramus, & ſtatum Reipubl. ſuſtentamus; & ita noſtros animos ad Dei omnipotentis erigimus adiutorium, vt neque armis confidamus, &c. ſed omnem ſpem ad ſolam referamus ſummæ prouidentiam Trinitatis. Sic loqui aliquid vel docere in nomine alicuius, hoc eſt, velut ex eius auctoritate, præcepto, atque mãdato: vnde principes Sacerdotum, & ſeniores populi Hieroſolymitani, cùm inter ſe conferrent de miraculo illo ſanati claudi à DD. Petro & Ioãne; hoc iniiſſe conſilium perhibentur à beato Luca[a]: ἀπειλῇ ἀπειλησόμεθα αὐτοῖς μηκέτι λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ μηδενὶ ἀνθρώπων. Rurſum dare cuipiam aliquid in nomine Domini; hoc eſt, propter honorem Domino habitum, & vt eius mandatis obtemperetur: vel ideò quòd is cui datur, Chriſti ſit ſeruus, propheta, diſcipulus; ſicuti apud beatum Marcum[b] explicatur, Ὃς γὰρ ἂν ποτίσῃ ὑμᾶς (ait apud Euangeliſtam Dominus,) ποτήριον ὕδατος ἐν τῷ ὀνόματί μου, ὅτι Χριστοῦ ἐστέ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ. Quo ſenſu etiam in Euangelio beati Matthæi[c] dicitur è contrario dari diſcipulo in diſcipuli nomine; itémque Prophetam nomine Prophetæ ſuſcipi, diſcipulum nomine diſcipuli: habita ſcilicet ratione eius, cuius eſt diſcipulus aut Propheta, & à quo miſſus eſt; tanquam non is qui venit, ſed is qui miſit, in eius qui miſſus eſt perſona, receptus eſſe ipſe videatur.

a *Act. Apoſt. cap. 4. verſ. 17. & 18.*

b *Cap. 9. ver. 41.*

c *Cap. 10. verſ. 40. 41. 42.*

Ex hac tota diſputatione relinquitur iſtud: variæ cùm ſint Nominis Dei Dominíve ſignificatio

ficationes, quas ſententiæ verborúmq; quibus id applicatur extorquet ratio; quod per Prophetam dictum ſit, nomen Dei eſſe à ſæculo, de appellatione Dei aliqua non debere accipi: ſed de ipſo Deo eiuſque maieſtate, potentia, cæteríſque facultatibus, atque virtutibus; quas in ipſo & cum ipſo naturaliter, &(vt ita loquar)eſſentialiter, immò eundem ipſum eſſe, ad extremum quarti capitis ex veterum Theologoſophorum ſententia docuimus. Nam & quod de Meſſia traditur apud Dauidem [a], Sit nomen eius benedictum in ſæcula; ante Solem permanet nomen eius,) vbi τὸ Benedictum è Græco εὐλογημένον ab Hebræa veritate non agnoſcitur; ſed & pro ſit, erit potius è Græco vertendum, fuerat) diuus ipſe Hieronymus poſtrema iſta, Ante ſolem permanet nomē eius, (vnde veteres Hebræi, vnum è Meſſiæ nominibus Innon, quaſi filiatum dicas, eſſe tradiderunt [b]) ipſe inquam ita, ſicuti nos Eſaiæ illa ſumus interpretati, explicat: cùm ait Nomen, Poteſtas ſcilicet nominis eius, iuxta illud, Ante luciferum genui te. Poteſtas enim nominis Hieronymo, nihil aliud; niſi res ipſa, quæ illo nomine ſignificabatur: nempe filius Dei Chriſtus, qui ante ſæcula genitus à Patre, ipſi coæternus eſt, quemadmodum poſtremo iſtius libri ſermone comprobabitur. Nec aliter profectò debet ille Tertulliani locus, quem primo ſermone indicauimus, accipi: vbi Dei nomen ſemper fuiſſe apud ſemetipſum, & in ſemetipſo pronuntiat. Quamquam enim appellationem Dei antiquiorem eſſe

[a] *Pſalm. 71. Deus iudiciū verſ. 18.*

[b] *Vide P. Galatin. lib. 3. de arc. cath. ver. c. 15. & comment G. Genebr. ad illum Dauidis locū.*

eſſe Domini appellatione, priùſque ſummum illud numen Deum fuiſſe, quàm Dominum, rectè ſentiat, auctor optimus: attamen ipſam Dei appellationẽ ſemper & ab æterno fuiſſe nemo iure, aut verè dixerit; ſed ipſum vtique ſupremum & omnipotẽtem Deum, Quòd verò Moſes in hiſtoria ſua contexẽda myſticum Iehouæ nomen Deo, vbi de Patriarcharum rebus geſtis verba facit, figuratè tribuerit; ei quam tuemur ſentẽtiæ de proprij Iehouæ nominis antea hominibus ignoti allectione à Deo facta, cùm Moſen in Ægyptum ire iuſſit, nullo modo aduerſari; priore huius ſermonis parte manifeſtò comprobatum fuit: de cuius nominis vi & honore, quod ſupereſt videndum; id verò σὺν παλάμᾳ [a]) ſequenti ſermone breuiter expediam.

[a] *Verba Pindari, Olymp. 10.*

CAP. VII.

QVOD ſe Deus, Eum qui eſt, eſſe, Moſen alloquutus, dixerit; vt non modò idola, falſóſque gentium deos, (ſeu potius dæmonas, excluderet, verumetiam creaturas quaſlibet; ſibique tunc demum illud myſticum Iehouæ nomen quod proprium eſſet, nulli verò antea non incognitum aſſumpſerit: hactenus à nobis contra Iuſtinum Martyrem atque Philoſophum accuratè ſatis ac diligenter (nolo enim, nec me forſitan deceat, ſubtiliter dicere) diſceptatum ad conſtabiliendam noſtræ opiniónis veritatem fuit. Quam ad rem qui plurimos authores idoneos

ac locupletes cap. 4. & 5. in teſtimonium adhibui; etſi τὸ διὰ πλειόνων ἐλέγξαι πρόδηλον ψεῦδος (vt Martyris [a] ipſius verbum vſurpem) ναρκῶδες καὶ τῷ γράφοντι, καὶ τῷ ἀναγινώσκοντι; attamē haud ſine magna incuriæ, atque adeò inſcitiæ nota, B.Gregorij Naz. verba prætermitterē:quæ proferam libens; vel eo maximè quod cùm ita vti nos fecimus, illa ſummi Dei, Ego ſum qui ſum, &,Qui eſt miſit me ad vos,ex Dei eſſentia (contra quam diuum Iuſtinum facere oſtendimus) interpretetur; id etiam adiicit, (quod ex beato Auguſtino, & nonnullis aliis retulimus) Deum eſſe omnino rectè dici; fuiſſe aut fore, non itidem vt illud: quamuis & iam olim ab æterno fuerit,& perpetuò in poſterum ὁ ἀτελεύτητος futurus ſit; vnde ſe finem & principium, α & ω, eum qui eſt, fuit, venturus eſt, primum & nouiſſimū, in ſacroſanctis literis non ſemel [b] nuncupat omnipotens Iehoua:cuius nominis loco apud Eſaiam interpretatio Græca non Κύριον, (vt ſolet) ſed Θεὸν, Latina Dominū præfert. Sic igitur ſanctus ille ac doctus inprimis Epiſcopus [c]: Θεὸς ἦν μὲν ἀεὶ, καὶ ἐστὶ, καὶ ἔσαι, μᾶλλον δὲ ἐστὶν ἀεί. Τὸ γὰρ ἦν καὶ ἔσαι τῆς καθ' ἡμᾶς χρόνου τμήματα, καὶ τῆς ῥευστῆς φύσεως. ὁ δὲ ὢν ἀεὶ καὶ τοῦτο αὐτὸς ἑαυτὸν ὀνομάζει, τῷ Μωϋσεῖ χρηματίζων ἐπὶ τῆς ὄρους. In quibus Theologi grauiſſimi verbis, iſta ex Platonis Timæo recognoſcas,quæ Theodoretus itidem Cyrēſis in libro de Principiis [d] retulit; ταῦτα γὰρ πάντα μέρος χρόνου τὸ ἦν καὶ ἔσαι; tum verò illa Parmenidis [e]

Οὐδέποτ' ἦν, οὐδ' ἔσαι, ἐπεὶ νῦν ἐστὶν ὁμοῦ πᾶν
Ταυτὸ τ' ὂν, ἐν ταυτῷ τε μένον, καθ' ἑαυτό τε κεῖται.

Denique

a Ad primā Chriſtianorū quæſtionē ad uerſus Græcos.

b Eſaiæ cap. 41. Apoc. cap. 1. ver. 4. & 8. & c. vlt. verſi. 13.

c Greg. Naz. ſerm. εἰς τὰ γενέθλια, citatus à Viue ad Auguſt. de Ciuit. Dei, & ab Aug. Steu. Eugub. ad illa Ego ſum qui ſum ex cap. 3. Exodi.

d De curat. Græc. affect. lib. 2. vbi videſis.

e Citātur ab Aug. Steuch. Eugub. ca. 10. lib. 3. de peren. phil.

Denique Nazianzeni poſtrema hæc, οὐδὲ ὢν ἀεί, & quæ ſequuntur, ad illud Æhiæ aut Iehouæ potius vocabulum (quod ore ſuo Deus Opt. Max. proferens videtur ſanctum reddidiſſe; cùm ſibi nomen de quo ſermone 4.& 5. fuſiſſimè dixi, faceret) haud dubiè pertinent. Nec ſanè aliò ſpectauit beatus Auguſtinus, iſtud Dauidicum [a] enarrans, (Et ſperent in te qui nouerunt nomen tuum,) quo loco item Dominus dicit ad Moyſen Ego ſum qui ſum, Et dices filiis Iſraël, Miſit me qui eſt. Sperent ergo in te, qui cognoſcunt nomen tuum; ne ſperent in his rebus quæ temporis volubilitate præterfluunt: nihil habentes niſi erit, & fuit; quoniam quod in illis futurum eſt cùm venerit, fit ſtatim præteritum: & expectatur cum cupiditate, amittitur cum dolore. In Dei autem natura, non erit aliquid, quaſi nondum ſit; aut fuit, quaſi non iam ſit: ſed eſt tantùm id quod eſt, & ipſa eſt æternitas. Deſinant igitur ſperare, & diligere temporalia, & ſe ad æternam ſpem conferant; qui cognoſcunt nomen eius qui dixit, Ego ſum qui ſum: & de quo dictum eſt, Miſit me qui eſt. Hactenus ille,

a *Ex Pſal. 9. Confitebor. verſ. 11.*

Hoc autem Iehouæ nomen, cùm Entis, aut futuri ſignificationem habeat, vetuſtis etiam prophanorum oraculorum teſtimoniis celebratum cernimus: in quibus Apollo clarius (ita recitante Macrobio [b])

Φράζεο τὸν πάντων ὕπατον Θεὸν ἔμμεν ἰάω
Χείματι μέν τ' ἀΐδην, Δία δ' εἴαρος ἀρχομένοιο,
Ἠέλιον δὲ θέρευς μετοπώρου δ' ἀβρὸν ἰάω.

b *Lib. 1. Satur. cap. 19.*

Nam

Nam quin iſtud ἰάω ex Iehoua deflexum ſit à Græcis, vau ו Hebræam, v Latinæ conſonanti parem non habentibus, ipſámque rerum ſacrarum veritatem ſolito ſuarum fabularum mendacio permiſcentibus, obſcurantibus, & verò deturpantibus; equidem inficias iturum eſſe neminem arbitror: qui ſcierit tum iſtud diuinum nomen, ita vt à Græcis prolatum diximus, apud Epiphanium [a], & Theodoretum [b], ſed & apud Apoſtolorum diſcipulum diuum Irenæũ [c], alióſque vetuſtos patres [d] extare integrum, (quamuis perperam & corruptè per Iaoth, Ia, & Iabe, pro Iaho & Iahe redditum, nec vt oportet expoſitum alibi [e] reperiatur,) tum verò de illa huius nominis vi ac poteſtate quod antè admonuimus, idipſum à Clemẽte Alexandrino tradi; myſticúmque nomen & tetragrammaton vocari. Etenim vbi de aurea bractea ſiue lamina tiarę ſummi ſacerdotis ſanctuarium ingreſſuri, circumaddita, (in qua inſculpi ex Domini lege [f] debuit, Sanctum ſiue Sanctitas Iehouæ,) illius doctiſſimi patris hæc verba ferè ſunt: ἀτὰρ καὶ τὸ τετράγραμμον ὄνομα τὸ μυστικὸν ὃ περιέκειντο οἷς μόνοις τὸ ἄδυτον βάσιμον ἦν, λέγεται δὲ ἰάου ὃ μεθερμηνεύεται ὁ ὢν, καὶ ὁ ἐσόμενος. Vnde etiam intelligitur, in hoc Iehouæ nomine (quod cum vetuſtis omnibus Clemens tetragrammaton aut tetragrammon ibi vocauit; quidã [g] autem è recentioribus non ineruditus, ita perperam & falſo nuncupatum, non ſine aliqua ratione, quamuis aduerſus diſertum ac expreſſum ipſius diui Hieronymi [h] teſtimonium; aſſerere

auſus

a Hæreſi 26. aduerſ. Gnoſt.
b Lib. 1. hæreti. Fab. in Valentino.
c Cap. 34. lib. 1. aduerſ. hær.
d Tert. aduer. Valentinia. vbi ait inueniri Iao in ſcripturis & Euſeb. lib. 4. demõſt. Euang. cap. 9.
e Iren. lib. 2. ca. vlt. ad extremum Theodoreti q. 15. in Exodum.
f Exod. c. 28.
g Gorop. Bec. Hermath. lib. 1.
h Ad initium Pſal. 8. Domine Dominus noſter: vbi, Prius nomen Domini apud Hebræos (inquit) quatuor literarum eſt, iod, he, vau he, quod propriè Dei vocabulum ſonat, &c.

auſus eſt) proprium ac ſingulare quiddam fuiſſe, quo cætera Dei nomina non eſſent prædita; cùm id, non item alia, omnipotenti Deo attributa, (de quibus primo huius tractatus capite actum eſt) ſacerdotalis tiaræ aureo circulo, vitta hyacinthina reuincto, ipſe Dominus inſculpi voluerit. Qua de re Moſis legem diuinam ferentis ac ſancientis verba,[a] ſic à ſeptuaginta ſenioribus Græcè reddita legimus: καὶ ποιήσεις πέταλον χρυσοῦ καθαρὸν, καὶ ἐκτυπώσεις ἐν αὐτῷ ἐκτύπωμα σφραγῖδος ἁγίασμα Κυρίου. Atque hæc ipſa interpretatus Iſidorus [b] in Originibus, Petalum (inquit) aurea lamina in fronte Pontificis, quæ nomen Dei tetragrammaton Hebraicis literis habebat ſcriptum. Hac ipſa de re apud Ariſtæam[c] ad Philocratem fratrem de Eleazari ſummi Pontificis amictu, hæc leguntur, (vt quidem è Græco tranſlata ſunt:) Caput cidari (vt appellant) ornatur; ſupra quod mitra decore incomparabili erigitur, regium decus præferens; ex qua dependet lamina aurea frõtem ad ſupercilia operiens: vbi ſacris literis Dei nomen inſcribitur. Sed & beatus Hieronymus in Eſaiam[d] Prophetam, Et qui quondam habebas (inquit) coronam Pontificis, & ſanctificationem in auri lamina, in qua erat ſcriptum nomen Dei: coronaberis tribulatione & anguſtia. Theodoretus quoque de tetragrammo Dei nomine agens[e], τοῦτο καὶ τῷ πετάλῳ ἐπεγέγραπτο (inquit) τῷ χρυσῷ ὃ τῷ μετώπῳ τοῦ ἀρχιερέως ἐπετίθετο τῇ ταινίᾳ τῆς κεφαλῆς προσδεσμούμενον, &c. Huc accedat, quod Flauius Ioſephus vetuſtiſſimus poſt Moſen, & optimus rerum

a *Dicto c. 28.*

b *Cap. 21. lib. 1. Etymol.*

c *In hiſto. de 72. interpr. quæ extat to. 2. ſacr. Bibliothecæ. Videto etiam Theodoretũ q. 60. in Exod.*

d *Cap. 22. ad illud, Hæc dicit Dominus Deus.*

e *Quæſt. 15. in Exod.*

Iudaïcarum ſcriptor, (qui cùm Iudæus eſſet, illum haud dubiè Moſis, aut etiam Ariſtææ locum non ignorabat) ea percurrens, quæ ad ſacra ceremoniáſque Iudaïcas pertinentia, Salomon ex Domini Dei lege in illo templo parauerat; & ſtructuræ artificio, & materiæ qualitate, vaſorúmque aureorum ac argenteorum in id aggeſtorum copia, omni denique diuitiarum ſplendore admirabili: tantam ineſſe vim ac religionem iſto in ipſo Dei nomine Iehoua cenſuit; vt cùm in veſtium & amictuum Pontificalium deſcriptionem incidiſſet, coronæ ſacerdotali non Dei nomen, ſed ipſum Deum inſcriptum fuiſſe (tanquam ſi Deus inſcribi aut pingi, qui eſt incorporeus, poſſet) in hæc verba poſteritatis memoriæ tradere non dubitauerit [a]: ἡ δὲ στεφάνη εἰς ἣν Μωϋσῆς τὸν Θεὸν ἔγραψε μία ἦν, καὶ διέμεινεν ἄχρι τῆς δεῦρο ἡμέρας, exiſtimauit nimirum ille, hac in re ſe vti eodem poſſe τρόπῳ λέξεως, quo & propter Dei præſentiam in fœderis tabernaculo ſiue ſanctuario arcam ipſam teſtimonij (ſuper quam propitiatorium fuit) ibi repoſitam [b]; audebant veteres, μετωνυμικῶς videlicet, Deum nominare: quemadmodum è contrario Iehouæ, Dei nempe veri proprium nomen, Græci patres nonnulli ἄρρητον, ἀνεξήγητον, ἄφραστον, ἀνεκφώνητον, id eſt, ineffabile nuncuparunt: non tam quòd ipſi, qui literis illud Hebraïcis exprimere non verebantur, (licet quidam non intelligentes propter elementorum ſimilitudinem, cùm in libris Græcis reperirent, ex יהוה pro ιπιπ, πιπι Pipi legere conſueuerant,

a *Cap. 2. li. 8. orig. Iudaic.*

b *Vide Exod. cap. 31.*

ipſo teſte diuo Hieronymo[a];& ſciebant tamen Hebręos id ἄῤῥητον,id eſt,ineffabile opinari,iuxta id quod ipſe Hieronymus alibi[b] ſcribit) Iudæorum conſuetudinem ac traditionem ſupprimẽdi pro religione vlla nominis, ſiue in pronunciando, ſiue in conſcribendo per notas veriùs quàm literas[c],forſitan probarent[d] (ſicuti complures eruditi ſenriunt tamen) quàm quod vel ipſius Iehouæ nominis ſignificationem atque vim, quam eſſe pleniſſimam cap. 2. 4. & 5. demonſtrauimus; vel potius Deum ipſum ineffabilem[e] docere vellent; eiúſque παγκρύφου (ſicut ab Acmone vetuſto philoſopho apud Iuſtinum Martyrem Apologetico nuncupatur [f]) abſconditi (inquam) Dei, quomodo Eſaiæ cap.45.dicitur ἀνεξιχνίαστὸς ὁ θεὸς καὶ ἀνεξερεύνητα κρίματα,iuxta diuum Paulum ad Romanos extremo cap. vndecimo, id eſt, occulti miniméq; ab hominibus percepti Dei iudicia incomprehenſibilia, vias inſcrutabiles : quem mens omnis humana ſentit, ſed non exprimir, ſicuti Tertullianus [g] loquitur; quod & ipſi capite primo attigimus.

a *Ad Marcellã.epiſt.136*

b *Ad initium Pſal. 8. Domine Dominus noſter.*

c *Tribus Iod, medio celſiore ita* י ׳ י *quò Baſilius Magnus aſpexit in lib. de ſancto Spiritu, cap.18.* ἡ παλαιὰ τῶν Ἑβραίων εὐλάβεια ἰδίοις σημείοις τὸ ἀνεκφώνητον ὄνομα τοῦ Θεοῦ διεχάραξε, καὶ ἐκ τούτου τὴν κατὰ πάντων ὑπεροχὴν πεπεισῶσα. *Video P.Galat. lib.2.de arca. cath. verſ. cap. 10. Verumtamen illud ſcribere non veritos Hebræos ex Ægyptio Moſe tradit Corn.Agrip.lib.2.de occul. philoſ.cap.11.ad finem.& Galatinus quoque cap.9.lib.3. de arcan. cath. verit. & cap.10.lib.2. nonnihil. atque ante hos Theodoretus de hoc Dei nomine* ὁ ὢν, *agens quodam loco citato ab Auguſt.Steuch. Eugub.ad cap.6.Exodi*, τοῦτο δὲ παρ' Ἑβραίοις ἄφραστον ὀνομάζεσθαι, ἀπείρηται γὰρ αὐτοῖς τοῦτο διὰ τῆς γλώττης προφέρειν. γράφεται δὲ διὰ τεσσάρων στοιχείων διὸ καὶ τετράγραμμον αὐτὸ λέγουσι.

d *Recitat non probat Theodoret.q.15. in Exod. Hieron.ad Marcellam. epiſt.136.*

e *Auguſt.de Gen. ad lit.lib.10.cap.16. Euagr.apud Socratem, cap.21. lib.6.hiſt. tripar. Arnob.1.lib.adu.gen.Iuſt. Mart.* δυσεξήγητον *vocat, vt oſtendi cap.1.ſup.*

f *Iob 36. Vide hac de re Auguſt.Eug.cap.1.lib.6.de peren. philoſ.*

g *In de Trinit.*

Vnde Salomon ille ſapientiſſimus hoc ipſum ſentiens alicubi [a], poſtquàm has propoſuit quæſtiones, Quis aſcendit in cœlum & deſcendit? Quis continuit ſpiritum in manibus ſuis? Quis colligauit aquas quaſi in veſtimento? Quis ſuſcitauit omnes terminos terræ? Quibus quæſtionibus velut in admirationem omnipotentię ac ſapientię Dei rapitur; de quo hæc ipſa leguntur aliis compluribus Scripturæ ſacroſanctæ locis [b]: Tandem verò ſubiicit Salomon hanc quoque quæſtionem; Quod nomen eſt eius, & quod nomen filij eius, ſi noſti? qua ſignificat, non Deo Deiye filio Chriſto Domino nullum eſſe nomen: ſed vtrumque cum Spiritu ſancto vnum eſſe ineffabilem, atque inæſtimabilem [c], τὸν ἀνεξιχνίαστον κείμασιν, vt Clemens Romanus cap. 36. libr. 7. Conſtitut. Apoſtolicarum loquitur. Theologi ethnici ἀζήτητον, i. inueſtigabilem vocare ſoliti [d], Triſmegiſtus ille ad Tat. apud Stobæum & Iuſtinum Apologet. dixerat, ὅτι Θεὸν νοῆσαι μὲν ἐστι χαλεπὸν, φράσαι δὲ ἀδύνατον: quod ipſum deinde Plat. in Timæo, & ex ipſo Cicero atque Theodoretus eo loco quem ſecundo ſermone oſtendimus. Ergo rectè τὸν ἕνα ἀγέννητον, vnum ingenitum (nempe Deum, de quo duodecimo capite diſſeretur) ἀφανῆ ab illo ipſo Triſmegiſto in Pimandra, καὶ ἀφαντασίαστον vocatum ibi diximus. Huc pertinet quod beatus Hilarius [e] alicubi, Vt inenarrabilis eſt Pater (inquit) in eo quod ingenitus eſt, ita enarrari Filius in eo quod vnigenitus eſt, non poteſt, quia ingeniti eſt imago, qui genitus eſt. Et quod eſſe incompre

a *Prou. ca. 30. verſ. 4. ſed videto hac de re D. Thom. in Sum. par. 1. q. 13. art. 1.*

b *Eſa. c. 40. Iob cap. 26. 28. 38. Eccleſiaſt. cap. 1. & Pſal. 134. Laudate. ver. 6. 7. & ſeq.*

c *Vide Ruffinum Aquileienſem in expoſ. ſymboli Apoſtol. apud Cypr.*

d *Vide Steuc. Eugub. lib. 3. de peren. philoſoph. cap. 8. & lib. 5. c. 4. & lib. 6. c. 1.*

e *Lib. 3. de Trin. Vide & lib. 11. (ex quo ſcripſi ſupra c. 3.) & lib. 15. de Trin. c. 23.*

prehenſibilem cogitatu Deum, adhibitis Hieremiæ Prophetæ, aliorúmque claſſicorum autorum teſtimoniis, capite huius tractatus primo & ſecundo, abundè oſtendimus: Quamobrem circa Trinitatem τὰ ἅγια eſſe ἄῤῥητα καὶ ἀνεκφώνητα oſtendit, & ita vocat ille Magnus, quem ante nominaui, Baſilius [a]. Nam & hac ratione nomẽ Dei pro ipſo Deo compluribus locis exponendum eſſe ſuperior proximus ſermo à nobis habitus apertè comprobauit.

PLANE quamuis non plus virium in Tetragrammato illo, quàm in quouis Dei nomine reperiri Goropio Bæcano [b] concedatur; nec magis propriè Deo, quàm Græcorum iſtud ὤν vel ens Latinorum (quod ille profeſſus eſt) congruere: attamen cùm eſſentiam ſummi & omnipotentis Dei (qui ſolus verè planéque eſt) eo ſignificari, atque ipſum à Deo Moſi dictatum conſtet; præterea etiam ad ipſum auribus Ægyptiorum Regis Nechephris à Moſe (cùm de Dei nomine inquiſitus foret) inſuſurratum, illico principem conſternatum ac velut exanimatum concidiſſe; vt à Moſe ipſum confirmari, quò reuiuiſceret, oportuerit [c]. Equidèm iſtud Iehouæ nomen, vt & Domini Ieſu Chriſti (ad cuius pronunciationem Catholici genua ex antiquo ritu in Eccleſia flectere ſolemus, nec tamen ignoramus Pauli Apoſtoli [d] verba quemadmodum exponi debeant [e]) admodum venerabile piis certè ac religioſis hominibus eſſe debet; ſi gentilibus & magiſtratibus & militibus nomen Imperatoris in quod iurauerant, in

a *In lib. de Spir. ſanct. cap. 18.*

b *Hermathe. lib. 1.*

c *Hæc ex Artab. de Moſe narrantur Græcis verbis prolatis à Steuc. Eugubino in recognit. veter. teſtamenti ad Hebr. verit. c. 1. ſub init.*

d *Ex cap. 2. epiſt. ad Philipp. num. 9. & ſeq.*

e *Dixi ſuperiore capite & coniungito cap. 14. epiſt. D. Pauli ad Rom. ver. 11.*

maximo itidem honore fuiſſe, imò etiam Romanis quibuſcunque ciuibus, hiſtoriarum libri memorãt. Sed quid exoticis paganorum exemplis & inde petitis argumentis opus eſt? Nonne à Iudæis pedum ſuorum ſcabellum, hoc eſt arcam fœderis & montem ſanctum ſuum & ſanctuarium ipſum, aut ad iſta omnia (vt malunt nõnulli) Deus & paueri olim, hoc eſt in veneratione haberi, & adorari [a] voluit? quãuis alioqui montem Sion, quia in ipſo figuratur Eccleſia, nõ propterea eſſe adorandum beatus Auguſtinus [b] ad Ianuarium ſcripſerit. Sed nõne à Chriſtianis poſtea (quod vehemẽtius vrget) ipſum etiam præſepe Domini (nedum ſepulcrum) non ex fæce Romuli quiſpiam, ſed ex vetuſtorum patrum doctrina & virtutibus pollentium, numero, magnus ille Gregorius Nazianzenus [c] adorari (relatiuè, aut, vt eſt in Conſtantinopolitana Synodo, deriuatiuè ſaltem) & in ſumma veneratione haberi iuſſit? Καὶ τὴν Βηθλεὲμ τίμησον τὴν μικρὰν (inquit) ἣ σὲ πρὸς παράδεισον ἐπανήγαγε, καὶ τὴν φάτνην προσκύνησον, δι᾽ ἣν ἄλογος ὢν ἐτράφης ὑπὸ τοῦ λόγου. Poſſem adiicere, quod perſpicuè Ioannes Damaſcenus [d] de cruce, clauis, lancea, veſtibus, & tabernaculis Domini noſtri Chriſti Ieſu (in quibus præſepe, ſpelunca, crux Golgotha, ſepulcrum, & alia complura ſunt) venerandis, tradit: niſi nollem eſſe nimius. Cæterùm ait hoc quidem ille, quod præterire non debui: πάντα τοίνυν τὰ Θεῷ ἀνακείμενα προσκυνοῦμεν, αὐτῷ τὸ σέβας προσάγοντες. Non aliter beatus Athanaſius [e], non alij Græci, non Latini vetuſti omnes:

in

a *Leuit. c. 26. verſ. 2. Pſ. 98. ver. 6. & ver. vlt. & ibi Genebrardus & Pſ. 131. verſ. 7.*
b *Epiſt. 119. cap. 6.*
c *Ad extremum oratiotionis εἰς τὰ γενέθλια. vide in Conſtant. Synodo 8. can. 3.*
d *Cap. 12. lib. 4. de fide Orthod. vide Leontium Epiſcop. Neapoleos Cypri in lib. de adorat. cruc. contra Iud. & Liturgiam B. Chryſoſt. & ſermonẽ eiuſdem 10. de ador. cruc.*
e *Quæſt. 16. tomo. 4.*

in quibus Ruſtici diaconi aduerſus Acephalos [a] iſta ſunt eodem pertinentia; Per quod igitur operatur(inquit de Deo) dum per hoc & in ipſo adoratur & colitur, complacet colentibus ſe. Necnon & clauos quibus cõfixus eſt, & lignum venerabilis crucis, omnis per totum mundum Eccleſia abſque vlla contradictione adorat, &c. Quæ enim ſegregantur & propria Deo fiunt, per quæ & colitur & adoratur; illa iam velut organa & coadiuuantia infirmitatem noſtram ſunt ad propinquandum Deo: & ad id vt ſint quidem, quantitatis non amittunt proprietatem, ad colendum verò & adorandum & venerandum non iam connumerantur quæ creata ſunt creatori. Alterum namque eſt per hoc coli illud, & alterum ſecundum naturam & ſempiternè & maximè propriè colendum aliquid illud eſſe. Hactenus ille: rectè omnino piéque(vt ſentio) nõ minus quàm ille verè Baſilius & verè magnus ex Græcis patribus vetuſtis: qui ὅτι ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ, ἐπὶ τὸ πρωτότυπον ἀναβαίνει pronunciauit [b].

SED vt ad id accedamus propius, quod de honore ac reuerentia Iehouæ nomini, tanquam Dei proprio exhibenda, cœpimus dicere: nonne propter hanc ipſam à ſacris literis nomen iſtud blaſphemiis & execrationibus læſum à quoquã adeò non exprimitur; vt benedixiſſe Deo etiam tradant, quos maledixiſſe intelligendum eſt? hac de re decem & octo exempla è ſacris petita litteris Rabbi Dauid Kimhi poſſe proferri exiſtimat; locum illum è libr. [c] 1. Regum explicans, vbi de Heli ita vulgò ſcriptum, ex Hieronymi

a *Vide fol. 747. Hereſ.*

b *Baſil. Mag. in lib. de ſancto Spiritu c. 18. ſed videto quæ ex canone quodam Græco, itẽ ex Orthodoxo Nicephori Patriar. Cõſtantinop. dialogo de imaginib. & ex S. Athanaſio ſcribit Turrianus c. 25. libr. 1. pro can. Apoſt.*

c *Cap. 3. verſ. 17. Samuel.*

tranſlatione; quod nouerat indignè agere filios ſuos, & non corripuerit eos: ipſe verò tanquam ita ſcriptum, à ſe ipſos contemptos fuiſſe, nō aliter accipit, quàm quod ipſi potius Deum contempſerint: Quo genere loquendi Iob conſurgens diluculo, & per ſingulos dies offerens pro filiis ſanctificatis, dicebat [a]; Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis (ſic enim in ſeptuaginta ſeniorum tranſlatione legitur, *μήποτε ἥμαρτον ϗ εὐλόγησαν Θεὸν ἐπὶ καρδίας αὐτῶν οἱ υἱοί μου*. Nam Hebræum authenticum Barach exhibet quod ſæpe quidem pro benedicere, ſed interdum forſitan pro ſuo ſimplici dicere vſurpatur, vt hoc & ſequētibus locis) itemque: viro ſuo ſimplicitatem exprobrans vxor Iobi profabatur [b]; Benedic Deo & morere (ſic enim habet vulgata & beati Hieronymi editio, cum in ſeptuaginta virorum tranſlatione aliter quam in ipſo Hebræo autogropho ad Deum loquere, *εἰπόν τι ῥῆμα πρὸς Θεὸν ϗ τελεύτα*: vbi *πρὸς* tamen pro aduerſus, accepiſſe videntur D.D. Cyprianus [c] atque Auguſtinus ſic exponentes, dic verbum aliquod in Dominum & morere:) & Nabothum eo crimine damnatum, quod Deo regíque benedixiſſet, ſcriptura ſacra [d] continetur: quibus omnibus locis Hebraica veritas habet dicere, vel benedicere per antiphraſin pro maledicere. Propterea igitur fas equidem eſſe non puto cuiquam, ipſius vel Chriſti Ieſu vel Iehouæ loco, in myſticis & ſacroſanctis diuinæ Scripturæ libris (quibus nihil addendum, aut porrò detrahendum eſt) eorúmve ex Hebræo authen

[a] *Iob cap. 1. vbi, vide Auguſt. Eugub. qui tamē aliter videtur Græca legiſſe nēpe κακὰ ἐπινοήσαι κατὰ τὸν Θεόν, nos editionē Cōplutenſem ſecuti ſumus.*

[b] *Iob c. 2. ſecundū Nicolaū: nā Eugu. Steuch. aliter explicandū vt Ironicòs dictū, arbitratur.*

[c] *Libr. 3. ad Quir. teſtim. aduerſ. Iudæos c. 14. D. Aug. lib. 1. de ſymbolo ad Cathecū. c. 3.*

[d] *lib. 3. Reg. c. 21. quod in hāc rem citat B. Hierony. in quæſ. Hebr. in libr. 1. Reg. ca. 21. ad illud, Dixitq; Abner. Viuat anima tua Rex ſi noui.*

âuthentico in quamlibet aliam linguam tranſlatione,aliud nomen vllum vicarium ſubſtituere:præſertim quod eandem vim non habeat,ſed etſi habeat. Non enim deprauatam atque adeò ſuperſtitioſam ſuæ gentis conſuetudinem, ſed verborum potius locutionúmque Hebræarum vim(ſic malo,quam viam apud diuum Auguſtinum[a] alicubi) atque regulas mordicus ipſos tenere debuiſſe ſeptuaginta interpretes: nec ea quam ſecuti ſunt, velamento quodam obducendi Iehouæ nominis velut myſtici ratione, honorem vllum Deo eiúſve nomini haberi arbitror: immo verò ex varia hominum, magni prudentiam ſuam facientium, opinione, præſumptione ac temeritate, magnam potius Deo ſummo,quaſi minus ipſe viderit (cuius quidem digito,& ſuggerente Spiritu ſancti libri exarati ſunt)contumeliam fieri cenſeo.

De Domini profectò(vt id quod res eſt, dicam)Ieſu Chriſti nomine non habeo,quod querar;certè habere me neſcio. De Iehouæ nomine iuſtam expoſtulandi cum interpretibus ſacrorum Bibliorum Græcis & Latinis, habere me cauſam arbitror. Nã ſeptuaginta duo illi tranſlatores de quibus hiſtoriam Ariſtæas[b] contexuit (horum enim eſſe Græcam Bibliorum interpretationem quæ extat,malo credere:quàm, quod non pauci faciunt, ambigere) omni quidem laude digni, ſi quid iudico, vtpote perfecti, & ſcripturarum & vtriuſque (vt Irenæi[c] verbo vtar)loquelæ intellectores, cùm ignorare non potuerint Iehouæ ſeu Ieheui nomini

a Epiſt. 8. ad Hieronymũ.

b Extat in Bibliot. ſanct.

c Cap. 25. lib. 2. aduerſus hære. vbi tranſlatio Bibliorũ in Græcã linguam vti & quando facta ſit enarratur, & apud Ariſtæam quoque tangit leuiter D. Auguſ. ep. ad Hieronymum 8.

appellationem Adonai hoc eſt Domini non ſemel, ita vt ad ipſum Deum referatur, in ſacris [a] libris additam; quò ipſis animus (quæſo) vt ſemel atque iterũ Iehouæ vocabulũ apud Eſaiam prætermitterent? Quo loco etenim Ruah Adonai Ieheuih aalai, in Hebræo contextu legitur; vertêre ipſi Græcis verbis, πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμέ: Ex quibus Latina tranſlatio habet, Spiritus Domini ſuper me: & ibidem ſtatim pro his Hebræis verbis Iaan Maſach Iehoua Othi; verſio Græca οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με: Latina, eò quod vnxerit me. Vtroque loco nõ debuit (meo quidem iudicio) Iehouæ nomen [b] aboleri: Minus malè factum, quod nonnullis locis [c] pro Iehoua Dei nomen repoſuêre: quanquam hoc quoque nollem; qui ſcio Iehouæ tanquam proprio nomini, plerumque (vice adiectiui) Epitheton Dei Hebraice Elohim, Elohecha, Eli, Elohai, Elohénu, apponi ſolitum [d]. Illud peſſimè (niſi fallor, quod cum bona tamen tantorum virorum venia dictum volo) cùm pro Iehoua reddiderunt Sabaoth, apud Eſaiam. [e]. Nam quando, ſi non verbum è verbo, ſenſus certè de ſenſu exprimendus eſt; vt proprietates alterius linguæ, ſuis proprietatibus explicentur; (quemadmodum diuus Hieronymus [f] de optimo genere interpretandi docet) tamen vbi vulgata, quæ & eiuſdem Hieronymi Latina tranſlatio habet, Hæc dicit Dominus Deus, Non ſtabit, &c. In Hebræo authentico legitur, Coh Amar Adonai Iehouah: quod ita expoſitum à ſeptuaginta ſenioribus illis, τάδε λέγει Κύριος Σαβαώθ. Atquin hoc Sabaoth vocabulo, militia

a *Eſaiæ ca.7. 52.61. & in prin. & Abacuch.cap.3.ad finem. Item Deut. c.9. & Ezec.c.56.& 78.*

b *Cap.6.*

c *Abac.ca.3. ad finẽ. Eſaiæ cap.52.*

d *Cap. 20. Exod. Pſ.17. Diligã te ver. 32. & Pſ.94. Venite verſ.7. & Pſal. 117. Confitemini verſ.pen.*

e *Cap.7.*

f *Ad Pammachiũ epiſt. 101.*

militia ſiue exercitus denotatur: ὄνομα δοξολογίας τῆς θεότητος eſſe ait Epiphanius [a]; hoc adiiciens, Σαβαὼθ γὰρ ἑρμηνεύεται ἀπὸ τῆς Ἑβραϊκῆς διαλέκτου Κύριος τῶν δυνάμεων· ὅπου γὰρ ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ τὸ Σαβαὼθ ὄνομά ἐστι γεγραμμένον, δύναμιν ὑποφαίνει· ὅθεν ὁ Ἀκύλας πανταχοῦ τὸ Ἀδωναὶ Σαβαὼθ ἑρμηνεύει, λέγων Κύριος στρατιῶν. Sanè compluribus locis, Dominus Deus Sabaoth, Iehoua Sabaoth nuncupatur: & ab Hieremia [b] ipſo alicubi; cùm ad Deum, Fortiſſime (inquit) magne & potens, Dominus exercituum, nomen tibi. Nam in Hebræo authentico, Iehoua Sebaoth ſemó ſcriptum eſt; pro quo alibi Deus vel Dominus virtutum, ex varia ſignificatione τῆς δυνάμεως: quo verbo ſeptuaginta ſeniores exercitum intelligentes reddidêre τὸ Σαβαὼθ. vnde beatus Ambroſius [c], Quomodo Ariani diſcretionem faciunt poteſtatis (inquit) cùm Dominum Sabaoth Patrem, Dominum Sabaoth Filium legerimus? Sabaoth autem interpretes alicubi Dominum virtutum, alicubi Regem, alicubi omnipotentem interpretati ſunt.

CÆTERVM iſtud Sebaoth in illo Eſaiæ loco apud ſeptuaginta illos interpretes deprauatum profiteri auſim, ac inuerſis mutatiſque loco literis detortum ex Iehouá (quemadmodum & Geneſeos quodam loco [d], pro Ephrata videntur mendosè ſcriptum legiſſe Chabratha cùm hippodromũ tranſtulerint: quod ab ipſo diuo Hieronymo [e] animaduerſum etiam fuit) propterea quod etiamſi miſeri quidã hæretici ex imperitorum Gnoſticorum numero nomen Sabaoth ad

a *Hæreſ. 26. aduerſ. Gnoſticos.*

b *Cap. 32.*

c *Cap. 1. libr. 4. de fide ad Gratia.*

d *Cap* 48.

e *In quæſt. Hebraic. in Geneſim.*

ad principatum aliquem (ipſo Epiphanio teſte) referendum autumant; Aſcodryti autem vel Aſcodrupetæ, quorum Theodoretus [a] commeminit, diabolum eſſe filium Sabaoth, eſſe autem Sabaoth Deum Iudæorum: re vera tamen hoc non aliter niſi alteri adiunctum Deo conuenit; Hebræúmque eſt non Græcum. Non oportuit igitur alterius Hebræi vocabuli vice ſcribi ab interpretibus fidis: quibus ſi proprium nomen Dei transferre in aliam linguam, ſpreto Iamblichi [b], ſed & Origenis [c] præcepto, licuit; hi ſanè verbum potius Græcum, quod eiuſdé cum Hebræo ſignificationis foret, adſcribere; quàm pro Hebræo aliud Hebræum diuerſæ poteſtatis reddere debuerant. Immutatio autem illa frequentiſſima Iehouæ nouinis, in Κυρίυ & Domini ambiguam (vt poſtea [d] docebo) appellationem, Iudaicáne an Phariſaica (tanquam pro Iehoua pronuntiatum rectè ſit Adonai, quod ipſe quoque ſequutus eſt Aquila vetuſtus Bibliorum ſacrorum interpres; nec improbauit Epiphanius eo quem antè indicauimus loco) placere iam tum ex eo tempore mihi nõ potuit: ex quo Cimmerias penè tenebras offuderat, percipere potius quàm explicare tentãti verſum ſeptimum Pſalmi apud Dauidem noni & centeſimi (qui ſingulis Dominicis diebus ad veſperas primus in

a *Libr. 1. hæret. fab.*

b *Qui diuina nomina nõ eſſe in aliam linguã trãsferẽda dixit in lib. de myſter. quod nõ eandem ſeruent mentẽ ac potentiã nomina in aliã linguam permutata: quæ ſi ex hominum pacto conuentóque poſita eſſent, nihil intereſſet alia pro aliis commutare.*

c *Qui cõtrà Celſ. ait, quibuſdam ſacris nominib. mirãdam latere virtutẽ, ideóque hæc ipſa nomina ex Hebraica in aliã non poſſe traduci linguam. Indicauit locum Gal. c. 14. lib. 2. de arca. cath. verit. Mercur. porrò Triſmegiſtus dãnata Græcorũ ratione in transferẽdo ea quæ ipſe Ægyptiacè materna ſcilicet lingua ſcripſerat, Græcè reddi vetuit, quemadmodũ diſcipulus eius Æſculapius ad Ammonem regem ſcribit, vt in c. 16. Pimand. apud Triſm. videre eſt.*

d *Cap. 8. & 9. infr.*

Eccleſia

Eccleſia Catholica decantari ſolet) eúmque cũ primo eiuſdem Pſalmi verſu comparanti. Quæ tota res cum vno verbo, quantum ſatis eſt, explicari neutiquam poſſit; ſuóque peculiari ſermone digna eſſe videatur: huic idcirco ſermoni finem modúmque imponendum iſto interea in loco cenſui; dum ei quæſtioni conſiderandæ atque tractandæ dilatio parua tribuitur [a].

CAP. VIII.

LATINA Dauidici verſus illius, de quo dicere cœpimus, interpretatio iſta eſt; Dominus à dextris tuis confregit in die iræ ſuæ Reges, è Græco ſcilicet ſeptuaginta ſeniorum autographo: quod & Iuſtinus alicubi [b] hæc totidem referendo ſequutus omnino eſt, Κύριος ἐκ δεξιῶν σοῦ, συνέθλασεν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς αὐτοῦ βασιλεῖς. Cùm totus autem iſte Pſalmus inde ab hoc ipſius initio, (Dixit Dominus Domino meo,) ad Deum patrem, & filium eius æternum Dominum noſtrum, ex ipſius Chriſti [c], & verò DD. Petri [d] ac Pauli [e] diuina prorſus interpretatione pertineat; conuictis dudum erroris, contumaciæ, atque adeò calumniæ manifeſtæ veteratoribus Iudæis: quorum nonnulli à Dauide dominum ſuum nominatum aſſerunt Ezechiam regem, alij Abrahamum, alij Saülem, quidam verò è recentioribus Angelum cuſtodiæ ſuæ deputatum [f]. Hunc ſanè verſum cuius modò verba protuli, è Chriſtianis Catholicis,

a *Sic Aug. extremo tract. 72. in Euan. Ioã. de ca. 14.*
b *Dial. aduer. Tryph. fol. 52.*
c *Euãg. Mat. extremo cap. 22. Marc. ca. 12. ver. 35. & Luc. cap. 20. ver. 41.*
d *Apud Luc. Act. Apoſtol. cap. 2. ver. 34.*
e *Ad Heb. ca. 7. verſ. 11. 17. 21 & cap. 10. verſ. 12. 13. & epiſt. 1 ad Corinth cap. 15. ver. 25.*
f *Vide Tert. lib. 5. aduerſ. Marcio. Hier. ſuper Matth. cap. 22. Lyrã. in Pſal. 109. Vide Petr. Galatin. lib. 8. de arc. cath veri. ca. 24. & Co. Ianſen. in Cõcord. Euang. cap. 119. & in anno. ad Pſal. 109. in princ.*

licis, aut recentioribus Gnoſticis nemo non ad ſacroſanctas illas duas Trinitatis perſonas, retulit. Plerique tamen omnes (quos equidem videre potui; atque vt poſſem, operam dedi ſanè ſtrenuam) Græci, Latini, Gallici vulgares melioris notæ, ſublæſtæ item fidei ſiue interpretes, ſiue ſcoliaſtæ, beatum Hieronymum [a] ſequuti ſic explicant; vt Deum patrem ab vnigeniti Filij dextris eſſe, ſpiritu diuino Dauid incitatus dixerit: qui tamen in ipſo eiuſdem Pſalmi principio, mandaſſe Filio Patrem cecinerat, vt à dextris ſederet ſuis. Hoc illi prorſus contrarium; vt quamuis propter eiuſdem eſſentiæ vnitatem, alter ſecundum ineffabilem modum inſit in altero, viciſſim tamen ſimúlve ad alterius dexteram alter ſedere, ſtare, aut adeſſe pronuntietur. Spiritus autem ille ſanctus, eximia charitas, & ſimplex atque vnica veritas, ſibi profectò non repugnat. Neque peruerſitas (inquit Tertullianus [b]) neque fallacia Deo congruit. Eiuſdem Tertulliani locum vnum (qui à me ſtatim proferetur) legeram ante aliquot dies, quàm ad iſtum Dauidicum expendendum ſeſe animus daret: huius quo de agitur communis explicatio, quod illo comprehenſum erat in memoriam reuocanti, mihi (verè vt dicam) ſatisfacere nequibat. Cœpi dubitare de tranſlationis fide, non tam Latinæ, quàm etiam Græcæ; ob id quod ante memoraui. Quid facerem, homo linguæ ſanctæ (quod mihi nimium quantum ægrè eſt) ſatis imperitus ac rudis; Theologicarum rerum cognitionis auidior quàm doctior; præte

a *In hūc Pſal. 19. verſu. & in cap. 1. epiſt. Paul. ad Ephe. ad illud Et ſedere eū faciēs ad dexteram ſuam, &c.*

b *Aduerſus Praxeam.*

præterea in ſuburbano, cùm hac de re primùm cogitatio animum ſubiit, ſolitarius meo? Rus enim feriarum vindemialium tempore (quo iuſtitium nobis ac toti ferè Senatui) ſeceſſeram. Conſului ſcilicet nuperos G. Genebrardi clariſſimi Theologi, Hebræarúmque literarum profeſſoris ſine controuerſia doctiſſimi, ad Dauidem commentarios, quos mecum attuleram. Sed nec ipſe, neque Antonius Flaminius, atque Campenſis, Paraphraſtæ haud inelegantes; neque Auguſtinus Steuchus Eugubinus, atque Cornelius Ianſenius eximij Theologi, & cum cætera omni diligentia & accuratione, tum verò linguæ ſanctæ peritia inſignes (quorum mihi ſcripta legendi poſtea facultas fuit) hunc eximere potuêre ſcrupulum: nec fas (vt arbitror) vllum in ſacris libris locum reperire, in quo Pater ille ſummus ad Filij dexteram aut ſedere, aut eſſe, ſtaréve, memoretur. Quamuis enim omnipotentis Dei auxilium ſibi præſto eſſe Dauid intelligens, vt à dextera Dei ſe ſuſceptũ alicubi [a], ſic Dominum protectionem vel vmbrã ſuam ſuper vel ad manum dexteram ſuam; & Deum ſibi à dextris eſſe non ſemel cecinerit [b]: hoc autem interdum de Eccleſia, ſed & de ipſo Chriſto μυςικῶς dictum accipi poſſe, immò verò etiam debere, quod de Dauide tanquam de ipſius typo ſcriptum eſt, non diffitear: non alibi tamen admitto, quàm vbi de Chriſti Domini aduẽtu primo, eiúſque in iſta vita ærumnis, periculis, cruciatibus, extremo denique ſupplicio (quę omnia hominum ſcilicet redemptionis cauſa pertulit,) Vates

a *Pſal. 17. Diligam te. verſ. 39.*

b *Pſal. 15. Cõſerua me. ver. 9. Pſalm. 108. Deus laudem. verſ. vlt. Pſal. 120. Leuaui oculos. ver. 5. & Pſal. 141. Voce mea. verſ. 6.*

Vates optimus ac diuinæ voluntatis interpres loquitur;illud oſtendens vtique, in iſtis interea cruciatibus, non fuiſſe Chriſtum Dei filium a patre deſtitutum ſuo; ſicut illo in carmine [a], quod diuus Petrus in concione ad Iudæos Hieroſolymis habita explicauit [b]. Ad Filij tamen dexteram Patrem eſſe neutiquam legas in Scripturæ ſacræ libris; ſicubi de Chriſti regno ac dominatione poſt reſurrectionem à mortuis,& admirabilem in cælum aſcenſionem agitur; quemadmodum iſto haud dubiè Pſalmi Dauidici loco:ſed contrà, exaltatum ipſum ſedere vt iudicem, vel ſeſſurum illicò ſtare ad dexteram æterni patris, paſſim reperias in noui fœderis libris [c]. Atque vt mittam quod de ſua diuinitate Chriſtus ὡς μονογενὴς υἱὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς,vt qui erat vnigenitus Dei filius exiſtens in ſinum Patris (ſicuti beati Ioannis Euangelio [d] continetur)ipſe datam ſibi authoritatem, ac poteſtatem omnem, & omne iudicium à Patre tam in cœlo quàm in terra, inter homines adhuc agens, teſtatus fuerat [e]; λέγων, ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. De toto Chriſto loquens diuus Petrus, ad dexteram Dei eſſe ipſum in cœlos profectum,ſubiectis ſibi angelis, & poteſtatibus, & virtutibus narrat [f]ὅς ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ πορευθεὶς εἰς οὐρανὸν ὑποταγέντων αὐτῷ ἀγγέλων καὶ ἐξουσιῶν καὶ δυνάμεων.Beatus

a Pſal. Dauid 15. Conſerua me. verſ.9.

b Ca.2. Act. Apoſt. verſi. 24. & ſequ. Ex quo vide Iren. cap. 12. lib.3.adu. hæreſ. ita explicãtem vti nos facimus: quod etiã D. Athanaſ. extrema orat.2.aduerſ. Arianũ,dextra eſſe filiũ: ac ſedente ad dextram filio, patrem quoque dextrum eſſe hoc eſt, n filio interpretatur quod alter inſit in altero, non improbo.

c Euãg. Mar. cap. 14. verſi. 62. Act. Apo. cap.2. ver.33. & cap.5. ver. 27. & ſeq. & cap. 7. ver. 55. & 56. Paul. Epiſt. ad Epheſ. cap.1. ad fin. ad Phil. cap.2. verſi.9. & ſeq.

d *Cap.1. verſi. 18.*

e *Euang. Matth. cap. vlt. verſi.28. Euang. Ioan. cap.5. verſi.19. & ſeq.*

f *1. Petr. cap.3. ad finem.*

Paulus

Paulus [a] purgatione peccatorum noſtrorum facta per Chriſtum, ſedere ipſum ad dexteram throni maieſtatis in excelſis, tanto meliorem ſiue præſtantiorem angelis effectum, quanto differentius & excellentius nomen præ illis ſortitus eſt. Ergo in omnibus ſymbolis Apoſtolicis, Niceno, Athanaſij, cæteríſque, Chriſti ſeſſionis ad Patris dexteram crebra mentio, de ſeſſione Patris ad Filij dexteram, ne tenuis quidem iniecta eſt. Sicut etiam in beati Ignatij epiſtolis ſecunda & tertia ad Trallianos & Magneſianos; itémque in diui Marci liturgica illa de Chriſto ad Deum Patrem oratione, quæ conſecrationi adiuncta eſt: vbi τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν ὁμολογοῦμεν (ait) καὶ τὴν ἐκ δεξιῶν σοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς καθέδραν, καὶ τὴν δευτέραν, καὶ φρικτὴν, καὶ φοβερὰν αὐτοῦ παρουσίαν ἀπεκδεχόμενοι. Ipſe beatus Hieronymus ad initium Pſalmi huius Dauidici; Vide ergo quid dicat, (inquit) Dixit Dominus Domino meo; huic Domino cui præcipitur vt ſedeat: Deus non ſedet, aſſumptio corporis ſedet. Huic ergo præcipitur vt ſedeat, qui homo eſt, qui aſſumptus eſt. Idem alio loco [b], per humanam ſimilitudinem Dei potentiam demonſtrari, non quo ſolium ponatur, & Deus in eo ſedeat, ſecúmque filium habeat reſidentem; ſed quo nos aliter iudicantem atque regnantem, niſi per noſtra verba intelligere nequeamus. Et ſicut proximum eſſe Deo, vel ab eo procul recedere, non ſecundum locorum ſpatia, ſed juxta merita ſentiendum eſt; quòd ſancti iuxta eum ſint, peccatores verò ab omni eius vicinia ſummoueantur: ſic

a *Epiſt. ad Hebr. cap. 1. ſub initio. Vide & cap. 8. in princip. c. 10. verſ. 12. & c. 12. verſ. 2. Vide & epiſt. ad Epheſ. c. 1. verſ. 21. & epiſt. ad Coloſſenſ. cap. 3. in princip.*

b *Ad cap. 1. Epiſt. Paul. ad Epheſ. ad illud. Et ſedere eum faciens.*

& in dextris vel in ſiniſtris Dei eſſe accipiendum eſt; quòd ſancti à dextris eius ſint, peccatores verò à ſiniſtris [a]. Cùm igitur corporaliter Chriſtus à dextris Dei patris ſedeat; non localem dexteram eius qui circumſcriptus non eſt intelligi, ſed gloriam & honorem diuinitatis, in qua Dei filius ante ſæcula exiſtens vt Deus, poſtea incarnatus, carne ſua conglorificata ipſe corporaliter manet; ab Ioanne Damaſceno alicubi [b] perſpicuè oſtenditur: quod & ante ipſum beatus Auguſtinus [c] docuerat. Ita fit, vt natura quoque noſtra, cuius ſalus per Chriſti crucem reparata eſt, in ipſius Chriſti perſona (eodem Damaſceno [d] teſte) ad Dei dexteram ſedeat; iuxta illud beati Pauli ad Epheſios [e], καὶ συνήγειρε, καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

SED mirum (ac neſcio an verum) quod ex iſta Chriſti vnigeniti Dei ad Patris dexteram ſeſſione diuus Athanaſius [f] colligit; ſiniſtræ locum vbi ſedeat Spiritui ſancto eſſe attributum: cùm non in ipſo Deo, ſed in creaturis intelligendum, Patris dexteram, beatitudinem nimirum quæ Sanctis datur perpetuam; ſicuti ſiniſtra Patris rectiſſimè dicitur miſeria perpetua, quæ impiis datur; beatus Auguſtinus Euangelicæ definitioni conuenienter memoret. Mirum & iſtud, nec ab aliis (quantum equidem memini) ſed ab ipſo Athanaſio [g] traditum; vt ſit Spiritus ſanctus à dextris Filij. Id multò rectius; quòd ſeſſionis vocabulum, idem Athanaſius paulò poſt, ſignificationem dignitatis præ ſe ferre ſcribit; quamuis enim alioquin is qui ſedet, eius loci

a *Vide Matt. Euang. cap. 5. ex quo Aug. enarr. in Pſal. 44. ad illud, Aſtitit regina.*

b *Lib. 4. de fide orthod. cap. 1. & 2. poſt D. Amb. cap. 4. lib. 2. de fide.*

c *In de agone Chriſt. c. 26.*

d *Cap. 1. lib. 4 de fide.*

e *Cap. 2. ver. 6.*

f *In de communi. eſſentia cap. quod ſpir. ſedeat.*

g *In eod. lib. de com. eſſen. vbi de dominatu.*

loci finibus in quo ſedet circumſcribatur; quod in Deum noſtrum omnino cadere non poteſt; circumſcribi tamen videri, quando quæ illius ſunt ad corporalia transferuntur. Theodoretus autem optimè (ni fallor) Chriſtum vt hominem intelligere, Sede à dextris meis; nam vt Deum habere ſempiternum imperium, & indiuiduam cum Patre diuinitatem, quæ in vnum coniuncta eſt. De ſeſſione iſta nihil amplius dicam, vbi teſtimonium Tertulliani attulero; quo comprobatur, non illam Patri, ſed Filio conuenire, vel myſticis in libris tribui; ac proinde verſus Dauidici verba iſta, (Dominus à dextris tuis,) ſic accipi debere, vt ſit cùm elegans ac vehemẽs, tum canticis poëticis apta, & verò ipſi Dauidi familiaris (id quod innumeris, quæ ad manum habeo, exemplis [a] comprobare poſſum) ad finem vſque Pſalmi continuata, ipſúmque concludens ad Deum patrem apoſtrophe; ad cuius dexterã eſſe vel ſedere dicatur. Nam ita vetuſtus ille doctor aduerſus Praxeam [b]; Filius aſcendit in ſuperiora cœlorum, qui & deſcendit in interiora terræ: hic ſedet ad dexteram Patris, non Pater ad ſuam. Hunc videt Stephanus cùm lapidaretur, adhuc ſtantem ad dexteram Dei, vt exinde ſeſſurum; donec ponat illi Pater omnes inimicos ſub pedibus ſuis, &c. vbi verba iſta (Non pater ad ſuã) expendenda cenſeo: cùm prꝗſertim Pſalmum illum Dauidicũ in memoria habuerit, quem explicamus, eiúſque initium delibauerit.

POSTREMO valdè meam ſententiam confirmat; quod quæ ſequuntur omnia, hoc eſt, non

a *Pſal. Eructauit. 44. ver. 12. 18. vbi B. Aug. Pſal. 90. Qui habitat. verſ. 5. & Pſal. 91. Bonũ eſt confiteri. in ipſo initio. & Pſal. 9. Confitebor. ver. 10. 11. & 14. & Pſ. 134. Laudate. ver. 13. & 14. & Pſal. 17. Diligam. ver. 19. ab increpatione. & verſ. 33.*

b *Ad fin. lib.*

modò extremi duo verſus, verumetiam id quod reliquum eſt illius quo de agimus, hæc verba continens (Confregit in die iræ reges) negare nemo iure poſſit, aut etiam velit (qui modò ſecundum Pſalmum cum iſto prorſus conferendum legerit) quin de Chriſto ipſo accipi debeant; de quo in tertia perſona Pſaltes diuinus loquitur: præſertim cùm ita quoque iſtud à B. Hieronymo [a] explicatū cum iis quæ ſequuntur intellexerit. Nam (vt mittam cætera) ſicuti quod dicitur, Iudicabit in nationibus, non æquè Patri (quod eruditos viros aliquot [b] non percepiſſe miror) vt Filio aptari poteſt; cùm Filio Pater omne iudicium dederit, vel ipſo teſte Chriſto: cuius hæc verba diuus Ioannes [c] antiquarius fideliſſimus retulit, οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ: vnde fidei noſtræ ſymbolo Apoſtolico continetur, è dextera Patris in qua Filius aſſidet, venturum Filium ad iudicandum viuos & mortuos; & Chriſtum ſibi meruiſſe dominium, gloriam regni, & iudicij auctoritatem, à Vigilio [d] traditur; quapropter ad Chriſtum Dei filium fortaſſe referēdū iſtud Dauidis [e], Dominus iudicat populos (quod tamen ita velim accipi, vt iuxta diuum Cyrillum [f] non ideò magis expers iudicandi factus ſit Pater, quod Filius hominis ab eo acceperit; cùm vnius eiuſdémque ſubſtantiæ atque vnum vterque ſit.) Planè Dauid ipſe alio loco [g], Deus iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filio Regis, Iudicare populum tuum in iuſtitia, &c. Et iudicabit pauperes populi, & ſaluos facies

a *Ad Pſ. 109. in verb. cōfregit. & in verbo de torrēte.*
b *Genebrar.*
c *Euang. cap. 5. verſ. 22. Vide & init. Pſ. 71. Deus iudicium. & verſ. 12. & Pſ. 95. ver. 11. & 14. & Ioan. Damaſc. lib. 1. de fide orth. c. 18. poſt D. Amb. libr. 2. de fide ad Grat. c. 4.*
d *Libr. 5. contra Eutychē.*
e *Pſal. 7. Domine. verſ. 9. 10. 13.*
f *Ad fin. libr. 2. de recta fide ad reginas.*
g *Pſalm. 71. Deus iudiciū. in princ.*

faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. Quin & ab alio Propheta[a] de Chriſto ſiue de Meſſia dictũ eſſe iſtud omnes intelligunt, Et ſuſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit rex, & ſapiens erit, & faciet iudicium, & iuſtitiam in terra, &c. Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum Dominus (in Hebr. contextu Iehouà) iuſtus noſter. Sic illud quo dicitur confractos in die iræ ſuæ reges; id eſt, confractum iri; equidem non dubito quin de Chriſto, non de Patre ipſius æterno interpretari oporteat: quoniam ita quoque, præter ipſum Hieronymum & Auguſtinum hoc loco, itidem alibi viſum ſit eidem Auguſtino[b], iſtud Dauidicum explicanti, Adorate in monte ſancto eius; vbi ſic ſcribit, Ipſe dictus eſt lapis (de Chriſto agit) quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli: lapis iſte præciſus de monte, ſine manibus confregit omnia regna terrarum, &c. regna idolorum, regna dæmoniorum fracta ſunt, &c. Et ſanè tam de gentibus iudicium, quàm hoſtium vel inimicorum regum diſſipatio ad Chriſtum florem illum virgæ de radice Ieſſe Chriſtum Dominum refertur ab Eſaia Propheta, quodam in loco (ſi benè memini) ex capite vndecimo, in hæc verba: Et replebit eum ſpiritus timoris Domini: non ſecundum viſionem oculorũ iudicabit, neque ſecundum auditum aurium arguet; ſed iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ, & percutiet terram virga oris ſui, & ſpiritu labiorũ ſuorũ interficiet impium:

a *Hierem. ca. 23. qua de re Pet. Galat. ca. 9. lib. 3. de arcan. cath. ver.*

b *In enarrat. ad Pſal. 98.*

Quid quod ipſe etiam Dauid verus Chriſti typus, ſatis hoc in perſona ſua videtur expreſſiſſe; cùm ſibi dictum fuiſſe ait [a] à Domino (Iehoua) Filius meus es tu, ego hodie genui te; Item, Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &c. Et ſtatim, Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. Denique cùm ita cecinit alio loco [b], Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant: confringam illos, nec poterunt ſtare, & cadēt ſubtus pedes meos, &c. Nam quòd illorum locorum ſimilitudine nobis adſtipulāte diximus in τῷ confregit, eſſe præteritum pro futuro; id plerumque vſuuenit in ſacris vetuſti Teſtamenti libris [c], præſertim Propheticis; ſecundum ſchema, quod à Græcis πρόληψις nuncupatur, & à Moſe quoque ipſo non ſemel vſurpatum, ſuperius quodam loco [d] admonuiſſe me recordor. Sanè Pſaltes diuinus idémque Vates, ſecundum Prophetiæ ſpiritum, pro gerēdis plerumque geſta memorat: quia ſolitus ſit (beato Hilario [e] teſte) per nō ambiguam prouidentiam gerendorum Deus futura præteritis ſignificare (ſic enim is locus omnino reſtituendus eſt; cùm anteà corruptè, non per ambiguam, & futura pro præteritis ibi legeretur) ſæpe Scriptura diuina quæ nondum facta ſunt pro factis adnuntiat, (quemadmodum Tertullianus ipſe docuit alicubi [f]) quia ſic futura ſunt; & quæ omnibus modis fieri habent, non quaſi futura ſint prædicat, ſed quaſi facta ſint narrat. Prouidens (inquā)

a *Pſ. 2. Quare fremuerũt. verſ. 7. 8. 9.*

b *Pſ. 17. Diligam te verſ. 42. & 43.*

c *Vide Ioan. Damaſc. libr. 4. de fid. ort. c. 6. ex Athana. & B. Aug. in de agone chriſtia. c. 27. Sic in Pſ. 42. Iudica me Deus. ver. 4. Ipſa me deduxerunt, præteritũ pro futuro agnoſcunt Geneb. Steuch. Eugu. Iãſen. poſt Euthiſ. ex Hebræo ipſo idiomate.*

d *Cap. 6.*

e *In enar. in 2. Pſ. Vide & in Pſ. 64. eũdem Hilariũ ad verbũ flumẽ Dei. & B. Amb. de fide. libr. 1. c. 7. & lib. 3. cap. 4.*

f *In de Trin. Vide to & B. Aug. in de agone chriſtiano. c. 27. & Aug. Eugu. ad illud, Ego ſum qui ſum, ex c. 3. Exodi.*

Scriptu

Scriptura diuina pro actis dicit, quæ futura ſcit; & pro perfectis dicit, quæ futura habet, quæ ſine dubitatione ventura ſunt. Nec tamen neſcio, ſi typum Chriſti ſolum, hoc eſt Dauidem conſideremus; iſtud (Confregit) & item quod ſequitur in verſu proximo ſecundum veritatem Hebraicam tranſlato, de terra Rabba, poſſe de victoriis Dauidicis (quas iam anteà Iſraël de Ammonitis per ipſum reportarat [a]) ex ipſa rerum geſtarum hiſtoria exponi cõmodiſſimè, ſine vllo ſchemate [b]. Interim illud (Dominus à dextris tuis qui ſcilicet confregit, &c.) vel ex iſto literalis (vt cum ſcholaſticis Theologis loquar; nã Iuſtinianæi iuris interpretes mallent τὴν κατὰ πόδας ἐξήγησιν dicere) interpretationis argumento, non de ſummo Deo Patre, ſed de Dauide atque ita de Chriſto æterno Dei Filio accipiendum eſſe colligimus; qui tanquam primogenitus Patris, ac cæleſtis regni nõ modò ſucceſſor, ſed etiam particeps (nam humano more nobiſcum Deus vbique loquitur, ſéque captui noſtro accommodat) in ſolio paterno ſedet; ſicuti de primogenito Pharaonis alicubi ſcriptum [c] legimus. Sic & Auguſta ſiue regina vxor principis aſtare à dextris eius dicitur, in quodam filiorum Chore cantico [d] de coniunctione Chriſti & Eccleſiæ vaticinantium, inter Pſalmos Dauidicos relato.

a *Vide libr. 2. Reg. ca. 10. & 12. ad finem.*

b *Hoc nõ vidit Aug. Eug. nec alij plerique loci huius interpretes.*

c *Exod. c. 12.*

d *Pſalm. 44. Eructauit verſ. 12.*

QVOD autem aliquis dixerit, verſu præcedente (vbi ſic eſt, Iurauit Dominus & non pœnitebit eum, &c.) Patrem æternum & omnipotentem, Domini vocabulo demonſtrari; hoc equidem concedo atque affirmo: qui textum

Hebraicum habere Iehoua non ignoro. Illud addo,quod in mentem veniſſe plurimis non negarim, ſed eorum qui ſcripsêre (quorum equidem libros viderim)id nemo docuit; non iſtud modò(Iurauit Dominus) ſed & illud (Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, &c.)Sic exponendum videri, non tanquam Pſaltes aliquid de Patre ſummo narret, verùm ipſe Deus ac Pater Domini noſtri de ſe loquatur ἐμφατικῶς ad Chriſtum Filium in tertia perſona: vt ſit (Emittet Dominus) Emittam ego Iehoua; Item (Iurauit Dominus,&c.) Iuraui ego Iehoua, nec me pœnitebit.Hæc enim omnia locutum Iehouam Pſaltes in ipſo eius cantici principio dixerat.Nec verò eſſe inconditam aut inſolitam Hebræis hanc loquendi rationem,ex quodam Moſaici pentateuchi loco [a] dudum deprehendimus; in quo hæc ad Moſem ſummi Dei verba referuntur; Deſcende & conteſtare populum, ne forte velit tranſcendere terminos ad videndum Dominum,& pereat ex eis plurima multitudo; ſacerdotes quoque qui accedunt ad Dominum,ſanctificentur ne percutiat eos; vbi Ad Dominum,de ſe loquens Deus protulit; pro ad me qui ſum Dominus, nempe Iehoua: ſicut illo Eſaiæ loco [b], Et ponam iaſpidem propugnacula tua,&c.Vniuerſos filios tuos doctos à Domino(pro à me;nam Dominus loquitur) & multitudinem pacis filiis tuiis. Qualem ex Zachariæ cap.10.idiotiſmum Hebraicum ſuperiùs quodam loco [c] adnotandum oſtendimus: nec abſimiliter alio Dauidicorum Canticorũ loco [d] Sagittæ

a *Cap.19.*

b *Cap.54.*

c *Cap.5.vide & quæ infra cap. proximo dicemus.*

d *Pſalm.44. Eructauit verſ.8.*

gittæ tuæ(inquit)populi ſub te cadent in corda inimicorum Regis; hoc eſt inimorum tuorum: Nam Regem ipſum alloquitur.Item alio [a],quoniam humiliaſti nos in die afflictionis, &c. Si obliti ſumus nomen Dei noſtri(hoc eſt, nomen tuum)& ſi expādimus manus noſtras ad Deum alienum: Nonne Deus requiret iſta? Ipſe enim nouit abſcondita cordis. Quoniam propter te mortificamur tota die,&c. Denique de repentina perſonarum in ſacroſanctis libris mutatione,copiosè ac præclarè diſſeritur à beato Auguſtino in enarratione Pſalmi 44. Atque vt nulla dubitatio relinquatur, apertiſſimè diuus Paulus illa verba (Iurauit Dominus) velut ex perſona ipſius patris ad filium loquentis interpretatur, epiſtolæ ad Hebræos cap. 7. vbi Chriſtum Dei filium atque Pontificem noui Teſtamenti vetuſtæ legis Pōtificibus & componit & multo præſtantiorem probat: ὁ δὲ μετὰ ὁρκωμοσίας, διὰ τοῦ λέγοντος πρὸς αὐτὸν (ait quod expendendum cenſeo) ὤμοσε Κύριος καὶ οὐ μεταμεληθήσεται,&c. Noſtram adeò interpretationem illius Dauidici carminis perſpicuè veram & certam exiſtimo: Verum ita ne aliorum tamen opinionem vnquam aſpernari velim,ſi qui melius aut probabilius poſteà in medium aliquid proferent.

a Pſ. 43. Deus auribus verſ. 22. 23. 24. & 25. vbi vide Theodoret.

SED cùm Domini vocabulum à Græco Κύριος(quod habet ſeptuaginta ſeniorum tranſlatio)non minus ad Filium pertinere, quàm ad Patrem; verſus ille primus oſtēdat; & adeò quidem vt è ſimilitudine vel communione atque conſortio nominum eandem vtriuſque Domini

ſiue Patris ac Filij ſubſtantiam beatus Hilarius [a], Theodoretus, atque Idaacius Clarus [b] colligere non dubitauerint: quamuis in eo verſu Iehouæ nomen Patri Hebraicam veritatem, Filio autem Adonai, hoc eſt Domini vocabulum tribuere; plerique [c] fateantur: ſatis mirari nequeo, quid eruditiſſimos alioquin Theologos commouerit, vt iſtud (Dominus à dextris) de Patre, quàm de Filio mallent exponere; nulla Hebræi authentici ratione habita: quod etiam conſuluiſſe non videntur. Id verò non Iehouæ ſed Adonai vel Adoni (quod equidem vt in primo huiuſce Pſalmi verſu, ſcriptum malim) hoc eſt Domini nomen præfert: quam Filij propriam & peculiarem (in Patris quidem æterni comparatione) appellationem, nunc nuper, vt in ſacroſanctis Noui Teſtamenti libris expreſſam animaduertiſſe me; ita communi primiceriorum Chriſtianorum ſermone olim vſurpatam comperiſſe, vel hac certè de cauſa gratulor mihi: quoniam hoc ipſum recẽtiores quoſque Theologos (illos præſertim quibus ſacrarum literarum aliquam cognitionem non aliunde, quàm è ſcholaſticis Theologoſophorum traditionibus haurire contigit) hactenus latuiſſe ſi dixero, minimè mentiar. Etenim vt omittam, quod in Apoſtolorum Symbolo [d] perſpicimus obſeruatum; vt de fide in Deum Patrem omnipotentem, tum deinde in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum agatur; quod cum ipſo Catholicæ Miſſæ canone concipitur; tum verò in pleriſque orationibus Eccleſiaſticis [e] omnibus ad

a *Quem vide apud Mat. can.23. ad fin.*
b *In de Trin. cap.11. contra Varimadum.*
c *Ianſ. & Geneb. ſed & alij poſt beatum Hieron.*
d *In cuius expoſitione Ruſin. Aquileienſem videto apud Cyprianum: ſed & Clem. Roma. lib. 7. conſt. Apoſt. c. 42. & Damaſ. ſymbol. apud Hieron. Epiſt. 16. & 17. tom. 9. Iren. li. 5. aduer. hæreſ.*
e *Vide Microlog. de Eccleſ. obſ. ca. 6. & Alcuin. in de diuinis of. vbi de celeb. Miſſæ.*

ad Patrem adiicitur in extremo, hæc tanquam legitima & vulgaris clauſula, Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum; quemadmodum in illa fidei confeſſione & ſubiecta ipſi oratione, quæ in diui Iacobi Liturgia proponitur: Item quod in Clementis Romani Liturgia ante præfationem & conſecrationẽ talis ad clerum benedictio exhibetur, ἡ χάρις τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔστω μετὰ πάντων ὑμῶν. Præterea quod ex iſta ipſa obſeruatione apud diuum Auguſtinum, non [a] ſemel iuſtificari nos gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum legimus: quod apud beatum Hilarium [b] in hæc verba ſcriptum extat, in abſoluto nobis ac facili eſt æternitas, Ieſum ſuſcitatum à mortuis per Deum credere, & ipſum eſſe Dominum confiteri: & item alio loco [c]. Quid enim magnum eſt, vt ante terram Deus Dominum Chriſtum generaret, cùm Angelorum origo terræ creatione reperiatur antiquior: quod apud ipſum denique diuum Martialem anteà multo ad Burdigalenſes [d], Nihil diſcretum (ait) in diuinitate Trinitatis ſentiatis; quia vobis vnus & idem Deus qui cuncta creauit Pater, & vnus & idem Dominus per quem omnia facta ſunt, filius eius Ieſus Chriſtus, &c. Et poſteà [e]: Solum Patrem cognoſcite Deum, & ſolum Dominum cognoſcite Ieſum Chriſtum, & ſolum dominantem viuificatorem cognoſcite Spiritum ſanctum. Poſtremò, quod apud beatum Ignatium ad Magneſianos legitur; καὶ εὔχομαι ἐν

a *Epiſt. 19. ad beatum Hieron. cap. 2.*

b *Ad fin. lib. 10. de Trin.*

c *Lib. 12. de Trinit.*

d *Epiſt. ad Burdig. c. 10.*

e *Ca. 12.*

ἐν Θεῷ πατρὶ καὶ Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ἐν ᾧ πλεῖστα χαίρειν ὑμᾶς εἴη. & ad Tarſenſes; τῇ οὔσῃ ἐν Ταρσῷ ἐκκλησίᾳ, ἔλεος εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη διὰ παντός. Poſſem & Irenæum [a] & Iulium Firmicum [b] teſtes huius obſeruationis producere; niſi nollem eſſe longior. Verùm quid apertius & clarius ad ea quæ diximus comprobanda, proferri poteſt, hiſce grauiſſimi Tertulliani teſtimoniis dicam, an potius oraculis? duos Deos & duos Dominos (inquit [c]) nunquam ex ore noſtro proferimus; non quaſi non & pater Deus, & filius Deus & ſpiritus Deus, & Deus vnuſquiſque; ſed quoniam retrò & duo Dij & duo Domini prædicabãtur [d]: vt vbi veniſſet Chriſtus, & Deus agnoſceretur & Dominus vocaretur, quia filius Dei & Domini: Et ſtatim, itaque Deos omnino non dicam, nec Dominos, ſed Apoſtolum ſequar; vt ſi pariter nominandi fuerint pater & filius, Deum patrem appellem, & Ieſum Chriſtum Dominum nominem: Solum autem Chriſtum potero Deum dicere; ſicut idem Apoſtolus, ex quibus Chriſtus qui eſt (inquit) Deus ſuper omnia benedictus in æuum omne. Nam & radium Solis, ſeorſum Solem vocabo; Solem autem nominans, cuius eſt radius, nón ſtatim & radium Solem appellabo, &c. Item alio eiuſdem libri loco; rationem reddimus (ait) qua Dei non duo dicantur nec Domini, ſed quà Pater & Filius duo: & hoc non ex ſeparatione ſubſtantiæ, ſed ex diſpoſitione, cùm indiuiduũ & inſeparatum Filium à Patre pronunciamus, nec ſtatu ſed gra

a *Lib. 3. aduerſ. hæreſ. cap. 13. & 18.*

b *De errore profan. relig. cap. 4. ad finem & cap. 8.*

c *Aduerſ. Praxeam.*

d *Iſtud falsũ eſſe, ſi de vetuſti fœderis libris accipias, clarum & manifeſtũ fiet ſeq. proximo cap.*

gradu [a] alium: Qui etſi Deus dicatur quando nominatur ſingularis; non ideo Deos (melius forſitan duos) faciat ſed vnum, hoc ipſo quod & Deus ex vnitate patris vocari habeat. Hactenus ille; cuius quot pene verba, tot ſententiæ ſunt; quot ſenſus, tot victoriæ; vt eleganter Vincentius Lirinenſis [b] loquitur. Attamen ad gradus nomen quod attinet, ſic exponendus locus ille; vt naturæ ordinem infeſtus Arianorum non minus quàm Patripaſſianorum & aliorum aliquot hæreticorum hoſtis intellexerit; iuxta ea quæ accuratius atquue ſubtilius (faciente Domino) poſtea [c] exquirere atque diſceptare inſtituimus: præſertim cùm idem ipſe Tertullianus alio loco [d], diuinitatem gradum non habere, vtpote vnicam pronunciauerit. Rurſum quod ait de imitatione Apoſtoli, vt cùm pariter nominandi ſint Filius & Pater, illi Domini, huic verò Dei appellationem tribuere debeamus, ne alioqui duo Domini Diíve ſimul inducãtur; hoc ipſum à beato Hilario [e] traditũ didici, ſic ferè: Fidei Eccleſiaſticæ ordines ponens Apoſtolus fidem noſtram in Patre & Filio ſtatuens (inqui) inſeparabilis illius atque indiſſo-

a Atqui reprehenſos Arianos ſcito, quòd gradib. numerorum Trinitatẽ variãtes diſtraherent: vt poſt Boët. docet B. Thom. in ſumm. par. 1. quæſt. 42. in cõfirm. concl. Mallem dixiſſet perſona, vel principio ſiue orig. aut naturæ ordine: de quo ex D. Aug. vide B. Thomam in ſumma par. 1. q. 42. art. 3. & quod dicemus inf. cap. vlt.

b *Contra hæreſ. cap. 24.*

c *Cap. 10, & 12. inf.*

d *Aduer. Hermogen. quo ex loco verba retuli cap. 10. inf.*

e *Lib. 8. de Trin. & notandum quod in conſideratione Dei vt ſuos reſpicit effectus appropriatur patri à quo, filio per quem, Spiritui ſancto in quo: nec confuſè accipiendum quod ait Apoſtolus ex ipſo & per ipſum & in ipſo, docet ex D. Auguſtini libr. 6. de Trinit. ad extremum B. Thom. in ſumma. par. 1. quæſtio. 39. arti. 8. & quæſt. 44. arti. 1. vbi Apoſtoli locus ex cap. 11. ad Rom. explicatur: de quo egimus ſupra cap. 4. huius ſyntagm. Vide illum ipſum Thomam quæſt. 45. art. 6. Vtrum creare ſit proprium alicuius perſonæ in diuinis.*

lubilis

lubilis vnitatis & fidei ſacramentũ locutus eſt, dicens, vnus Deus pater ex quo omnia & nos in ipſo, & vnus Dominus noſter Ieſus Chriſtus per quẽ omnia: quo loco cauet Apoſtolus per eloquia nominum duos vel Deos prædicare vel Dominos: & idcirco vſus eſt eo genere doctrinæ vt in vno Domino Chriſto vnum ſignificaret & Deum,& in vno Deo patre vnũ ſignificaret & Dominum: cùm in Domino Chriſto & Deus eſſet,& in Deo patre eſſet & Dominus; & vnum eſſet vterque quod Deus eſt, & vnum eſſet vterque quod Dominus eſt: quia imperfectum eſſet Deo, niſi Dominus ſit; & Domino intelligatur deeſſe, niſi Deus ſit. Sic omnino Hilarius; cuius & item Tertulliani ſcriptis authoritatem ex diui Pauli (quem laudant ipſi) teſtimoniis propè innumeris quæri, nihil neceſſe iudico; cùm paſſim occurrant præclaras ipſius epiſtolas [a] legentibus: quas imitatus ſummus Pontifex vrbis Romæ Archiepiſcopus & Patriarcha Ioannes [b] ad Imper. Iuſtinianum ſcribens, eiúſque de fide edictum approbans, in extremo epiſtolæ; Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti (ait) & charitas Dei patris & communicatio ſancti Spiritus ſit ſemper vobiſcũ, piiſſime fili.

Porro hæc omnia cùm ita ſeſe habeant; verúmque ſit quod olim Pamphilus Martyr in Apologia pro Origene docuit [c], non alium ſpiritum in veteribus, alium verò in his qui in aduentu Chriſti inſpirati ſunt, fuiſſe; immo verò eundem, atque vnum in plurimis Prophetiæ

a *Paul. epiſt. ad Rom. cap. 7. ad fin. & 1. Cor. ad cap. 1. ver. 1. & 2. ad Corint. cap. 1. verſi. 2. & 3. & cap. vlt. ad finem & initio ipſo epiſt. ad Galat. ad Epheſ. Philip. Coloſſ. Theſſ. 1. & 2. c. 2. ad Tim. in princ. & ad Tit. ad Phil. & rurſum cap. 2. ad Phil. verſi. 11. & 2. ad Theſſ. cap. 2. verſ. 16. & cap. 3. verſ. 4. 5. 6. & epiſt. 2. ad Timoth. ca. 4. in princ. Sed è 1. Petr. cap. 1. verſi. 3. & 2. c. 1. ver. 2. 16. 17. & B. Io. epiſt. 2. cap. 1. verſi. 3.*

b *l. inter clar. in fin. C. de ſum. Trinit. et fid. Cathol. & l. 6. τῆ σωτηρ. §. πιστεύομεν. eodem titul.*

c *In Apologet ex interpretatione Rufini.*

ſpiritum

ſpiritum per ſucceſſiones atque interualla temporum non demutantem (ſicuti beatus Hilarius[a] etiam tradit) religioſæ doctrinæ prædicationem, nec eſſe in Euangelio nouum, ſed nec nouè datum ſanctum Spiritum; quod à Tertulliano[b] pridem proditum fuiſſe memini: lubenter equidem facio, vt quod Hebræorum diuerſitas nominũ in Patre ac Filio ſuadet (quorum ille Iehoua id eſt Exiſtés, hic Adonai ſiue Adoni hoc eſt Dominus meus ſignificat) perſtem in mea illa verborum Dauidicorum (Dominus a dextris tuis) interpretatione; Filiúmque ad paternam dexteram eſſe; hîc quoque ſicut in ipſo eiuſdem cantici principio iiſdem verbis concepto, Prophetam ceciniſſe, quod à primo ſuſpicatus fueram; nunc porro aſſeuerare non verear: poſtquàm non eſſe me ſolum in hac ſententia, ſed hoc ipſum quod nuper mihi vetuſtioribus aliquot primæ notæ interpretibus, eruditionis ac probitatis ſingularis merito fulgentibus, olim etiam viſum fuiſſe deprehendi: quanquam nec ratione vlla vel argumento, nec verò ſanctæ linguæ (quam ne deguſtarant quidem) proprietate, neque Tertulliani aut Apoſtoli potius authoritate ac teſtimonio, ſicuti nos facimus, ipſi niterentur. Cùm ergo beatus Hieronymus exiſtimauerit hoc loco non minus ad Filij dexteram ſedere Patrem, quàm Filium ad Patris dexteram; & hoc totũ propterea dici, vt æqualis ſit Filius Patri: hanc quidem opinionem authore non citato adfert beatus Auguſtinus; ſed ita vt iſtam potius probandam doceat,

a *Ad fin. lib. 5. de Trinit. vide & Irenæū lib. 4. aduerſus hæreſ.*

b *In de Trinit. ſic & Io. Damáſc. cap. 18. libr. 4. de fid. orth. in princip.* διὰ πνεύματος τιμίου ἁγίου, ὅτι νόμος καὶ οἱ προφῆται, Εὐαγγελισταὶ καὶ Ἀπόστολοι καὶ ποιμένες ἐλάλησαν καὶ διδάσκαλοι.

doceat, quam nos laudamus & ſequimur. Eius enim iſta ſunt, Dominus dixerat, Sede à dextris meis, nunc Dominus à dextris eius, quaſi mutauerint ſedes; an fortè ſic potius & ad ipſum Dominum qui iurauit ſermo directus eſt, Dominus à dextris tuis: O tu Domine qui iuraſti & dixiſti, Tu es ſacerdos in æternum, &c. Dominus à dextris tuis, ipſe (inquam) ſacerdos in æternum, de quo iuraſti, Dominus eſt à dextris tuis: quia eidē Domino meo dixiſti, ſede à dextris meis, &c. Iſte ergo Dominus qui (hoc Qui, deleuerim lubens) eſt à dextris tuis, de quo iuraſti & cui iuraſti dicens, tu es ſacerdos, &c. ipſe vtique Chriſtus, quid agit qui eſt ad dextram Dei, & interpellat pro nobis tanquam ſacerdos, &c. Ille ergo à dextris tuis conquaſſauit in die iræ ſuæ Reges. Auguſtino Proſperum Aquitanicum Regienſem Epiſcopum in huius loci explicatione aſſentiri, conſtat * ex iſtis eius verbis, quæ proferam; ad ipſum Dominū, qui dixit Domino, ſede à dextris meis, Prophetæ ſermo directus eſt; ipſe inquit, Domine cui iuraſti, tu es ſacerdos in æternū, Dominus à dextris tuis, qui conquaſſauit in die iræ ſuæ reges; illos de quibus dictum eſt, Aſtiterunt Reges terræ & principes conuenerunt in vnum, &c. Equidem in profundo Scripturæ ſenſu, quod ſe magis præſtare diligentiā requirendi, quàm affirmandi temeritatem diuus Auguſtinus [a] prædicat; ipſe itidem tenuitatis meæ conſcius mihi præ me ferre ſoleo At hoc certè loco, rem acu (quod dicitur; abſit verbo inuidia) tetigiſſe videor; nec amplius

* hos à me citatos cū hic legiſſet Genebrardus in authētico nondum excuſo, quod ipſi à me Villarius Clar. antequàm typis mādaret, bona fide commodauerat; tādiu id penes ſe habuit donec ſuorum in Dauidem cōmentariorū quarta (quā adornabat) in manus hominū veniret editio: in qua demū iſtos itidem citauit, auctores grauiſſimos: nec ſequutus eſt tamē; credo, ne quidpiam didiciſſe cōmonſtrātib* nobis, aut de ſentētia deceſſiſſe videretur.

a *Lib. 6. de Geneſi ad liter. cap. 9.*

amplius quicquam requiro: περὶ τινὸς γὰρ τὸν εἰκότα μῦθον ἀποδεχομένους, πρέπει μηδὲν ἔτι παραζητεῖν, vt Plato [a] ſcribit. Cæterùm interea, vnde ſenſus idem elici poteſt, id cùm ab antiquis ita lectum fuerit, vt immutare nolo, nec fas eſſe mihi duco; in hoc præſertim genere literarum: ſic equidem ſeptuaginta ſeniorum tranſlationem, ſi nõ oſcitantiæ aut incuriæ damnare, obſcuritatis tamen (vt ne quid acerbius dicam) ob illam diuerſorum Patris ac Filij vno τοῦ Κυρίου vocabulo redditorum homonymiam (quæ alios fefellit plurimos, ac me quoque diu multúmque iam exercuit) incuſare cogor. Quos profectò vel Hebræa ipſa Iehouæ & Adoni vocabula iſto & aliquot aliis locis retinuiſſe; vel Exiſtentem & Dominum reddendo, Hebræis veſtigiis in exprimenda diuinorum nominum ſignificationis veritate, propius inſtitiſſe cuperem: quę multo melius fuerat non interpretata ponere, quàm vim eorum interpretatione tenuare; ſicuti beatus Hieronymus ad Marcellam [b] ſcribit.

a *In Timæo.*

b *Epiſt.* 137.

CAP. IX.

NEMINI vnquam conceſſurus ſum antiquitati plus auctoritatis ac venerationis vt tribuat, plúſve timoris ac honoris deferat, quàm ipſe facio; nemini vt ſtudioſius omnem λογοδαιδαλίας, & faſtidioſæ tractatorum æſtimationis (vt verbo vtar Hieronymi [c]) aut etiam arrogantiæ atque iactantiæ puerilis labem refugiat, ipſámq; iſtius

c *Epiſt.* 101. *ad Pammach.*

adeò ſuſpicionem ab ſe amoliri velit: nec enim noſtro nomini famam viros illuſtres accuſando, quærimus [a]. Quod autem proximis quatuor ſermonibus ad extremum de vetuſta ſeptuaginta virorum interpretatione conqueſti ſumus, ob ſolutiorem ipſorum in transferendis Hebraïcis Dei nominibus licentiam; id nolim à nobis iniuria, vel temerè factum exiſtimari. Nec enim ignoramus, quantum ipſis diuus Irenæus quodam loco [b] tribuat; impudoratos (hoc eius verbum eſt) & audaces oſtendi tradens eos, qui volunt aliter quàm ſeptuaginta ſeniores illi, Scripturarum interpretationem nunc facere; cùm vetuſtæ illi priuſquàm Dominus noſter deſcenderet factæ, Apoſtolorum traditio ſit cōſona: qui Prophetica omnia ſic enunciauerunt, quemadmodum ſeniorum interpretatio continet. Diuus item Hieronymus ad Pammachiū [c], vires obtinuiſſe in Eccleſiis editionem ſeptuaginta, vel quia prima eſt, & ante Chriſti facta aduentum; vel quia ab Apoſtolis, in quibus tamen ab Hebraïco nō diſcrepat, vſurpata. Quamobrem tot hominum ad tantum opus ab Eleazaro tunc Pontifice electorum auctoritati, nullum interpretem vnum anteponi debere, diuus etiam Auguſtinus [d] profitetur. Sed non ipſi ab eorum tranſlatione primi diſceſſimus. Nec ſibi religioni duxit beatus ille Hieronymus eorum partes deſerere, verbáque ipſorum nonnulla interim obelo prænotanda dicere [e], interim ambiguitatis reprehendere [f], omiſſa repetere, deprauata corrigere, confuſum apud illos, & nunc mul

a *Hoc etiam de ſe Aug. ad Hieron. epiſt. 19. cap. 1.*

b *Cap. 25. lib. 3. aduer. hær.*

c *Epiſt.* 101.

d *Cap. 43. lib. 18. de Ciuit. Dei. Vide & epiſt. 8. ad Hieronym.*

e *Vt in Proœ. in Iob. ex trāſlat. 70. & Eſa. c. 40. ad fin. primæ annotationis, & initio tertiæ.*

f *Ad illud, Qui euangelizaſsit.*

multò alium in Hebræo eſſe ſenſum, aut neſcio quid tranſlatum quod ad ſenſum non pertineat, dicere [a]; corruptóque textu Hebræo pro Ahic quod eſt in palude, Achi neque Græco ſermone nec Hebræo tranſtuliſſe [b], perperam ſumpto Iod pro Vau aſſerere: ſed & in cap. 5. & cap. 46. Geneſeως, numerum pro numero contra veritatem Hebraïcam appoſuiſſe; déque ſuo lineas aliquot per prolepſin ſiue anticipationem rerum poſtea geſtarum Hebræi textus tranſlationi addidiſſe, oſtendere: immò & ex aduerſo Græcæ Latinis verbis à ſe redditæ, atque adeò editæ [c], aliam ſacrorum librorum Hebræo idiomati magis accommodatam impulſu Sophronij, qui de varietate interpretum querebatur, interpretationem facere: quamquam & iſto quem tractamus, & aliis aliquot locis (neſcio quamobrem) Græca potius quàm Hebræa verba totidem Latinis ille ipſe Hieronymus expreſſerit: qui alicubi [d], longum eſſe ait, euoluere quanta ſeptuaginta de ſuo addiderint, quanta dimiſerint; quæ in exemplaribus eccleſiæ obelis aſteriſcíſque diſtincta ſunt. Alibi [e] etiam & Aquilæ Iudæi, & verò Symmachi ac Theodotionis Iudaizantium hæreticorum interpretationem, in Hexaplis haberi apud Eccleſias, & ab Eccleſiaſticis viris explanari ſcribit.

VERVMENIMVERO religioſi ac myſtici libri ſumma cum religione tractandi ſunt; atque vt in humanarum legum interpretatione, quàm minimum iuris poteſt atque arbitrij (vel ipſo Ariſtotele [f] teſte) relinquendum iudici;

a In q. Hebr. in Geneſ.

b Cap. 41. Geneſ. vbi Hier.

c Vide ad fi. epiſt. 19. apud Aug. quod eã ſibi ab ipſo mitti voluerit.

d Ad Pãmac. de opti. gene. interpr. epiſt. 101. Vide hac de re Auguſt. epiſt. 10. Vide & ipsũ Hiero. in Proœ. I. in Iob, ſecundum tranſlationem 70. & in quæſt. Heb. in Geneſ.

e In Proœ. in Iob, ſecundũ tranſlationem 70. & epiſtol. 135. ad Suniã & Fretelam. Et in Præf. in Iob ſecundum tranſlationem 70.

f Lib. 5. Eth. Nicom.

ſic & in ſacrarum literarum explicatione, quemadmodum non debemus ita verbum de verbo exprimere, vt in κακοζηλίαν interpretationis incurramus; & dum ſyllabas ſequimur, perdamus intelligentiam, fiátque abſurda tranſlatio; ſed neque putida nos verborum interpretatione torquere, cùm damnum nō ſit in ſenſibus, quod Hieronymus[a] admonet: ſic ab ipſorum verborum tenore, ac proprietate natiua, ne latum quidem vnguem (ſi quid iudico) fidus interpres debet recedere. Apage igitur paraphraſes iſtas, quas nemo non ſibi, more ingenióque ſuo fingere, ac prodigialiter (vt Flacci[b] verbo vtar) variare licitum exiſtimat: Apage, inquam, illas, quæ non eundem, ſed alium ſenſum aliis ſermonibus indicant. Nam vt omittam, quod Origenes[c] ille, omnes homines ad comparationem verbi diuini non ſolùm ineloquentes, ſed & mutos putandos tradit: Sapienter, veréque (animo quidem meo) diuus Hilarius[d] alicubi; Non relictus eſt hominū eloquiis (inquit) de Dei rebus alius præterquàm Dei ſermo: omnia reliqua & arcta, & concluſa, & impedita ſunt, & obſcura. Si aliquis aliis verbis demonſtrare hoc, quàm quibus à Deo dictum eſt, volet; aut ipſe non intelligit, aut legentibus non intelligendum relinquit: Et alio loco[e], Non poteſt aliter (ait) de Deo, quàm vt ipſe eſt de ſe teſtatus, intelligi. Ceſſent itaque propriæ hominum opiniones, neque ſe vltra diuinam conſtitutionem (ſicuti ſanctus ille pater admonet) humana iudicia extendant: cùm Gregorius etiam Bæticus[f] de Trinitate ac fide agens.

a *Ad Suniam & Fretelam, epiſt. 155.*

b *In art. Poë.*

c *Orat. 20. ſuper Exod.*

d *Lib. 7. de Trin. Nihil autē de Deo temerè dicendum quod in ſcriptura eius non legimus, ex Auguſtino ſcire eſt, eo loco quem ad finem cap. vlt. proferemus.*

e *Lib. 4. de Trinit.*

f *Huius meminit. Hieron. in lib. de ſcriptor. eccleſ.*

agens ad Placidiam Auguſtam [a], non licere interpreti aliter ſentire quàm ſcriptum eſt; nec opus eſſe vt noſtros ſenſus ingeramus; ſcripturas enim diuinas ob hoc editas eſſe, vt ſecundum illarum ſenſum noſtram fidem dirigamus, non vt noſtros ſenſus illarum ſacris dictionibus inſeramus. Hanc profectò Scripturis illis, ſed tantummodò canonicis, ingenuam deberi ſeruitutem diuus Auguſtinus [b] author eſt; qua eas ſolas ita ſequamur, vt conſcriptores earum nihil fallaciter poſuiſſe, nihílq; in eis omnino erraſſe non dubitemus. Veterum verò librorum, hoc eſt, vetuſti Teſtamenti fidem de Hebræis voluminibus examinandam eſſe; & ſi quando inter Græcos Latinóſque diuerſitas eſt, ad Hebraïcam recurri debere veritatem, vt quicquid de fonte proficiſcitur, hoc quæramus in riuulis, vt ab Hieronymo [c], ſic & ab illo ipſo ſapientiſſimo Antiſtite [d] prudenter ac præclarè traditur.

NAM ſi fortè quiſpiam ideò me contentioſum verborum calumniatorem (quod certè nolim) exiſtimet; regióſque illos tranſlatores [e] nullam eſſe reprehenſionem commeritos, dum ab Hebræorum Dei nominum proprietate receſſerunt; quoniam ita in ſacroſanctis noui Teſtamenti [f] libris, initium noni & centeſimi Pſalmi Dauidici omninò repræſentatum, vt ipſi ſcripſerint; legimus; in hæc verba; ſcilicet *εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου*, &c. quemadmodum initium ſecundi Pſalmi apud diuum Lucam [g] alicubi: Huic ita reſponſum (vt nunc quidem eſt) volumus; Chriſtum Do-

a *Initio lib. de Trin. in to. 8. Bibliot. ſacr.*

b *Epiſt. 19. ad Hiero. & can. ego. diſt. 9.*

c *Epiſt. 135. ad Suniam & Fretelam, ſub initio.*

d *Can. vt veterum. diſtin. 96. apud Gra. Videto & Hieron. init. epiſt. 135. ad Suniã & Fretelam.*

e *Septuaginta. Sic ab Hilar. dicũtur in enar. Pſal. 2.*

f *Euãg. Act. Apoſt. & Pauli epiſt. vt monuimus initio ſuperioris ca.*

g *Act. Apoſt. cap. 4. ver. 25. & 26. vbi Κύριος dictus qui in Hebræo nũcupatur Iehoua.*

minum, cùm de Pſalmi huius interpretatione apud Iudæos ageret, Syriacè loquutum; & Dauidica verba, ſi non Hebraïcè, vti ſe habebant, at Syriaco ſermone recitaſſe: ab Apoſtolis autem & Euangeliſtis Græcè ſcribentibus, & in veterum Scripturarum interpretatione ſenſum magis quàm verba quærentibus, & qui (vel beato Hieronymo [a] teſte) non magnoperè de ordine ſermonibúſque curarent, dum intellectui res pateret; ex fide ſeptuaginta ſeniorum, non ex Hebraïca veritate, Græcè illa reddita: probè ac prudenter, propterea quod ſeptuaginta illorum tranſlatio, apud Chriſtianos Græcæ linguæ peritos homines in vſu eſſet; quorum plerique vtrum alia eſſet aliqua interpretatio (ſicuti memorat beatus Auguſtinus [b]) ignorabant: præſertim autem, vbi ab ipſis Apoſtolis rei alioquin ob nominum ambiguitatem ſuboſcuræ ſtatim explicatio ſubiicitur. Sanè Apoſtolos id curaſſe, vt quoniã prima Eccleſia ex Iudæis fuerat congregata, nihil ad credentium ſcandalum innouarent, ſed ita vt à paruo imbiberant, traderent; poſtea verò non potuiſſe ſemel ſuſcepta mutari, diuus ipſe Hieronymus ad Marcellam ſcribit [c]. Atque in ſimili ſeptuaginta tranſlationis reprehenſione circa hiſtoriam cap. 46. Geneſeως enarratam, de numero animarum cum Iacob Ægyptum ingreſſarum; ipſi ſeptuaginta interpretes (inquit Hieronymus [d] idem) qui hîc ſeptuagintaquinque animas per πρόληψιν cum Ioſeph & poſteris ſuis Ægyptum ingreſſas eſſe dixerunt: in Deuteronomio ſeptuaginta tantùm intraſſe

[a] *Ad Pammac. epiſ.* 101. *de opt. gener. interpr.*

[b] *Cap.* 43. *lib.* 18. *de Ciuit. Dei.*

[c] *Epiſt.* 137.

[d] *In quæ. ſeu tradit. Heb. in Geneſ.*

intraſſe memorant. Deinde adiicit idem ipſe ſanctus,piúſque, ac omni doctrinæ genere inſtructus Eccleſiæ Dei ſanctæ doctor,vt ſimili ex auctoritate ſacroſancti noui Teſtamenti argumento(ſicuti nos quoque fecimus) reſpondeat: quod cùm illa iam exſcripſiſſem, virgula tanquam diuina reperiſſe me, qui tum alia omnia cogitarem,magnoperè lætatus ſum;& hoc loco inſerendum, vt viri tanti exemplo me à ſuſpicione temeritatis liberarem,atque à nouationis prophanæ calumnia protegerem, exiſtimaui:ſic ferè, Quòd ſi è contrario nobis id opponitur, quomodo in Actibus Apoſtolorum in concione populi dicatur ad populum ; ſeptuagintaquinque animas ingreſſas eſſe Ægyptum ; facilis excuſatio eſt: Non enim debuit ſanctus Lucas (qui ipſius hiſtoriæ ſcriptor eſt) in gentes Actuum Apoſtolorum volumen emittens,contrarium aliquid ſcribere aduerſus eam Scripturam,quæ iam fuerat gentibus diuulgata: & vtique maioris opinionis illo duntaxat tempore ſeptuaginta interpretum habebatur auctoritas, quàm Lucæ qui ignotus & vilis & non magnæ fidei in nationibus ducebatur.Hoc autem generaliter obſeruandum, quod vbicumque ſancti Apoſtoli aut Apoſtolici viri loquuntur ad populos, iis plerumque teſtimoniis abutuntur; quæ iam fuerant in gentibus diuulgata: licet plerique tradant Lucam Euangeliſtam, vt proſelytum Hebræas literas ignoraſſe. Hactenus ille;quem potius quàm Eugubinũ Steuchum & aliquot è recentioribus Gnoſticis alios librariis

errorem in illis Moſis ac Lucæ locis adſcribentes ſequor. Nam ſeptuaginta Iudæorum illorum interpretum, etſi præeminentem ipſis auctoritatem in hoc munere ſine controuerſia tribuendam de Auguſtini ſententia [a] reor; in permiſcendis tamen ſanctarum Trinitatis perſonarum appellationibus, vti iudicium Apoſtoli probarint potiùs, quàm vtcunque tolerarint; nemo vnus mihi facilè perſuaſerit. Quanquam enim aliter ſentire Pater ille ſanctus videatur, qui ad diuum Hieronymum [b] ſcribens, propterea ſe nolle ait, ipſius ex Hebræo interpretationem in Eccleſis legi; ne contra ſeptuaginta auctoritatem tanquam nouum aliquid proferens, magno ſcandalo Chriſti plebes perturbaret, quarum aures & corda illam interpretationem audire conſueuerant, quæ etiam ab Apoſtolis approbata eſt: attamen generaliter Auguſtinus non de iſto ſpecialiter loco loquitur; & quod approbatam ait, meliùs forſitan cum ipſo Hieronymo dixiſſet vſurpatam, neque reprehẽſam vel improbatam. Vtut ſit, fraudi non eſſe futurum arbitror, mihi aliter hunc Pſalmum totum explicanti, quàm ſeptuaginta fecerint; exemplum ipſius Hieronymi ſequuto in aliis: cùm aliud ſit, in Eccleſiis Chriſto credentium Pſalmos legere, aliud germanam verborum ſignificationem atque vim ſeu energiam depromere; qua non percepta, ne ſenſum quidem intimum aſſequi fas cuiquam fuat. Denique quod ſeptuaginta interpretes tranſtulerũt propter vetuſtatem, in Eccleſia decantandum eſt (inquit Hieronymus [c] & quod

Hebrai

a *Epiſt. 8. ad Hieronym.*

b *Epiſt. 19. ad fin. apud Aug.*

c *Epiſt. 135. ad Sun. & Fre.*

Hebraïca veritas habet, ſciendum propter notitiam Scripturarum; ita tamen, vt ſiquid pro ſtudio ex làtere additum eſt, non debeat poni in corpore. Planè, ſecùndum illam Tertulliani quæ à nobis proximo càpite relata fuit definitionẽ; & Patri, cùm ſeparatim de ipſo agitur, nomen Domini; & Chriſto Dei filio ſimiliter, Dei appellationem [a] plurimis ſacrorum librorum locis tribui ſcio: & verò illud Iehouæ myſticum nomen, de Meſſia, ſiue de Chriſto, atque adeò de filio Dei verbo poſt Ionathæ Targũ, ſiue Chaldæam interpretationẽ, Rabbini [b] quoque nonnulli apud Eſaiam [c], atque Hieremiam [d] eſſe accipiendum autumant; Meritò quidem: cùm ſacroſanctum beati Marci [e] Euangelium in ipſo ſtatim initio huius rei fidem nobis indubitatam faciat.

CÆTERUM in illo Dauidicò cantico, de quo ſuperiori ſermone actum eſt, quod ex eiuſdem Tertulliani regula oſtendimus, vbi Pater ac Filius pariter nominantur; illi Iehouæ, id eſt Dei, huic verò Adoni, hoc eſt Domini nomen aſſignari; hoc ipſum alio etiam Dauidicorum Pſalmorum loco factum obſeruauimus. Nam in 146. [f] ſæpius habita Dei mentione, vbi Deus in Patre & Filio permixtim & pariter laudatur; hic quidem Dominus, ille Iehouà, hoc eſt Exiſtens nuncupatur. Ædificás Ieruſalem Iehoua (inquit Pſaltes [g], vbi vulgò legitur ex autographo Græco Dominus, non ſatis bene, ſi quid iudico) diſperſiones Iſraëlis congregabit; Et poſtea [h], Suſcipiẽs mãſuetos Iehoua (pro quo etiã Dominus

a *Eſa. c. 7. & 9. & in ſacroſancto Chriſti Euãg. ſecũdũ Ioan. cap. 20. verſicul. 28. καὶ ἀπεκρίθη Θωμᾶς, καὶ εἶπεν αὐτῷ, ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου. D. Paul. ad Rom. c. 9. verſic. 5. vide Tert. in de Tr.*

b *Hoc ante nos animaduertit Geneb. lib. 2. de Trin. poſt Galat. tamen c. 4. 9. & 10. li. 3. de arc. cath. verit.*

c *Cap. 40.*

d *Cap. 23. & 33. Adde Ioel 3. & Zac. 14. c. ſed & Eſa. c. 2. 8. 12. 25. 35. 40. 45. & 47.*

e *Cap. 1. ver. 2. & 3.*

f *Laudate Dominum.*

g *Verſ. 2.*

h *Verſ. 6.*

in vulgari tranſlatione) humilians autem peccatores vſque ad terram: Et ſtatim [a], Præcinite Iehouæ in confeſſione (vulgata itidem vt ſuperiùs habet Domino) pſallite Deo noſtro in cithara. Rurſum in verſu 5. eiuſdem Pſalmi; vbi de Filio qui ſapientia [b] & virtus Patris, ipſe Deus eſt, non Deum tamen, ſed Dominum Vates nominat. Magnus Adonénu (inquit, hoc eſt, vt habet vulgata è Græco tranſlatio & rectè quidem, Dominus noſter) & magna virtus eius, & ſapientiæ eius non eſt numerus. Nec tamen ita ſentio, tanquam Pater in comparatione Filij non etiam Dominus interdum rectè nominetur; quemadmodum in Patris Dei comparatione, Filius interdum [c] & ipſe Deus dictus eſt: ſi modò aliud quàm Domini nomen Dei filio diſtinctionis gratia, & ad confuſionem euitandam tribuatur: ſicut in illa oratione quæ apud Lucam [d] extat in Actis Apoſtolorum: *καὶ τοίνυν Κύριε ἔπιδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν, καὶ δὸς τοῖς δούλοις σου,* &c. *σημεῖα καὶ τέρατα γίνεσθαι διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἁγίου παιδός σου Ἰησοῦ,* &c. Etenim rectè ac verè beatus Hilarius quodam loco [e], vnum Dominum Chriſtum, Deo patri auferre non poſſe quod Dominus eſt, tradidit; & vnum Deum patrem vni Domino Chriſto non intelligi negare quod Deus eſt. Beati ſanè Marci liturgica de conſecratione ſanguinis Chriſti ad Deum patrem oratio, ita ipſum à perſona Filij diſtinguit, ac ſecernit; vt *Κύριον* quidem vtrumque, ſed illum præterea *δεσπότην* vocet; quo loco *τὸν θάνατον δέσποτα Κύριε παντοκράτωρ, ἐπουράνιε βασιλεῦ, τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ,*

Κυρίου

a *Verſ. 7.*

b *1. Paul. ad Cor. cap. 1. ad fin. & Prou. Sal. c. 5. & 9. Cypr. ad Quirin. teſtim. aduerſ. Iud li. 2. ca. 1. & 2. & apud eũ Ruffin. Aquileiẽſ. in expoſit. in ſymb. Apoſt. pag. 546. Iſid. Peluſiot. ad Paul. epi. 143. vbi de Philone & B. Hie. ad Pſal. 146. Laudate ver. 5. & Baſil. Mag. in libr. de Spiritu ſancto. c. 18. vide & quæ ſcribimus infr. cap. prox.*

c *Vt in ipſo Euang. ſecundum Ioã. initio & in ſymbolo Nicæno.*

d *Cap. 4. ver. 29. & 30.*

e *Initio libr. 11. de Trinit.*

Κυρίου τοῦ καὶ Θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καταγγέλλοντες, &c. Quemadmodum & in eximia illa diui Petri ad Deum patrem oratione, quæ à Luca [a] refertur, δεσπότου vocabulo Iehouæ nomen illud ſacroſanctum, quà potuit deſignatum arbitror in illo loco, δέσποτα σὺ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, &c. Nam ſubiicitur paulò poſt, συνήχθησαν γὰρ ἐπ' ἀληθείας ἐπὶ τὸν ἅγιον παῖδά σου Ἰησοῦν ὃν ἔχρισας, &c. Rurſum apud Iudam in epiſtola catholica [b], Θεοῦ quidem appellatio vtrique, ſed inſuper Filio δεσπότου nomen aſſignatur; quo loco τὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν χάριν μετατιθέντες εἰς ἀσελγείαν, καὶ τὸν μόνον Θεὸν καὶ δεσπότην τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀρνούμενοι. Ieſus verò Sirachi filius [c] (in Græco quidem contextu, nam Hebræum autographum non habemus) Regis aut Patris appellationem nomini Domini adiungit, cùm de Deo loquitur; qui filium Dei Chriſtum intelligens, Dominum ſine adiectione vlla vocauit: ἐξομολογήσομαί σοι Κύριε βασιλεῦ (ait) καὶ αἰνέσω σὲ Θεὸν τὸν σωτῆρά μου: Et poſtea, καὶ ἐπικαλεσάμην Κύριον πατέρα Κυρίου μου, μὴ ἐγκαταλιπεῖν με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως. In vetuſto autem filiorum Chore Cantico, vbi de filio Pſalmi eius autor egit, quem Elohim ante, hoc eſt Deum, nominauerat, ſic ferè [d], Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi; virga directionis, virga regni tui; Poſteà de Patre ſentiens, non ſemel ſed iteratò Deum diſtinctionis gratia nuncupat; quo loco, Propterea te vnxit Deus Deus tuus (Elohim Elohecha eſt in Hebræo autographo) præ conſortibus tuis. Magnam emphaſim ac vehementiam

a *Act. Apoſt. c. 4. ver. 24.*

b *Cap. 1. ver. 4.*

c *Cap. 51.*

d *Pſal. 44. Eructauit. verſ. 19. quem locũ explicat Cyri. lib. de incar. vnigenit. cap. 14. vt filium virgam eſſe patris qui per eũ habet omniũ poteſtatem aſſerat.*

habet

habet illa vocabuli Deus, vt ad Patrem referatur, geminatio; ſicut aliis apud Dauidem locis [a]: quod enim priore loco poſitum Dei nomen, vtpote vocatiui caſus, tanquam adſtipulante omnino (cùm aliter ſe habeat tamen) ſeptuaginta virorum interpretatione, ad filiũ Dei Chriſtum beatus Auguſtinus retulit; in eo rectè meritóq; (niſi fallor) à doctiſſimo Ianſenio [b] reprehenſus eſt: quem potius hac in re, quàm Hieronymum ad Principiam [c] ſequor; cùm & Aquilam ita ſenſiſſe, ab aliis [d] quoque ſit proditum. Illud addo, & in præcedente verſu, quem antè appoſui; forſitan verius eſſe, vt filius Dei (quanquam ibi de ipſo agit; quem & Deum eſſe conſtat ex variis ſacrorum librorum locis [e], vt paulò antè diximus; & ex eo quòd ibidem ſedem ipſius æternam & perpetuam eſſe ait; Salomon autem neque longiorem habuerit vitam quàm cæteri homines, neque peruenerit ad ſenectutem patris; eos quoque omnes qui ex eo duxerunt originem communis finis exceperit, ſicuti peritè ac probè Theodoretus [f] aduerſum Iudæos alicubi differit: præſertim verò quòd ſempiterna ſedes, niſi æterni Dei, eſſe aut intelligi non poſſit) non ipſe tamẽ vocetur diſertè Deus; cùm in autographo Græco LXX. ſeniorum, & initio epiſtol. D. Pauli ad Hebræos ſit primo caſu ita, ὁ Θεὸς (non etiam in quinto ſic ὦ Θεός vel Θεὲ [g]) vt & poſtea,

a *Init. Pſ.21. Deus Deus meus reſpice in me. & init. Pſal.62. Deus Deus meus ad te de luce vig. & Pſ.49. Deus deorũ. in prin. & ver. 4. & 9. Pſal. 47. Magnus. verſ. vlt.*

b *In cõment. ad eũ locum.*

c *Epiſt. 140.*

d *Geneb. ad hũc locũ poſt Hieron. ſanè Cle. Rom. lib. 5. Apoſt. cõſt. cap. 19. cuius initiũ, καὶ γὰρ καὶ νῦν, legit ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου, &c.*

e *Præter quos vide quæ de Chriſti diuinitate Naz. li. 2. & 3. Theol. & Cyr. de incar. vnig. c. 13. & ſeq. & de rect. fid. ad regin.*

f *Quæſt. 22. in li. 2. Reg. pro quo facit quod eſt in Pſ. 131. Mementò. ver. 11. 12. 13.*

g *Nec tamen nego quin & in eadẽ epiſt. c. 10. ver. 7. ὁ Θεὸς legantur in vocatiuo, ſed hoc dicq nihil interim neceſſe eſſe vt illud alterum de vocatiuo accipiatur, cùm rectè aliter poſſit in primo caſu.*

ἔχρισε

ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως; quemadmodum & ab ipſo diuo Paulo in eadem ad Hebræos epiſtola exprimitur. Sed quomodo Rabbini [a] quidam τὸ Sedes tua eſt Deus, id eſt, Dei ſedes thronus diuinus exponunt; hoc referentes ad Salomonem, qui alibi [b] ſuper ſolium Domini ſediſſe in regem pro Dauid patre ſuo, dicitur; & gloriam regni conſequutus eſſe, qualem nullus ante ipſum rex Iſraël habuerit: ita nos de vero Salomone cœleſti rege, id eſt de Chriſto, (cuius encomium & Eccleſiæ ſponſæ ipſius, epithalamio illo deſcribitur [c]) hoc ipſum prædicemus, ſedem eius Deum eſſe, id eſt in Deo; cum quo Chriſtus vnum eſt [d], & apud Deum: quemadmodum Deus eſſe ſpes noſtra, refugiũ, vel exaltatio, & miſericordia dicitur [e]; apud quem ſpes eſt nobis repoſita, in quo ſperamus, qui nos exaltat, qui noſtri miſeretur: apud quem Dei nomen (ſicuti Tertullianum loquutum, extremo ſexto capite oſtendimus) hoc eſt verbum ipſum, Deus eſſe, à diuino illo Euangeliſta [f], & in ſinu Patris verè dicitur; Pater, inquam, in Filio, & Filius in Patre, & alterutrum ſibi habitator & thronus ſunt, ſicuti B. ipſe Hieronymus [g] admittit: vel Deum accipe, Dei dexteram; ad quã vt ſedere Chriſtus, ſic & in dextera ſedis magnitudinis in cœlis [h] à D. Paulo [i] narratur, (qua de re à nobis è Pſ. 109. præcedẽti capite fuſiùs actũ eſt) nam & ita quòd à dextris

a *Ibid. Reprehenſi tamen à Genebr. ſicut & ab Aug. Steu. Eugub. longe antea, Dauid Kimhi ſcilicet, atque Auen Eſra.*
b *Paral. cap. 29. & adiuuatur iſta interpretatio illo vaticinio ſiue prophetia Pſ. 131. Memento Domine. verſ. 11. 12. & 13. De fructu vẽtris, &c. & filij eorum vſque in ſæculũ ſedebũt ſuper ſedem tuam.*
c *Pſalm. 44.*
d *Ioan. Euãg. ca. 16. verſ. 32.*
e *Verſ. 6. Pſal. 39. Expectãs. & Exodi ca. 17. ad finem. & Pſal. Eripe me. 58. ver. vlt.*
f *Ioan. Euãg. cap. 1. in prin. & ver. 18.*

g *Ad Principiam. epiſt. 140. qui & in Pſal. 9. Confitebor. ad illud, Sediſti ſuper thronum, oſtendit vnumquemque ſanctum ſedem Dei eſſe.*
h *In princ. & verſi. 7.* i *Epiſt. ad Hebræos. cap. 8 in princ.*

paulò

paulò poſt aſtare Chriſto Eccleſia coniux dicitur, accipiendum, vt in throno Dei fideles cum Chriſto ſedeant: iuxta illud quod apud Ioan-
a Apoc. cap. 3. verſ. pen. nem Theologum & Euãgeliſtam [a] ita ſcriptum legimus, ὁ νικῶν δώσω αὐτῷ καθίσαι μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ θρόνῳ μου, ὡς κἀγὼ ἐνίκησα καὶ ἐκάθισα μετὰ τοῦ πατρός μου ἐν τῷ θρόνῳ αὐτοῦ. Poſſis & iſtud (Deus) ex idiotiſmo Hebraico ſic exponere, vt ſit nominatiuus abſolutè pro genitiuo; quemadmodum &
b Pſal. 10. *In Domino. ver. 5.* alibi [b] apud ipſum Dauidẽ, Dominus in cœlo ſedes eius, à nõnullis [c] eruditis viris ita declaratur, vt ſi pro Dominus abſolutè Domini ſcriptũ
c Genebr. à Pſalte Vatéque Regio fuiſſet: itémque alio lo-
d Pſal. 102. *Benedic. anima. ver. 15.* co [d] apud iſtum Vatem ipſum, Homo ſicut fœnum dies eius; Homo abſolutè poſitũ, vt cadat in eius, omnes agnoſcunt. Sed ſimplicius puto, vt vel ad ſuperius colon referatur, hoc modo, Dominus in tẽplo ſancto ſuo dominus; in cœlo ſedes eius: vel ſi ad poſterius; ita certè diſtinguatur, vt ſit, Dominus in cœlo: & per apoſiopeſin aut eclipſin ſubiiciatur, ſedes eius, & ſuppleatur, eſt cœlum, aut, hæc eſt eius ſedes: quod valdè placet, nec eſt infrequens apud iſtũm Vatem ac Poëtam præſtantiſſimum. Sanè alio apud
e Pſal. 58. *Eripe me. verſ. 11.* eundũ loco [e], manifeſtiſſimè Deus pro Dei poſitum ex idiotiſmo illo Hebraïco, vbi ſic eſt, Deus ſuſceptor meus es: Deus meus miſericordia eius præueniet me: nam etſi vtrumque Deus in vocatiuo aſſumi poſſit, vt ſit eius pro tua, per illam perſonæ mutationẽ qua vtitur paulò poſt (vbi ait, Fortitudinẽ meã ad te ſeruabo; cùm in Hebræo ſit, fortitudinem eius) & de qua ſupe-

rius

riùs [b] à nobis actũ eſt, huic ipſi Vati familiarẽ; attamen priore modo B. ipſe Hieronymus [a] explicat; vt cùm in Græco ſit, *Θεός μου τὸ ἔλεος αὐτοῦ προφθάσει με*, in Hebræo ſcriptum dicat, Dei mei miſericordia præueniet me. Quamquam (ſi verum amamus) ex ipſo autographo Hebræo exponẽdum, Deus meus miſericordia mea; appoſitoriè ſcilicet, ſupplendo, qui eſt: quomodo loquitur in eiuſdem Pſalmi extremo & aliis quos antè indicaui locis. Itaque Deus eſt Chriſti ſedes ob illam coniunctionem perſonarum hypoſtaticam in ſumma quiete ac fælicitate propter *αὐταρκείαν* exiſtentium. Denique vnũ Chriſtum & filium ſedere diuino modo in throno propriæ deitatis, à beato Cyrillo ſuperiorem diui Pauli locum explicante alicubi traditur [b]: ex quo ſequitur, vt figuratè quidem ac Poëticè, ſed verè tamen hoc loco & eleganter Chriſti ſedem eſſe Deum Vates cecinerit; vt in Pſalm. 109. Dei dexteram: quemadmodum id quoque quod adiicitur in hoc loco, de recto Chriſti ſceptro, De virga directionis (inquam) & virga regni Chriſti; pleniùs eodem illo 109. Cantico panditur iis verbis, Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, &c. quorum locorum bellãm & valdè aptam comparationem ab aliis [c] prætermiſſam iſta ſcriptione quæ ad nominis Dei laudem pertinet, dignam eſſe iudicauimus. Reſtat igitur, vt in eo quoq; Pſalmo, Dei appellatio ſiue Elohim prorſus ad Patrem referenda ſit; propterea quod de filio itidem Domino Ieſu Chriſto cœleſti Salomone agẽs Vates vbique Regem,

[a] *Epiſt. 135. ad Suniam & Fretelam.*

[b] *In de recta fide ad regin.*

[c] *Excipe Aug. Steuch. Eug. in Pſal. Dau. 109. Dixit Dominus in verſ. Tecũ principiũ, vbi leuiter tetigit: quemadmodũ poſtquam hæc ſcripſiſſem cõperi.*

Regem, & verò ſemel Dominum ex propria filij appellatione ſecundũ regulam à nobis Tertullianum ſequentibus traditam nuncupat: vbi, Et concupiſcet Rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt Adonaiich Κύριος σου, Dominus tuus. Nam quod ibi, Dei nomen prætere a legimus adpoſitum; ab Hieronymo quidem agnoſcitur, in vtraque tam ex Hebræo quàm è Græco ipſius tranſlatione: non eſt tamen ab Hebræa veritate, ne ab ipſo quidẽ autographo Græco ſeptuaginta ſeniorum; & videtur in contextum Latinũ, ex beati Auguſtini enarratione atque Hieronymi commentariis perperã irrepſiſſe; atque hoc quidem alieno, vt arbitror, loco: vel quod figuræ ac typo Chriſti (nempe Salomoni, ad quem ſenſus Grammaticus refertur) conuenire neutiquam poteſt; vel etiam atque adeo multo magis, quoniam etſi Deus eſt filius, attamen in patris comparatione filius, ex ea Tertulliani regula, Deus appellari non ſolet: ne induci duo Dij videantur, contra æternam & Catholicam fidem.

SED rurſum, vt fatear id quod res eſt (nihil enim ipſe vbi potiſſimùm de diuinis agitur, diſſimulandum eſſe mihi, vel Chriſtiano cuiquam, hoc eſt, pio ac ſimplici homini, cenſeo) huic regulæ ſiue definitioni mirum in modum repugnat; quod cùm in Geneſeos quodã loco [a] ſcriptum ſic ferè ſit, Igitur Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignem à Domino de cœlo; patres Orientales (qui Syrmium olim conuenerãt aduerſus Photinum & Sabel

[a] Cap. 19.

Sabellium) cùm de iſto agerent Scripturæ loco, ita exponendum cenſuerunt; vt prius Domini verbum patri, poſterius filio tribuerent; & verò ſi quis contra ſentiret, eum anathemate percuſſerint[a]. Eorum Patrum ſententiæ accedere ſeſe diuus Hilarius clariſſimè ſcribit: in qua vetuſtos quoſque patres alios fuiſſe reperio; diuum Cyprianum Martyrem libr. 3. teſtimoniorum ad Quirinum[b] & aliquot inſuper locis[c]. Item BB. Cyrillum[d] & Athanaſium[e] Alexandrinos Epiſcopos pietate & eruditionis omni genere inſignes. Præterea beatum Ambroſium[f], qui de duabus perſonis agens & illud oſtendens Deum in Deo eſſe, ſed non duos Deos, iſtum ipſum Geneſeos locum inprimis affert. Tum verò Iſidorum Peluſiotam[g], ad Alypium & ad Paulum: itemque Epiphanium[h], atque Philaſtrium Brixienſem Epiſcopum[i]; ſed & Idaacium Clarũ aduerſus Varimadam Arianum[k]. Quibus & diuum Ignatium[l] adiungi meritò poſſe nuper didici; & verò diuum Irenæum aduerſus hæreſes[m]; quo loco, In euerſione (inquit) Sodomitarum Scriptura ait, & pluit Dominus ſuper Sodomã & Gomorrham ignem & ſulphur à Domino de cœlo: Filium enim ſignificat qui & Abrahæ conloquutus ſit, & à patre accepiſſe poteſtatem ad iudicandum Sodomitas, propter iniquitatem eorum. Immò & ipſum Hieronymum[n] Oſeæ Prophetæ verba

a *Vide Can. 16. eius Synodi apud B. Hilarium in de Synod. aduer. Arian. Can. 16. & 17. & Nicephor. Calliſtũ Eccleſ. hiſt. lib. 9. c. 31. & Epiphan. hæreſ. 61. lib. 3.*

b *Cap. 33.*

c *Lib. 9. Theſauri aduer. hær. c. 3. & l. 8. contra Iul.*

d *Libr. 1. in Euang. D. Io. cap. 2.*

e *Contra Sabellij gregal: Item in Epiſt. ad orthod. de Syn. Arim. & Seleu. & in ſerm. de ſanctiſſ. Deipara.*

f *L. 1. de fide ad Grat. c. 2.*

g *Epiſt. 112. & 143.*

h *Hæreſ. 69. aduerſ. Ariũ lib. 2. & hær. 71. aduerſus Photinum. lib. 3.*

i *In de hæreſib. vt de hæret. Deo tribuenti paganit. Item vbi de Chriſtia. temp. vlt. verbo. Dei cred.*

k *Cap. 2.*

l *Epiſt 9. ad Antiochenos.*

m *Lib. 3. cap. 6.*

n *Ad cap. 1. Oſeæ in verbo & concepit.*

iſta explicantem, quæ Dominus protulerat; Et ſaluabò eos in Domino Deo ſuo: Domui autem Iuda (inquit) miſericordiam pollicetur, & dicit quod eos ſaluet in Domino Deo ſuo: vel in ſe ipſo qui loquitur; vel Pater ſaluet in Filio; iuxta illud quod ſcriptum eſt, pluit Dominus à Domino. Quid? quod Tertullianus ipſe [a], Domini nomen in duobus Patre ac Filio legi vt oſtendat; poſt illud Dauidicum, Dixit Dominus Domino meo (quod tamen fruſtra in hanc rem citari ab eo Græcam ſequente tranſlationem, ex iis quæ antea ipſo præeunte docui, ſatis apparere arbitror) & poſt alterum Eſaiæ locum, in cuius explicatione Tertulliani codicem valdè mendoſum eſſe alibi commonſtraturus ſum; hoc dein adiicit, etiam adhuc antiquior Geneſis, Et pluit Dominus ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignem de cœlo à Domino: Hæc aut nega ſcripta; aut qui es vt non putes accipienda, quemadmodum ſcripta ſunt? maximè quæ non in Allegoriis & Parabolis, ſed in definitionibus certis & ſimplicibus habent ſenſum, &c. ex quibus perſpicuè colligitur, in vetuſti teſtamenti libris locos ita quamplurimos ipſum explicandos duxiſſe, ſicut Irenæum [b] quoque, vt eodem pariter nomine ſiue Dei ſiue Domini patrem & vnigenitum filium eodē in loco deſignatos intelligere debeamus: qua de re tota nobis alibi forſitan ſubtilius diſſerendi commodior offeretur occaſio. Equidem, verè vt dicam, & (qui meus mos eſt) ingenuè; tali támque numeroſa clariſſimorum Patrum aucto

a *Aduerſus Praxeam.*

b *Dicto lib. 3.*

auctoritate valde permoueor; quorum etiam ſingulorum apud omnes magni momenti ac ponderis eſſe debere ſententiam agnoſco,& fateor lubens. Verumtamen exponendi eius loci Geneſeos,quomodo illi fecêre; nullam eſſe nobis aut vlli omnino iniunctam neceſſitatē reor: illud interim non ignorans, ſumma ratione dictum à Vincentio Lirinenſi [a] antiquitus,ex officio veri & germani Catholici eſſe, vt quicquid vniuerſaliter Eccleſiam Catholicam tenuiſſe cognouerit, id ſolum ſibi tenendum credendúmque decernat; quicquid verò ab aliquo deinceps vno præter omnes vel contra omnes ſanctos, nouum & inauditum ſubinduci (ſic malo apud illum, quàm ſubindici legere) ſenſerit: id non ad religionem, ſed ad tentationem potiùs intelligat pertinere. Nam etſi quæcunq; Deum feciſſe in ſacris libris legimus, per filium à patre facta debere accipi pleraque omnia, nec ſolius nomine (quod veluti taxationis loco, Dei nomini adhibetur) excludi conſubſtantialem & coæternum Filium, ſed idola & falſos Deos ex Hieronymo [b] & aliis didici; πάντα γὰρ τὰ ἔργα ὅσα ἐστὶν (inquit Epiphanius [c] alicubi) ἅμα ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος γεγένηται, δι' αὐτοῦ γὰρ τὰ πάντα γέγονεν ἀπὸ πατρὸς, καὶ αὐτὸς τὰ πάντα εἰργάσατο σὺν πατρὶ καὶ σὺν ἁγίῳ πνεύματι: nec aliter pluiſſe Patrem ſulphur & ignem de cœlo ſuper Sodomam & Gomorrham, quàm per Filium; ipſe quoque aſſentiar & credam: quādo in filio operante conſtituendus Pater, & in Patre operante conſtituendus Filius; ſicut habet vera fides

a *Cap.25. aduerſ. profan. omn. hæreſ. nouat.*

b *In Eſaiam cap.44. ad illud, qui extendit cælos ſolus.*

c *Hæreſ. 71. lib. 3.*

Catholica iuxta diuum Auguſtinum [a] ,quoniam Filius in Patre eſt , & in Filio Pater, quinimo ſimul & inſeparabiliter Trinitas operatur ; & (vt eſt apud Baſilium [b] verè magnum) ἐννοῆσον τὴν προκαταρκτικὴν αἰτίαν τῶν γινομένων τὸν πατέρα, τὴν δημιουργικὴν τὸν υἱὸν, τὴν τελειωτικὴν τὸ πνεῦμα, itémque quod videtur eôdem pertinere, τὸν προστάσσοντα Κύριον, τὸν δημιουργοῦντα λόγον, τὸν στερεοῦντα τὸ πνεῦμα : hoc tamen aio, non eſſe neceſſe, vt nomen Domini repetitum iſto Geneſeos loco, aliter atque aliter, hoc eſt, prius quidem de Filio, poſterius de Patre interpretemur. Etenim hac de re aliquo legitimè in dicto Concilio, vel Romanæ atque Catholicę Chriſti Eccleſiæ decreto definitum quicquam fuiſſe, nondum comperi: Syrmianum autem illum congreſſum, de quo ſuperiùs iniecta mentio, tanti apud nos eſſe debere non puto, vt ab eius illo canone recedere ſine metu anathematis, non liceat: præſertim cùm & ipſum parum Catholicum, vt pote Arianis fauorabiliorem, quàm oportuit; Nicenæque περὶ τὸ ὁμοουσίου fidei confeſſioni aduerſum fuiſſe, vel ipſa Eccleſiaſtica [c] dictet hiſtoria: quapropter Theodoſius [d] reſcriptum quod apud Syrmium emerſerat, quo primùm anno ad Imperium cum Gratiano & Valentiniano aſſumptus eſt, antiquandum cenſuit.

PORRÒ vetuſtorum illorum, quos antè nominaui, Patrum auctoritati vt per me nihil omnino detractum velim ; ita equidem aliis itidem vetuſtis patribus Hebraïco diuinæ legis idiomati conſentanea dictantibus, quorum æquò

a *Lib. 2. de ſymbolo ad Cathecumen. c. 4. Vide & epiſt. 102. ad Euodium & quæ ex Origenis Homilia 1. in Geneſim ſcripſimus c. 3. ſupra & quæ ex aliis infra hoc ipſo cap. & ad fin. cap. 12.*

b *In lib. de Spiritu ſancto cap. 16.*

c *Vide Nicephor. Calliſt. lib. 9. cap. 20. 31. 41. & 44. ad fin.*

d *L. 5. C. Theodo. de hæret.*

æquè grauis eſt apud noſtros Catholicos fides, promptius atque lubentius accedo. Itaque cùm vnaquæque lingua ſuis proprietatibus (vt eſt apud beatum Hieronymum[a]) loquatur, & idiomata linguæ (ſic malim ſcriptum quàm legis: vel potius Scripturæ, propterea quod idioma Scripturarum idem ipſe Hieronymus alio loco[b] nuncupat) diuinæ, hoc eſt proprias locutiones, quas communis vſus non habere cognoſcitur, nulla præſumptione temerari debere Caſſiodorus[c] moneat, ne cùm ad communẽ intellectum quæ dicta ſunt, trahuntur, cœleſtium (quod abſit) verborum puritas diſſipetur: non poſſum non probare quod diuus Ioannes Chryſoſtomus[d] ille, qui dudum in Pontificali gradu Conſtantinopolitanam Eccleſiam rexiſſe, ab ipſo diuo Auguſtino[e] memoratur; iſtum Geneſeos locum enarrans, Dilecte ne tenearis admiratione (ait ſecundum interpretem: nam Chryſoſtomi græca non habeo) Proprietas enim eſt Scripturæ, & indifferenter ſic ſæpè ponit verba: id quod & nunc videre licet. Pluit enim (inquit) Dominus ſulphur & ignem à Domino de cœlo, vt dicat quod Dominus pœnam inducat. Hebraícum authenticum habet vtrobique Iehouæ nomen; ſeptuaginta virorum tranſlatio Κύριον agnoſcit: quo ipſe non aliam atque aliam diuinitatis perſonam deſignari; ſed totum vnumque Deum, hoc eſt ſanctiſſimam Trinitatem oſtendi cenſeo. Ac de perſonis eius illo ſermonis genere diſtinguendis, actum iſto loco vel cogitatum à Moſe non fuiſſe, Flauius Ioſephus[f] auctor

a *Ad Suniam & Fretelam epiſt.135.*

b *Ad Paulin. epiſt. 153. ad finem.*

c *In princip. cap.15. de diuinis lection.*

d *Homil. 42. in Geneſ. ſub finem.*

e *Epiſt. ad Hieron.19. cap.3.*

f *Cap. 12. l. 1. ἀρχαιολογίας.*

grauiſſimus his verbis manifeſtum facit: καὶ ὁ Θεὸς ἐνσκήπτει βέλος εἰς τὴν πόλιν (inquit) καὶ σὺν τοῖς οἰκήτορσι καταπίμπρα: Sed & ipſe beatus Lucas in Euangelio [a] eandem hiſtoriam perſtringens, ᾗ δὲ ἡμέρᾳ ἐξῆλθε λωτ᾽ ἀπὸ Σοδόμων ἔβρεξε πῦρ καὶ θεῖον ἀπ᾽ οὐρανοῦ, καὶ ἀπώλεσεν ἅπαντας: vbi ἔβρεξε licet imperſonaliter ſcriptum, de Deo tamen intelligendum (ſicut ab Syro interprete expreſſum eſt,quod & alij notarunt) quando & beatus Petrus in ſecunda ſua Catholica [b] de Dei iuſto iudicio exempla veteris memoriæ afferens nonnulla; hoc in cæteris miſcet, καὶ πόλεις Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας τεφρώσας καταστροφῇ κατέκρινεν, ὑπόδειγμα μελλόντων ἀσεβεῖν τεθεικώς. Vnde apud Ezechielem Prophetam [c] Deus ipſe Sodomam eiúſque filias, quod eleuatæ feciſſent abominationes, ſe abſtuliſſe profatus eſt: vbi filias ſubiectas vrbes vicóſque Sodomæ vicinos tãquam metropoli, Theodoretus rectè interpretatur; de ipſa pentapoli tota ſcilicet: de qua Clemens Romanus [d] in oratione ad Patrem Liturgica Cherubicum hymnum præcedente, in hæc verba ſcribit, hac ipſa de re agens; vt noſtram planè ſententiam confirmet: quando hîc nullam (vt ſuperioribus aliquot locis eiuſdem orationis fecerat, cùm de mundi, de hominis creatione, itémque de conſito in Eden paradiſo loqueretur; & ſtatim vbi de Abrahamo) Chriſti aut Verbi mentionem iniicit. ὁ τὸ φοβερὸν πῦρ κατὰ τῆς Σοδομίτιδος πεντάπολεως ἐξάψας, καὶ γῆν καρποφόρον εἰς ἅλμην θέμενος ἀπὸ κακίας τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ: quamquam alio earundem cõſtitutionum loco [e] vetuſti fœderis de

a Cap. 17. ver. 28. & ſeq.

b Cap. 2. ver. 6.

c Cap. 16.

d Lib. 8. cõſt. Apoſt. cap. 18.

e Lib. 5. c. 19. καὶ τῶ Ἐ νυῶ.

de Chriſto teſtimonia percenſens cùm iſtam quoque hiſtoriam ita pertexuerit, καὶ ἐκηρύξαμεν Ἰουδαίοις τε καὶ ἔθνεσιν αὐτὸν εἶναι τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ τὸν ὡρισμένον ὑπ' αὐτοῦ κριτὴν ζώντων καὶ νεκρῶν. Τούτῳ Μωϋσῆς μαρτυρῶν ἔλεγεν, ἔλαβε Κύριος πῦρ παρὰ Κυρίου καὶ ἔβρεξε,& reliqua ex Moſe ac Dauide ad Chriſtam referat, contrariam noſtræ opinionem probare videatur. Sed pro noſtra rurſus maiorem in modum facit quod à ſeruatore noſtro vnum & eundem annuntiatum Dominum qui temporibus Loth propter multitudinem peccatorum Sodomitarum pluit ignem à cœlo diuus Irenæus [a] prodidit. Et quod adiectum legimus eo Geneſέως loco, in quo adhuc æſtuauimus, vt pluerit à Domino Dominus de cœlis; exponendum, à ſe ipſo, & de ſede ſancta ſua. Nam & apud Pſalmiſtam [b] ita ſcriptum, Dominus in templo ſancto ſuo, Dominus in cœlo ſedes eius: Et adiicit ſtatim, quod ad rem noſtram valdè pertinet, aptiſſiméque iis connectitur, quæ modò de Sodomis diximus; Pluet ſuper peccatores laqueos, ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum. Non abſimile illud eiuſdem Vatis [c], Et intonuit de cœlo Dominus, & Altiſſimus dedit vocem ſuam: grando, & carbones ignis; & miſit ſagittas ſuas, & diſſipauit eos, fulgura multiplicauit, & conturbauit eos. Rurſum autem Dominus à Domino, id eſt, (vt iam ſæpe diximus) non à Filio Pater, quamquam enim hoc quoque alioqui per ſe verum eſſe admittimus; non tamen eò ſpectaſſe Moſen, iſta quæ modò protuli ex vtriuſque fœderis

a *Lib. 4. adu. hæreſ. cap. 70.*

b *Pſal. 10. In Domino confido ver. 5.*

c *Pſal. 17. Diligam te verſ. 16. & 17.*

libris teſtimonia,ſatis comprobant,) ſed Trinitas vnus Deus,à ſeipſo: eadem ſermonis figura ſcilicet,qua Dauidicum[a] iſtud accipiendum eſt, Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, vt videat ſi eſt intelligens aut requirens Deum;nempe ſe.Item iſtud apud eundem alio loco[b], Benedicti vos à Domino qui fecit cœlum & terram, Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum: vbi Cœlum cœli Domino,ſiue ad prius illud Fecit, ſiue ad poſterius Dedit,referatur,τὸ Domino, tanqnam ſibi ſcriptum exponi debet;ſicuti Rabbinum Dauidem Kimhi ſenſiſſe alij viderunt. Hanc verò prorſus nec aliam interpretandi rationem beatum Auguſtinum[c] eſſe amplexum animaduertimus,illud Geneſεως explicantem, Et fecit Deus hominem ad imaginem Dei.Sic enim ille, quod valdè(niſi fallor)illam aut noſtram, aut Chryſoſtomi explicationem (vt à ſe ipſo Deus non à Filio Pater, aut à Patre Filius ſuper Sodomam pluerit)adſtruit atque confirmat;Non quaſi Pater(inquit)ad imaginem Filij, aut Filius ad imaginem Patris: alioqui non verè dictum eſt, Ad imaginem noſtram, ſi ad Patris ſolius aut Fili ſolius imaginem factus eſt homo. Sed ita dictum eſt;Fecit Deus ad imaginem Dei;tanquam diceretur,Fecit Deus ad imaginem ſuam,&c. Et ſtatim,Sed Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum,propter quam Trinitatem dictum eſt, Ad imaginem noſtram: vnum accipiamus Deum, propter quod dictum eſt,Ad imaginem Dei.Hactenus ille ſanctus Eccleſiæ doctor præ cæteris

a *Pſal.13. Dixit inſipiens. verſ.4.& Pſ. 52.verſ.4.*

b *Pſal.113. In exitu.ver.24. & 25.*

c *Libr. 3. de Gen. ab liter. cap.19. Similis explicatio cuiuſdã Oſeæ loci ex Hieronymo inferius proponetur. Aliorũ locorum eandem interpretationem exhibuimus ſuperiore prox. c. vbi videſis.*

purus

purus & perſpicax. Cuius itidem vt Chryſoſtomi authoritate (quæ meritò magna & grauis eſt apud omnes) ideò me munitum volui, ne ex eorum eſſe numero exiſtimarer; quos, dum putant eſſe laudabile ſi quid contra antiquos ſapiant, & aliquid noui vnde periti videantur, inueniant; ab Aurelio Caſſiodoro [a] notatos alicubi hoc nomine recordor.

HVNC itaque ſenſum Scripturæ ſacræ eſſe arbitror, ac (ſi mihi tamen ita loqui licet) vim & emphaſim iſtam huius Hebraïſmi eſſe cenſeo, non ita forſitan adhuc aut perſpectam ab aliis, aut indicatam, cùm dictat pluiſſe Dominum à Domino: vt non ex vi elementorum, ſolitáve ſiderum coniunctione, aut maligno quopiam ſignorum cœleſtiũ aſpectu atque poſitione, aëris intemperiem proferente; ſed velut extra ordinem, & ex infinita illa καὶ ὑπερφυσικῇ ſummi Dei potentia (cuius nutui aër, æther, & cœli cœlorum parent) factum fuiſſe intelligatur. Nempe vt has tam nefandi ſceleris, quo ſe regionis illius incolæ ſuperbi ex abundantia, paniſque (vt Propheta [b] loquitur) ſaturitate ac otio nimio iamdiu conſpurcabant (πλούτῳ γὰρ καὶ μεγέθει χρημάτων ὑπερφρονοῦντες εἴς τε ἀνθρώποις ἦσαν ὑβρισταὶ καὶ πρὸς τὸ θεῖον ἀσεβεῖς, ſicuti Flauius Ioſephus [c] memorat) pœnas Deus acerbiſſimas non Angeli alicuius, vt aliâs ſæpè, aut hominum, aut emiſſarum derepente belluarum, noxiorúmve quorumlibet animalium miniſterio [d], ſed ἀμέσως vel (vt Clemẽtis Romani [e] vocabulo vtar) ἀμεσιτεύτως, ipſe per ſe aperta & manifeſta manu exi-

a In de Diuinis lectio. cap. 11. Periti enim lego, vbi vulgò ſcriptũ eſt Perire, quod non animaduerſum tamen ab elegãtiſſimo Fornerio.

b Ezech. c. 16.

c Cap. 12. lib. 1. ἀρχαιολογ.

d Vide Pſal. David. Attẽdite popule meus. ver. 49. & ſeq. & Ezechiel. cap. 5. ad extremum. & c. 9. ver. 7. & ſeqq.

e Lib. 8. Cõſtit. Apoſt. c. 12. ex quo ſcribemus infr. cap. vlt.

geret: quô efficaciùs ira & furor ſummi ac iu-
a *Deut.c.29. ad extremum.* ſtiſſimi Dei præſentaneus (in quibus alibi [a] ſubuertiſſe vrbes illas Dominus dicitur) & tam certum quàm horribile de ſpurciſſimis, & à pietate alieniſſimis hominibus iudiciũ ob oculos proponeretur. Tale illud, quòd cùm corruptam terram, & iniquitate repletam Deus vidiſſet Noëmi
b *Gen.cap.6. & 7.* temporibus, ita loquutus [b] traditur; Ego diſperdam eos cum terra; & ego pluam ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & delebo omnem ſubſtantiam quam feci. Nam equidem eſſe vim haud paruam in iſtis verbis reperio, Ego diſperdam, ego pluam & delebo;
c *Act. Apoſt. cap.7.ver.7.* ſicut & in iſtis à beato Luca relatis alicubi [c], καὶ τὸ ἔθνος ᾧ ἂν (vel, vt vulgò legitur, ᾧ ἐὰν) δουλεύσωσι κρινῶ ἐγὼ εἶπεν ὁ Θεός: vt non humana vi quapiam, ſed velut ſua manu ipſemet Deus de populi ſui oppreſſoribus pœnas ſumat, ſuúmque populum vt liberet ipſe veniat; ſicuti apud
d *Cap.35.& cap. 42.* Eſaiam [d] eſſe ſcriptum memini. Non aliter iſtud
e *Cap.6.Exod.* Iſraëlitici populi verbum à Moſe [e] relatum (ſi quid iudico) debet explicari, Vtinam mortui eſſemus Bejad Iehoua, id eſt, per manum Domini in Ægypto; & (vt eſt apud Septuaginta) πληγέντες ἀπὸ Κυρίου, percuſſi à Domino: manu eius aperta ſcilicet, ac manifeſta; quod fit, cùm nihil externi ad eam rem peragendam Deus adhibet: ſicuti è contrario, in manu occulta ſui po-
f *Exod. c.17. in extremo.* puli hoſtes percuſſiſſe dicitur [f], cùm Amalechitas tollente dexteram ſuam in altum Moyſe, depugnantibus etiam Iſraëlitis profligaret ac perderet. Nam ſic habet Græca tranſlatio, ὅτι ἐν

χειρὶ

χειρὶ κρυφαίᾳ πολεμεῖ Κύριος ἐπὶ Ἀμαλὴκ ἀπὸ γενεῶν εἰς γενεάς; quæ interpretatio cùm Irenæo ipſi probetur [a], mihi quoque vehementer placet: præſertim autem ideò, quoniam per extenſionem manuum Moſis, pugnabat ipſa Dei dextera, nempe Chriſtus Dominus: cui plerìſq; Scripturæ ſacroſanctæ locis [b] dexteræ ac brachij Dei appellatio tribuitur; vt non viſibile membrum, ſed poteſtas & virtus Dei, atque ipſa efficiendi potentia (ſicuti beatus Auguſtinus explicat) ita deſignetur. Tertullianus [c] quoque vbi primò ſophiam conditam à Deo initia viarum in opera ipſius à Prophetis & Apoſtolis tradi dixit, dehinc & ſermonem prolatum, per quem omnia facta ſunt, & ſine quo factum eſt nihil; denique ſermone eius cœlos confirmatos, & ſpiritu ipſius vniuerſas virtutes eorũ: ſtatim addit iſtud, Hic eſt Dei dextera; & manus ambæ, per quas operatus eſt atque molitus eſt: opera enim manuum tuarum (inquit) cœli: per quas & menſus eſt cœlum, & palmo terram. Et ideò vir dexteræ Dei Chriſtus à Dauide ipſo dicitur quodam loco [d]; cuius etiam pro nobis crucifixi typum illo ipſo manuũ geſtu Moſes præferebat; quemadmodũ enim ſeruo manus extẽdente cecidit Amalech; ita eum Dominus manus extendit, aciem diaboli diſſolutã fuiſſe, Theodoretus appoſitiſſimè demonſtrauit; quem eo Exodi

a *Lib. 3. adu. hæreſ. cap. 18.*

b *Vide B. Cypria. lib. 2. teſtim. adu. Iud. c. 4. Luc. Euange. cap. 1. verſ. 66. & Act. Apoſt. c. 4. verſ. 28. & 30. & Ezec. c. 1. verſ. 3. & Pſ. 117. Cõfitemini. verſ. 16. & Deut. c. 32. Ex quo Theodo. in cath. explan. veter. pat. in cãt. Moſis. In exitu. ĩ ver. Dextera tua Do. Et Greg. Nyſ. ibid. in verſ. Sanctuariũ. c. 15. Exod. Sed & Hier. ad Pſ. Daui. 79. Qui regis, ad illud, Et perfice eam. Item ad illud Fiat manus tua Vide Eſa. c. 48. & Procop. ad ipſum. & Cyr. Alex. lib. 5. & lib. 9. contra Iul. Vide & Lact. lib. 4. c. 29. & Dauid Pſal. 62. Deus Deus meus. verſ. 9. Pſal. 88. Miſericordias. verſ. 15. & 22.*

c *Aduerſ. Hermog.*

d *Pſal. 79. Qui regis Iſr. verſ. 19.*

loco

loco [a] videndum & expendendum cenſeo. Sanè vt à Domino Deo cùm impiorum caput obteritur vlciſcendorum ſcelerum cauſa, pluere ipſe à ſe dicitur ignem & ſulphur de cœlo; vel ignem & grandinem, vt ſuper Ægyptum, extenſa videlicet in cœlum manu à Moſe iuxta præceptum Domini [b] (qua de re agens Salomon [c] ille, Tuam manum, inquit, effugere impoſſibile eſt; negantes enim te noſſe impij, per fortitudinē brachij tui flagellati ſunt nouis aquis, & grandinibus, & pluuiis perſecutionem paſſi, & per ignem conſummati, &c. vt ipſi videntes ſcirent, quoniam Dei iudicio patiuntur perſecutionem,) ſic etiam cùm idem Altiſſimus Iehoua populi ſui fame atque inedia in deſerto laborantis preces exaudiſſet, eíque de cœlo alimoniam exhibiturus eſſet, hoc ad Moſem dixiſſe fertur [d], Ecce ego pluam vobis panes de cœlo: quod loquendi genus ab Dauide [e], cùm hac ipſa de re ageret, vſurpatum reperio; vbi, Et pluit illis manna ad manducandum, &c. Et ſtatim, Et pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes, & ſicut arenam maris volatilia pennata. Pluendi nimirum verbo Moſes, itémque Dauid hoc ipſum deſignare voluerunt; quod ipſe Salomon alibi [f] hac ipſa de re agens, Paratum panem de cœlo præſtitiſſe Deum Iſraëlitis ſine labore, ipſóſq; Angelorum eſca nutriuiſſe; nullo ſcilicet eorum aut rei cuiuſquam auxilio vel opera interpoſita. Tum verò vt oſtenderet, in murmurantes Iſraëlitas, quaſi fame aut inedia laborarent; illicò vindicatum ab ipſo Deo ſummo, neque ad peragendam vltio

a *Dicto c.17. Videto & Cypria. in de exhort. mart. c.8. & lib. 2. ad Quirin. cap. 21. Tertull. lib. 3. aduerſus Marcionem.*

b *Vide cap. 9. Exod.*

c *Sapient. lib. cap. 16.*

d *Exod. c. 16.*

e *Pſal. 77. Attendite popule meus. verſ. 28. & ſeq.*

f *Sapien. lib. c. 16. ver. 20.*

vtionem aduocatum viuæ vllius creaturæ miniſterium: ſtatim eodem illo Cantico [a] ſubiecit iſtud, Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcēdit ſuper eos, & occidit pingues eorum, &c. Et hîc igitur de Iſraëlitis, & illo (in cuius explanatione ſatagimus) loco, de Sodomitis Deus ſummus, atque ita Pater ſanè per Filium, non ſine ſancto Spiritu ſumpſiſſe ſupplicium duriſſimum atque iuſtiſſimum intelligendus eſt, cùm ea quæ Pater facit, ea per ſuam potentiam ipſum quoque eodem modo Filium facere, ac inſeparabiliter quidem & indifferenter (ſicuti Leo Pontifex docet) eadem vtriuſque opera, Patris, inquam, & Filij; totius immò Trinitatis vnam eſſe actionem & operationem vetuſti patres omnes orthodoxi [b] aduerſus Arianos & Sabellij gregales docuerint: λεγομένου γὰρ πατρὸς, (inquit Gregorius ille Nazianzenus [c]) πρόσεσι καὶ ὁ τούτου λόγος, ὃ ἐν τῷ υἱῷ τὸ πνεῦμα, ἐὰν δὲ καὶ ὁ υἱὸς ὀνομάζηται, ἐν τῷ υἱῷ ἐστὶν ὁ πατὴρ καὶ τὸ πνεῦμα οὐκ ἔστιν ἐκτὸς τοῦ λόγου. Verumtamen illa verba Moſis (Dominus à Domino) ſimpliciter ita interpretari malo; tanquam non de perſonis in ſanctiſſima Trinitate deſignandis, ſed potius de ſumma ipſius aduerſum nefarios homines iuſtitia & omnipotentia quoque poſteris oſtendenda cogitans, Iehouā per ſe, aut à ſe pluiſſe, nec per alium, ſed Iehouam è cœlo & ſolio ſuo, pœnas à ſe, ac ſua cū ſapiētia omni decretas, de ſceleratis Sodomitis ipſum exegiſſe ſcripſerit: quemadmodū è contrario hæc Domini Iehouæ ſcilicet verba penè eadem, de ſeruando populo ſuo

a *Verſ. 35. dicti Pſal. 77.*

b *Atha. in li. adu. Sabellij gregales. Cyr. lib. 9. Theſau. aduerſ. hæret. ca. 3. Theodoret. ad Pſal. 101. ver. pen. ad illud Tu autem ipſe es. B. Hier. ad ca. 4. epiſt. D. Pauli ad Epheſ. Leo Papa in Ho. de transfig. & rurſum Atha. in de incarn. Chriſti & Lactan. lib. 4. ca. 29. ad extremum. Aug. li. 2. de ſymb. ad Cathec. ca. 4. ex quo & Origene ſcripſi paulò ante hoc ipſo cap. vide & infrà, cap. vlt.*

c *Ad Serapionem, de ſanct. Spiritu.*

a Cap.1. ver. 7. quem locũ de verbo Dei filio Rabbi.Ionathan explicat, vt & aliũ Eſa.cap.45. ver.17.

b Vide apud Pet.Galat.ca.4 lib.3.de arcan.cath. ver. Atque hanc explicationem de Chriſto, Tertullianus. in de Trin.amplectitur.

ſuo apud Oſeam Prophetam [a] legimus; Et domui Iuda miſerebor, & ſaluabo eos Ba-Iehoua helohehẽm, in Domino Deo ſuo, vel eorum: quæ non negat B.Hieronymus, quin ita poſſint accipi, in ſeipſo qui loquitur; quamuis ita malit (ſicut ante admonui, ac è Chaldæa paraphraſi, vt arbitror [b]) vt pater ſaluet in filio. Sed adiicit Propheta, quod noſtram confirmat explicationem; Et non ſaluabo eos in arcu & gladio, & in bello, & in equis, & in equitibus. Verendum ſanè alioqui, ne cum in iſto Moſis loco diuerſitas nominum circa duas perſonas Trinitatis nulla ſit; quam eſſe in illo altero Dauidis loco docuimus, de quo ſuperiore ſermone actum eſt: in eum inuiti laqueum nos induamus, (quem antiqui Patres tantopere vitare voluerunt) duos vt Iehouas, Deos, Dominos, cũ græcitate, imò gentilitate omni, vel certè cum Marcione atque Valentino [c] aliiſque aliquot hæreticis admittẽdos eſſe fateamur. Sed abſit illud; quando Deus illa vera eſt vnitas ſupra omnem numerum, cuius crebra mentio apud Platonicos [d]: vnde ipſe Deus κρείττων παντὸς ἀριθμοῦ à Clemente Romano nũcupatur; qua de re proximo ſermone vberiùs diſceptabitur. Interim hanc potius nobis det mentem illa ipſa, quam veneramur Trinitas; vt ſeparatim quidem, vbi de aliqua eius perſona diſſeritur; & Dominũ, & Deum, & Iehouam nuncupemus; vbi verò cõiunctim de Patre ac Filio; illum Deũ, hunc Dominum exemplo & imitatione D. Pauli, aut alia quapiam diuerſitate nominũ (ſine vlla eſſentiæ tamen

c Vide Atha. in epiſt.ad Orthod.de Synodo Arimin.

d Plotinũ & Proclum: ex quibus vide Augu.Steuch Eugub. in lib. de peren. phil.

tamen ac diuinitatis ſeparatione) demonſtrandū,& ſimpliciter credamus,& palàm aſſeramus.

CAP. X.

AB TOT támque grauibus atque manifeſtis veterum patrum de Dei proprio nomine teſtimoniis, quæ ſuperius percenſui; factam mihi clariſſimam lucem caſtigando ac reſtituēdo in integrum è Clementis Liturgia [a] loco profiteor: quem eſſe corruptum tamen Bouio vel Turriano interpretibus & ſcoliaſtis Apoſtolicarum Clementis conſtitutionum doctiſſimis, minimè ſuboluit. In illa igitur ad Deum oratione pulcherrima, hymnum triſagij, atque conſecrationem præcedente (vnde nonnihil deſumptum ſuperius à nobis, & explicatum fuit) ſic ferè ſcriptum hodie legitur: σὺ γὰρ εἶ ἡ ἄναρχος γνῶσις, ἡ ἀΐδιος ὅρασις, ἡ ἀγέννητος ἀκοή, ἡ ἀδίδακτος σοφία, ὁ πρῶτος τῇ φύσει, καὶ ὁ νόμος τοῦ εἶ), καὶ κρείττων παντὸς ἀριθμοῦ. In quibus verbis illud περὶ τῆς ἀνάρχου γνώσεως, quòd Deus ſit ante omne tempus cognitio, aut notitia carens principio, ſicut vertêre interpretes [b]; vel (quod ipſe tanquam ſimplicius malim) cognitio ſine principio, id eſt intelligentia æterna, quæ nunquam cœperit: hoc ipſum ab eodem Clemente proximo ſuperiore conſtitutionum libro [c] traditum fuerat; quo loco ἄναρχος ἡ γνῶσις, ἀναλλοίωτος ἡ ἀλήθεια, ἀμεσίτευτον τὸ ἔργον. Rectè ſine principio eſſe dicitur, qui principiū omniū

a *Lib.8. Apoſtol.conſt.cap. 12.*

b *Bouius & Turrian. qui Apoſt. Clem. conſt. Latinè reddiderunt.*

c *Lib. 7. cap. 36. in orat. cuius initiũ μέγας εἶ Κύριε.*

eſt

a In de diuinis nominib. cap.5.

eſt Deus: ἀρχὴ γὰρ ἐστι τῶν ὄντων (ait Dionyſius) [a] ἀφ᾽ ἧς καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι, καὶ πάντα τὰ ὅπως οὖν ὄντα, πᾶσα ἀρχὴ, πᾶν πόρας πᾶσα ζωὴ, πᾶσα ἀθανασία, πᾶσα σοφία, πᾶσα τάξις. Deus omnipotens non ex aliquo tempore cœpit eſſe, vel ſæculo; qui ipſe fons rerum eſt ſator ſæculorum ac temporum, vt ſcribit Arnobius: non enim ipſa per ſe ſunt, ſed ex eius perpetuitate, perpetua & infinita ſemper continuatione procedunt. Ergo rectè itidem Clemens Romanus eo loco ſtatim, τὸ πρῶτον τῇ φύσει Deum nuncupat, natura primum. Vnici profectò Dei ſtatus hanc regulam vindicat: non aliter vnici, niſi quia ſolius; non aliter ſolius, niſi quia nihil cum illo: ſic & primus erit (ipſo etiã Tertulliano teſte [b]) quia omnia poſt illum; ſic omnia poſt illum, quia omnia ab illo; ſic ab illo, quia ex nihilo. Et ſanè ante mundi conſtitutionem, ad vſque filij generationem Deum fuiſſe, idem alibi [c] ſcribit; hoc addito, quod iſtius loci proprium: Ante omnia enim Deus ſolus ipſe ſibi, & mũdus & locus & omnia; ſolus autẽ, quia nihil extrinſecus præter illum: Cæterùm ne tũc quidẽ ſolus; habebat enim ſecum, quam habebat in ſemetipſo rationem ſuam ſcilicet. Itaque paulò antè Clemens ipſe τὸν πρὸ τῶν γενητῶν ὄντα, Deum dixerat. Patrem Deum originem, & principium rerum, quoniam parentibus caret, ἀπάτορα καὶ ἀμήτορα veriſſimè à Triſmegiſto nominari, quod ex nullo ſit procreatus: idcirco etiam Filium bis naſci oportuiſſe, vt ipſe fieret ἀπάτωρ atque ἀμήτωρ, de Lactantio [d] didici; qui & alio loco [e], vnum ſolum liberum Deum ſummum carentem

b Aduerſus Hermogen.

c Aduerſus Praxeam.

d Cap.13. & 25. lib. 4. diuin. inſtitut.

e Cap.29.

carentem origine, quia ipſe eſt origo rerum, & in eo ſimul & Filius, & omnia continentur, tradit. Quamobrem cùm mens & voluntas alterius in altero ſit, vel potiùs vna in vtroque; meritò vnum Deum vtrùmque appellari: quia quidquid eſt in Patre, ad Filium transfluit, & quidquid in Filio, à Patre deſcendit. Vnde Chriſti Domini non modò patrem, ſed & ἀρχὴν καὶ αἰτίαν Græci Theologi [a] auſi dicere Deum altiſſimum: & πηγαίαν θεότητα τὸν πατέρα, τὸν δὲ Ἰησοῦν καὶ τὸ πνεῦμα τῆς θεογόνου θεότητος (εἰ οὕτω χρὴ φάναι) βλαστοὺς θεοφύτους καὶ οἷον ἄνθη καὶ ὑπερούσια φῶτα: ſicuti ex diuinis oraculis ſe accepiſſe Dionyſius quodam loco [b] retulit: quamuis Deus potentia & λόγος actio, in vtroque vtrumque. Nam & potentia quod poteſt eſſe eſt, & quod eſt poteſt eſſe (ait Afer Victorinus [c]) ipſa igitur potentia actio eſt, & ipſa actio potentia; actio eſt ergo & Pater, agit & Filius, agit & Pater: ideò Pater quia potentia gignit actionem; & ideo Filius actio, quia actio ex potentia. Ergo & Pater in Filio, & Filius in Patre; ſed vtrumque in ſingulis, & idcirco vnum. Hactenus ille: cui congruit aptéque connectitur, quod Hilarius [d] ſanctiſſimus Epiſcopus

a *In his Damaſcen. lib.1. de fid. orthod. c.8. 11. 15. & 16. lib.3. c.24. itẽ lib.4. c.19. poſt Dio. Areop. quem citat in d. c.15 Præterea Cyr. lib.2. de Trin. Anſelm. de ſpir. ſan. c.10. quin & Victorinus eo qui nũc proponetur loco. Hil. lib.12. de Trinit. & verò ipſe Mag. Sen. lib.1. d.50. ſed Græcis melius Latini Doctores plerique principiũ non cauſam vt B. Tho. probat in ſum. par.1. q.33. art.1. arg.1. & in eius ſolut. ſcripſimus infra ex Damaſcen. & alijs cap. 12.*

b *In de diuin. nominibus.*

c *Lib.3. & 4. aduerſ. Arium Vide & Damaſc. lib.1. c.16. & lib.3. cap.14. & 15.*

d *Lib.9. de Trin. citatus à B. Tho. q.42. art.6. in ſolut. 1. arg. idem Tho. in quæſt.39. art.7. in probat. concluſ. & art.8. in concluſ. aptè ad illa quæ ex Victorino attulimus ait in conſideratione Dei ſecundum rationem cauſalitatis, Patri potentiam ſicut Filio ſapientiam & ſpiritui ſancto bonitatem attribui.* τὴν αὐτὴν εἶναι τῆς τριάδος θέλησιν ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν *ſcribit Damaſcenus cap.19. lib.4. de fide orthodoxa, qua de re infra & cap.12.*

naturæ diuinæ hanc eſſe vnitatem ſcribit, vt ita per ſe agat Filius, quod non à ſe agat. Cæterùm hoc loco Pater cognitio ſiue intelligentia ſine initio, id eſt æterna dicitur, ſine origine ac tempore: quod per quandam περίφρασιν aut ἐπεξήγησιν, ita ſtatim explicatur, ἡ ἀΐδιος ὅρασις, ἡ ἀγέννητος ἀκοὴ, æterna viſio, ingenitus auditus ſecundum Bouium, vel iuxta Turrianum, aſpectus perpetuus, auditus non generatus. Nam etſi ἀδυνατόν ἀσώματον σώματι φανῆναι, auctore Triſmegiſto Herme in Pimandra[a]; etſi videre audire, videri audiri, corporum res eſt (vt ex Origene anteà diximus[b]) aut animorum ſaltem corpore velatorum (ſicuti Plutarchus docet;) μεταφορικῶς tamen Deo adaptatur: vt figuratè illam quæ in Deo eſt pleniſſimam cæterarum rerum omnium cognitionem, noſtrámve qualis qualis eſt (exiguam ſcilicet) intellectualis & incorporeæ naturæ, hoc eſt infinitæ ac immenſæ diuinitatis notitiam, humano quodam more modóque, prout concipimus, tenuiter ac leuiter exprimamus; qua de re actum eſt ſermone tertio: cùm & ipſe Chriſtus hominibus licet in Euangelio ſuo intelligendi (vt cum Tertulliano loquar[c]) incrementa facientibus, de Deo ita diſputans adhuc ageret, quomodo poterant adhuc audire vel capere; licet in agnitionem Dei religioſa iam incrementa facere niteretur, quemadmodum idem ille Tertullianus auctor eſt.

a *In Cratere cap.4.*

b *Cap.3.*

c *In de Trinit.*

RVRSVM ideo πρῶτος τῇ φύσει Deus meritò à Clemente nuncupatus, vel quod pater Deus primus pater eſt, quia primus omnium genuit,

qui

qui æternaliter generat, quemadmodum à beato Cyrillo [a] traditur; vel potius quod primum eſſe ſit Deus. Nam cùm in æternis Deus ſit omnipotens cauſa omniũ & fons & origo omnium quæ ſunt, id eſt τῶν ὄντων πάντων (vt ille Victorinus memorat) quid igitur damus Deo? hoc quod eſt eſſe, an omnibus damus eſſe, Deo non damus? Equidem ratio ſic ſe habet, vt primum eſſe ſit Deus. Quamobrem rectè Deum à ſcholaſticis primum ens nominatum, qui & primus natura ſit, ſolúſque verè ſit ac propriè; quod ab ipſo cætera omnia; ſuperiùs quodam loco [b] admonuiſſe me recordor. Quod ad Filij diſtinctionem non incommodè referri poteſt, ſi nomine φύσεως non ipſam eſſentiam, ſed naſcendi ordinem intelligamus: Quamuis enim Filius coæternus ſit Patri, ſecundum regulam à Philoſophorum principe Ariſtotele traditam περὶ τῶν πρός τι [c], quod relatorum neutrum tempore præcedit: Tamen quatenus à Patre Filius originem trahit; non poteſt non hôc ille prior quodammodo, & ita maior haberi; quem alioquin æqualem, coæternum, & eiuſdem ſubſtantiæ prorſus eſſe juxta Nicænam tot ſanctorum Patrum fidei aduerſus Arium cõfeſſionem credimus [d]. Ergo Tertullianus [e] atque Hilarius [f], caput & principium Filij patrem nominant (quamuis non Filij Patrem, ſed Chriſti Deum à diuo Paulo [g], caput eſſe nuncupatum, prudentiſſimè beatus Ambroſius [h] animaduerterit; ac ſecundum incarnationem dictum acceperit: ille verò etiam Patrem quodammodò

a *In Theſauro lib.10. c.4.*

b *Cap. 4.*

c *In Categorijs, quin & B. Thom. in ſum. par.1. q. 42. art. 3. in ſolut. 2. arg. de re agens ſimul eſſe relatiua natura & intellectu in quantum vnum eſt in definitione alterius tradit.*

d *De coæternis & coæqualibus diuinis perſonis, vide ſym. D. Atha. & ex eo Thom. in ſum. part. 1. quæſt. 42.*

e *In de Trinit. & aduerſ. Praxeam.*

f *In de ſynodis.*

g *1. ad Cor. epiſt. c.11. ver. 3.* κεφαλὴ δὲ Χριστοῦ ὁ Θεός.

h *Cap. 2. li. 4. de fid. ad Gra.*

priorem [a] Filio aſſerit, iis locis, ex quibus deprompta verba in poſtremum huius libri ſermonem collaturi ſumus: ſic accipienda illa (meo iudicio) vt intellectu potius ac mentis quadam intentione, quàm reipſa prior aut maior ſit Pater; cùm τῷ πράγματι καὶ τῇ ἀληθείᾳ, (ſicuti Damaſcenus [b] loquitur) hoc eſt reipſa, & in rei veritate, nec poſterior, nec minor ſit, ſed æqualis, qui ante omne tempus cum illo Filius. Cæterùm etſi omnis filius ſecundum naturalem natiuitatem, æqualitas patris eſt; quia eſt & ſimilitudo naturæ (ſicuti diuus Hilarius [c] tradit:) ideóque ſecundum eſſentiam, & virtutem, & gloriam, & tempus, Deo patri Filius ſimilis vt ſit, atque adeò æqualis; & quà nihil differunt, vnum ſint, non vnione perſonæ, ſed æqualitate naturæ, credere ac profiteri nos oportet: attamẽ ita non pręſtare quemquã cuiquam definit idem

a Origine, & ex confeſſione paternæ auctoritatis, non tamẽ natura & eſſentia (vt Ariani) maiorem eſſe filio patrẽ, & quà filius Deus eſt, auſi dicere, D. Hil. lib. 2. de Trin. & Enar. in Pſal. 137. & in de ſynod. Athan. orat. 2. contra Ariũ. Epiph. hæreſ. 69. Cyr. lib. 2. Theſau. cap. 3. ſed & ipſe (quod mirum tamen) Damaſcenus lib. 4. de fide orthod. cap. 9. & lib. 4. cap. 19. τὸ ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστιν, exponit ὡς ἐξ αἰτίου τοῦ πατρός, hoc ſubijciens quod ad diuinitatem pertinet, ἐξ αὐτοῦ γὰρ ἔχει τό τε εἶναι καὶ πάντα ὅσα ἔχει τὸ μὲν εἶναι γεννητικῶς, καὶ οὐ δημιουργικῶς. Sed aliter B. Thom. in Sum. part. 1. q. 42. art. 4. in ſolut. arg. 1. ait iſta, Pater maior me eſt, ex cap. 14. Euangel. ſecundum Ioan. intelligenda iuxta Athanaſium de humanitate filij. Rurſum diuus Hilarius de Trinit. lib. 9. & 12. donantis auctoritate patrem maiorem eſſe, ſed minorem non eſſe, cui vnum eſſe donatur. Verùm quando Cyrillus ipſe in ſupradicto loco in Athanaſij conceſſit opinionem, hoc dicens admodum, relinquitur vt vel quia ex patre filius eſt, vel quod magis nos credimus propter incarnationis diſpenſationem, maior filij pater à Scriptura ſit appellatus: iſtud ipſi etiam vtpote tutius ſequamur cum diuo Ambroſio qui videndus lib. 1. de fide cap. 4. & lib. 2. cap. 5.

b *Lib. 4. de fide orthodo. cap. 19. vbi opponit τῇ ἐπινοίᾳ, itémque τῷ λόγῳ cap. 11. lib. 1.*

c *In de Synodis aduerſus Arianos, citatus à Tho. in Sum. par. 1. quæſt. 42. art. 4. in conſic. concinj.*

Hila

Hilarius, vt alter alteri (Filius videlicet Patri) nihilominus ſubiectus ſit natiuitate naturæ. Quæ poſtrema verba, licet primo tactu duriuſcula (quod enim Apoſtolus ipſe [a] Filium ſubiectum fore dixit Patri, qui ei omnia ſubiecerit, vt ſit Deus ómnia in omnibus; quà Dei filius homo ſit, exponere forſitan debemus) molliora tamen, iſta velut attrectatione, atque adhibito tanquam cataplaſmate ſeu malagmate quodam interpretationis, fient; ſi ſubiectionem Filij, etiam quà Deus eſt, naturæ pietatem eſſe, id eſt recognitionem pietatis paternæ (cùm cæterorum ſubiectio ſit creationis infirmitas) iuxta ipſius eodem loco Hilarij ſententiam, à diuo Thoma non improbatam, iudices: primúmque ita patrem non tempore, non auctoritate, aut poteſtate, ne tollas æqualitatem; ſed φύσει (vt Clemens noſter loquitur) hoc eſt origine atque ordine naturæ, (quem videtur gradû, Tertullianus alicubi nuncupaſſe; quamuis alioqui diuinitatem gradum neſcire D. Ambroſius [b] ad Gratianum rectiſſimè ſcripſerit) ad vitandam cum diuo Athanaſio in diuinis perſonis cõfuſionem, ex ipſius Thomæ [c] definitione pronuncies. Filium profectò, quomodo ad Patrem, quà homo, vadit; ſic obedientem Patri, quà Filium, inde deſcenſurum eſſe, à Tertulliano in libro de Tri-

a D. Paul. epi. 1. ad Cor. c. 15. verſ. 28. τοτὲ καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα, ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσι, quæ κατ' οἰκείωσιν καὶ ἀναφορὰν, atque adeò ſecundum humanam naturam exponi debere cenſuit Damaſ. lib. 4. de fide. c. 19. ex quo dicam inf. c. vlt. ſed & B. Thom. in ſum. d. art. 4. in ſolut. 1. arg. Vterque poſt D. Cyril. qui videndus eſt c. 8. lib. 11. in theſaur. & D. Ambroſ. lib. 2. de fide. cap. 4. In eo ergo legis ſubditum patri, in corpore ſcilicet in quo erat ſubditus matri; ſed & lib. 4. cap. 1.

b *Lib. 2. de fide, cap. 4.*

c *Dicta quæſt. 42. art. 3. ſed & filium patri vt auctori ſubiectum, nec ideò minorem dicit diuus Hilarius lib. 12. de Trinit. De iſta ſubiectione nihil æqualitatem filij lædente, alios his non citatis locos Turrianus adfert ad cap. 6. lib. 5. Apoſtolic. Conſtit. vbi videto.*

nitate traditur; & miſſum eſſe ſe dicere[a], vt per hanc obedientiam quà venit, Dominus Chriſtus miſſus, non Pater, ſed Filius probetur; qui miſiſſet vtique, ſi Pater fuiſſet: miſſum autem non fuiſſe Patrem, ne Pater ſubditus alteri Deo, dum mittitur, probaretur. Vnde colligimus verbum, quà & Filium & miſſum, licet alioquin æqualem, per obedientiam Patri quodammodo ſubiectum, naturaliter tamen eſſe ac ſponte ſua. Nam perſonæ Chriſti etiam conuenire, vt & Deus ſit, quia Dei filius eſt; & angelus ſit, quoniam paternæ diſpoſitionis ac voluntatis adnunciator eſt; ideóque magni conſilij angelus pronunciatus, ab illo ipſo Tertulliano[b] poſteà

a *Chriſtus in Euang. ſecundum Ioannē. c.10. verſ.18.* ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔλαβον παρὰ τοῦ πατρός μου, *mandatum ſe ait à patre accepiſſe ponendæ à ſemetipſo animæ ſuæ, quam iterum ſumēdi poteſtatem habeat. & cap.16. verſ.5. vadere ſe ait ad eum qui miſit,* νῦν δὲ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με. *& verſ.10. & 17. & 28.* ἐξῆλθον παρὰ τοῦ πατρὸς, καὶ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον, πάλιν ἀφίημι τὸν κόσμον, καὶ πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα. *& cap.17. verſ.3.* καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν: *& verſ.18.* καθὼς ἐμὲ ἀπέστειλας εἰς τὸν κόσμον, *&c. & verſ.23.* ἵνα γινώσκῃ ὁ κόσμος ὅτι σύ με ἀπέστειλας, *& verſ.25. & cap.20. verſ.21.* καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς. *& epiſt. D. Pauli ad Galat. cap.4. verſ.4.* ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικὸς, *&c. Se tamen Chriſtus obtuliſſe dicitur ab eodem in epiſt. ad Hebræos, cap.9. verſ.14. & veniſſe ad faciendam Dei voluntatem, cap.10. verſ.7. & 9. & Deus ita mundum dilexiſſe vt filium vnigenitum daret. Euang. ſecundum Ioan. cap. 3. verſ. 16. & verſ. 17. miſiſſe filium ad mundi ſalutem. Vide & cap.5. verſ.30.36.37. & 38. & cap.6. verſ.44. & 57. & cap.7. verſ.10. & 28. & cap.8. verſ.16.18.26.29. De miſſione filij Chriſti cætera videto inf. cap. 12. B. Ambroſ. lib.2. de fide. cap.3. illud explicans è Zachar. cap. 2. Et ſcient quia Deus omnipotens miſit me. Vtique qui dicit Dominus eſt omnipotens (ait) & qui miſit Dominus eſt omnipotens, &c. Sanè in D. Ioan. Euang. cap.8. verſ.42.* ἐγὼ γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον, καὶ ἥκω, οὐδὲ γὰρ ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ ἐλήλυθα, ἀλλ᾽ ἐκεῖνός με ἀπέστειλε.

b *In lib. de Trin. item adu. Prax. Filium, Spiritúmque ſanctum Dei miniſtros, vocat, vbi de Patre cum quibus faciebat hominem, & quibus faciebat ſimilem, &c. quaſi cū miniſtris & arbitris ex vnitate Trinitatis loquebatur.* ἄγγελοι νοήματος *dixit Damaſcen. cap.18. lib.1. de fide orthod.*

memo

memoratur: qui paulò antè iſta protulerat; Pater fuit iſte qui ab Agar viſus eſt, an non? quia Deus poſitus eſt: ſed abſit Deum patrem Angelum dicere; ne alteri ſubditus ſit, cuius Angelus fuerit. Filium denique nihil ex arbitrio ſuo gerere, nec à ſe venire, ſed imperiis paternis omnibus & præceptis obedire, vt morigera obedientia illum paternæ voluntatis (ex quo eſt) Miniſtrum adſerat, ab ipſo Tertulliano [a] definitum ſcio. Vt autem ſubiectus ex illa obedientia morigera Filius perfectiſſimus & optimus, ex generatione ſcilicet perfectiſſima: quem propter perfectionem veram, alterius comparatio alioquin illi non ſubiicit (quemadmodum è Cereali [b] ſtatim dicemus) ſed æqualis auctoritate ac maieſtate eſt: ſic Filij principium Pater, ſecundum originem quodammodo prior eſt Filio, quà Pater eſt: quoniam aliquo pacto antecedat neceſſe eſt eum qui habet originem, ille qui originem neſcit, ſicuti Tertullianus auſus eſt dicere [c]. Ita fit, vt ſecundum hancce quam dixi, natiuitatis rationem; in Filij verbi (quod à corde iuxta Dauidem [d] eructatur) comparatione; is, cui & vnitatem propriè tribui ſtatim docebimus, pater Deus, quadamtenus hoc eſt nudo (ſicut Ruffinus Aquileienſis apud Origenem [e] alicubi loquitur) intellectu & κατὰ ψιλὼ

a Adu. Praxeam. iuſſionis verbũ circa Patrem & ſubiectionis circa Filium in diuinitate perabuſionem quandam & iuxta hominũ cõſuetudinem in Scriptura SS. poni vt nõ diſtãtia inter illos ſed concordia & vnitas voluntatis intelligatur ex ijs veter. Patrũ locis diſcere eſt quos Franciſ. Turrian. attulit ad c. 6. lib. 5. Apoſt. conſt.

b *Videto & Damaſcenum lib. 4. de fide orthod. c. 19. ex quo nonnihil nos inf. cap. vlt.*

c *In dict. lib. de Trinit. ex quo etiam ſcribo inf. cap. 12. idem aduerſ. Hermogenem quale eſt vt filio Dei ſerm. vnigenito & primogenito aliquid fuerit præter patrem antiquius, &c.*

d *Pſalm. 44. Eructauit in principio, ex quo D. Ambroſius lib. 2. de fide cap. 1.*

e *Lib. 1. περὶ ἀρχῶν, ex quo ſcribimus infra cap. vlt. vbi κατὰ ψιλὼ ἐπίνοιαν ſcripſiſſe puto.*

ἐπίνοιαν vel κατ᾽ ἐπίνοιαν (quod Græci dicunt[a]) natura primus intelligatur: à quo ille eſt, originem ducit, habet omnia ſibi tradita ſubſtrata & ſubiecta, quæ Patri accepta referat; mittitur vt Angelus ex Patre ſuo deſtinatus, ſubdendo illi ſeſe obtemperat: ſed ita, vt nō quaſi paternorum famulus præceptorum alieno ſit coactus imperio; ſed qui miſſum ſe dicit ad oues quæ perierunt domus Iſraël, cum voluntario functum arbitratu cum diuo Ambroſio[b] locum è cap. 15. Euangelij ſecundum Matthæum explicante (ne alioquin contemptus oſtendatur Patris) intelligas. Rurſum hoc ita, vt ex eo Deo Deus procedens ſecundámque perſonam efficiens, illud tamen non eripiat Patri, quod vnus eſt[c]; atque adeò quod natura primus eſt; à quo vt ab æterno æternæ ſuæ originis auctore diuus Hilarius ſecundū eſſe Filium ſcribit[d]. Quamuis enim qui Pater ab æterno eſt, non poſſit non æqualem vt ſubſtantia, natura, eſſentia; ſic tempore, Filium qui ab eo principium natiuitatis ante omne tempus acceperit, habere: (Nam ſi Pater eſſe cœpit; Deus ergò primò erat, poſteà Pater factus eſt: Quomodo ergo immutabilis Deus? Si enim antè Deus, poſteà pater, vtiq; generationis acceſſione mutatus eſt. Sed auertat Deus hāc amētiam, inquit diuus Ambroſius[e]. Sempiternitas Filij paternæ maieſtatis inſigne eſt, &c. Et ſtatim, Quæris à me vtrum prior nō poſſit eſſe qui Pater eſt: Quæro à te vt doceas, quando Pater fuerit prior.) Ideóque licet impium blaſphemúmq; ſit, cum Ario dicere, fuiſſe Deum quando pater

non

a *B. Ioā. Damaſce. libr. 4. de fide orth. c. 19. ſed & λόγῳ, καὶ ἐπινοίᾳ cap. 11. libr. 1.*

b *Libr. 2. de fide cap. 4.*

c *Tertullianū vide ad finem lib. de Trin.*

d *Libr. 12. de Trin. circa finem eo loco quem proponemus infr. c. vlt. vbi περὶ ἀνάρχου.*

e *Lib. 1. de fide ad Gratianum cap. 5.*

non fuerit,aut eum non ſemper fuiſſe Patrem, aut nō ſemper fuiſſe cuius eſſet Pater, exiſtimare[a]:Cùm qui ante omne tempus eſt, ſemper in Patre fuiſſe dicendus ſit; ne Pater non ſemper ſit Pater, ſicuti Tertullianus ipſe de Trinitate agens admodum rectè aſſeruit; nihil tamen vetat,quin æqualem ſibi naturà qui habet, idem originis intuitu ſolo,Pater Filio coœterno maior & prior quadātenus intelligatur. Vnde Gregorius Theologus alicubi[b], δῆλον (inquit) ὅτι τὸ μεῖζον, ἐστὶ τῆς αἰτίας, [c] τὸ δ' ἴσον τῆς φύσεως: quod & ipſum adhibitis Ignatij ad Philippenſes,& Baſilij aduerſus Eunomiū,itémq; Damaſceni ac diui Athanaſij teſtimoniis,à doctiſſimo Genebrardo in libris de Trinitate[d] expoſitum reperio.

CÆTERVM non nego, quin & iſtud πρῶτος τῇ φύσει ad Trinitatem ipſam, vnicum Deum alibi iure optimo referatur; habita ſcilicet creaturarum ratione;quæ neutiquam ipſi Creatori adæquari poſſunt, vt pote principali, qui ſuper omnia & ante omnia, & ex quo omnia, ſicuti Tertullianus tradit[e]. Quemadmodum & illud alterum περὶ ἀδιδάκτου σοφίας de ſapiētia non creata(vt exponit Bouius)de ſapientia à doctore non tradita(ſicuti Turrianus maluit) Trinitati quidem commodè aptéque tribui poteſt,hominum angelorúmque facta cum Deo ſummo comparatione; vt ſapientia creata ſit,quam Deus creaturis indiderit: iuxta illud Eccleſiaſtici[f] de Sapientia, Ipſe creauit illam in Spiritu ſancto & vidit & dinumerauit & menſus eſt & effudit illā ſuper omnia opera ſua, & ſuper omnē carnem,

[a] *Vide Ioan. Damaſc. li.1. de fide ortho. c.8. & Agnellum Rauenn. Epiſ. ad Harmin. aduerſ. Ariū poſt D. Amb. lib.1. de fid. ad. Grat. cap.9.*

[b] *Libr. 2. de Theologia, tractās illud Pater maior me eſt è Ioā. 14. c. & cōiungens cū iſto Pauli è ſecūda epiſt. ad Philip. Nō rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo, &c.*

[c] *Sed hoc αἰτίας ſiue cauſæ nomen circa diuinitatē ad Patrē duriuſculè referrì antè admonui.*

[d] *Libr. 3. vide Damaſce. lib. 1. c. 9. de fide & lib. 4. c. 19.*

[e] *Aduerſus Hermogen.*

ſecundum datum ſuum, & præbuit illam diligentibus ſe. Veruntamen quando Pater diligit Filium,& omnia demonſtrat ei quę ipſe facit,ſimiliter & Filius audit;ſecundum ea quæ à diuo Ioanne in Euangelio traduntur [a]: quæ verba, licet ad Chriſtum ſecundum naturam humanam referre beatus Thomas [b] maluerit, non negat tamen quin & de Verbo,Dei filio, rectè intelligantur; quod ab æterno pater ei dederit ſcientiam & voluntatem agendorum, eum generando.Iſtius generationis ac natiuitatis æternæ cōſideratione,Patrem ἀδίδακτον σοφίαν, Filium verò διδακτὸν, poſſumus dicere, (ſi tamen ita doctioribus & ipſi Eccleſiæ videatur) quoniam quem υἱὸν μονογενῆ λόγον Θεὸν Filium vnigenitum verbum Deum,hunc ſapiētiam quoque viuentem, σοφίαν ζῶσαν, Clemens noſter [c] paulò poſt in iſta ipſa oratione Liturgica quam interpretamur, hymnum Cherubicum præcedente, nominat. Præterea mouet quod Tertullianus ipſe filio Dei nomen profusè & ſupra omnem omninò menſuram à Patre datum, & ſine tempore, illámque diuini nominis poteſtatem Filium & ſuper omnia & in omne tempus accepiſſe, illo diuo Ioannis teſtimonio citato ſcripſerit [d]. Igitur ἀδίδακτος σοφία, Pater ingenitus; nam ſi Filio, ſanctoque Spiritui, paſſim(quod iſto quoque ac ſuperiore ſermone docuimus) nomen ſapiētiæ adſcribitur;cur nō & Patri; qui omnia in ſapientia cōdidiſſe ab æterno,& ipſam poſſediſſe dicitur [e]?ſapientiæ inquā, nō aliunde

a *Ca.3.in fine & cap.5.verſ. 20.* ὁ γὰρ πατὴρ φιλεῖ τὸν υἱὸν καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ ἃ αὐτὸς ποιεῖ *& verſ. 30.* καθὼς ἀκούω, κρίνω *& cap.8.ver. 26.* κἀγὼ ἃ ἤκουσα παρ' αὐτοῦ ταῦτα λέγω εἰς τὸν κόσμον. *Vide & c.10. verſ. 17.* διὰ τοῦτο ὁ πατήρ με ἀγαπᾷ.

b *in ſum.par. 1. q. 42. art. 6.in 2.argum. & eius ſolut.*

c *Sed & Ioā. Damaſc.libr. 1.de fide orth. c. 8. poſt Cyrillum tamen lib.5.Theſauri c.3. vbi viuā Patris voluntatem Filium vocat.*

d *In libr.de Trin.*

e *Vide Salomonem Prouerb.c.3.verſ. 19.& cap.8.verſ.22.& Eccleſ.5.cap.1.in princ.*

hauſtæ

hauſtæ ac depromptæ, ſed à ſe ipſa progreſſæ atque imbibitæ (vt ita loqui liceat) id eſt ortæ ſiue acceptæ proprietatem Patri competere, ſummáque ratione ipſi à Clemente noſtro attributam, quis non aſſertore me dixerit: cùm id quod de ſapientia iam tum ab initio creata (hoc eſt genita ſiue generata, non facta; niſi quatenus Verbum carnem ſuſcepit, iuxta Cyrilli ſententiam) ſacris literis proditum legimus [a], Chriſto ſummi patris vnigenito filio & coæterno, adſcribendum eſſe, cum Hieronymo (vt monui ſuprà) cæteri omnes ore vno, & quidem rectiſſimè, prædicent? Hoc ſanè ſenſiſſe ipſum diuum Thomam arbitror [b], cùm vtrumque, Filium & Patrem, per ſe eſſe ſapientiam dixit, & ſimul ambos, vnam ſapientiam: vnde Patrem non eſſe ſapientem ea ſapientia, quam genuit; ſed ea quæ ſua eſt eſſentia. Igitur ἀδίδακτος σοφία Pater eadem ratione dictus, qua & ἀγέννητος (de quo poſtremo capite diſceptabitur) vtrumque ad Filij vnigeniti & à Patre id quod eſt habentis, diſtinctionem: quod ſic exponendum tamen, vt non ſit σοφία διδακτὸς Filius; niſi quà genitus eſt: quamobrem ſicuti de Filio agens Beatus Ambroſius [c] in Dei ſapientiam non cadere ſcripſit. vt inſtituta ſit alterius diſciplinis, cùm ipſa diſciplinarum omnium tradiderit inſtitutum; quod verè ſcripſit ac prudenter: ita rectè, quod ſuam doctrinam Chriſtus non ſuam eſſe, ſed Patris qui eum miſerit, & quem ipſe audierit, vt quæ ipſum docuerit Pater, hæc loquatur; apud beatum Ioannem protulit; interpre

a *Prou. cap. 1. ver. 23. & 24. 25. & c. vſque ad 32. & Sapientiæ Salomonis cap. 7. verſ. 24. & duob. ſequent. & c. 9. verſ. 9. & ſeq. & Eccleſiaſt. cap. 1. verſ. 1. 4. 5. & 9. ex quibus vide quæ infr. ſcribimus ca. 12. ad fin. vbi περὶ ἀνάρχου. & ſuperiore prox. c. ſapiẽtiæ creatæ verbũ varias interpretationes recipere docet B. Th. in ſum. part. 1. qu. 41. art. 3. in ſolut. 4. arg. ſed vide D. Cyril. li. 5. Theſaur. c. 4.*

b *In ſum. par. 1. q. 39. art. 7. in ſolut. 2. arg. poſt B. Aug. libr. 6. de Trinit. c. 2.*

c *Li. 2 de fid. cap. 4. vbi ex Baruch. 3. c. etiã vidẽdus.*

terpretemur : vt hoc quoque admittamus ; quod Verbum eſſe ſapientiam genitam beatus Auguſtinus tradit[a]. Nam & quod ſe à Patre exiiſſe ac venire[b], quódque per Patrem viuere in ſacroſancto Euangelio Filius (qui ſapientia ipſe viua eſt) profitetur; hoc ſic interpretari nos oportere Damaſcenus[c] docet, vt quæcunque Filius habet, hæc à Deo tanquam ab auctore ac Patre, non tanquam à donante ac tradente partem ſiue participante aut tanquam à docēte habeat, qui ei ſua omnia largiſſimè pleniſſiméque (vt inferiùs[d] explicabitur) communicauerit: ſine vlla ſui mutatione tamen; quippe quæ in Deum cadere non poſſit. πάντα δὲ ὅσα ἔχει (ait ille) οὐ μεταδοτικῶς, οὔτε διδακτικῶς, ἀλλ' ὡς ἐξ αἰτίου, &c. quæ ſequuntur: quibus iſtud conſonum, quod idem ipſe alio loco[e] ſcribit, ὅτι ἡ θεῖα ἔλλαμψις καὶ ἐνέργεια μία οὖσα καὶ ἁπλῆ καὶ ἀμερὴς μένει, & item ἓν ἔξαλμα καὶ μία κίνησις τῶν τριῶν ὑποστάσεων; deinde quod habere filium Dei naturaliter quoddam præ aliis filiis ſingulare beatus Thomas[f] ex diuo Baſilio[g] ſcribit; vt ſcilicet id quod accipit, per naturam habeat: poſtremò quod Patrem & Filium eſſe vnam ſapientiam, quâ vnam eſſentiam; & ſigillatim ſapientiam de ſapientia, ſicut eſſentiam de eſſentia diuo Auguſtino auctore[h] beatus Thomas in ſumma[i] tradit & explicat.

a *Libr. 7. de Trinit. cap. 2. quod nihil aliud eſt, quàm ipſa conceptio ſapientis, quæ etiam notitia genita dici poteſt, iuxta Th. in ſum. q. 34. art. 1. in ſolut. 2. argu.*

b *Euā. 1. c. 7. ver. 16. & 17. & cap. 18. verſ. 28.*

c *Lib. 4. de fide orth. c. 19.*

d *Vide quæ ex diuis Hil. Augu. Th. ſcripſimus infr. c. 12.*

e *Lib. 1. de fide orth. ca 11. & 19. & ca. 19. lib. 4.*

f *In ſum par. 1. q. 33. in arg. 2. & eius ſolu.*

g *Homilia de fide quæ eſt 15 videto & D. Cyril. in Theſauro libr. 5. c. 3. vbi ad finem. Non ergo per doctrinam creator eſſe didicit, ſed naturaliter atque ſubſtantialiter creator eſt, de Filio loquitur. Vide & c 2. lib. 4. & c. 1. lib. 10.*

h *Lib. 7. de Trinit. c. 1. circa finem & cap. 2. in principio.*

i *Quæſt. 39. articul. 5. in ſolut. 1. argumen. Adde ſis Damaſcenum libr. 1. de fide ortho. cap. 16.*

plicat. Quamobrem & quod Patrem non iudicare quenquam, ſed omne iudicium Filio dediſſe; itemque vitam habere in ſemetipſo ſacroſancti ſecundum Ioannem Euangelij cap. 5. cōtinetur; datum vtique generando, non largiendo quaſi inopi per gratiam & poteſtatem, ſed quaſi Filio per generationem diuus Ambroſius [a] interpretatus eſt.

a *Li.2. de fide cap.4. & li.3. cap.7. & vlt.*

PORRÒ quod Clemens Romanus ſummum Deum κρείττονα παντὸς ἀριθμοῦ nuncupat, hoc eſt extra omnē numerum (vt Bouius interpretatur) conſtitutū, quem Turrianus infinitum dicere maluit. Equidem aut (vt ille) extra vel ſupra omnem numerū, aut (quod idem eſt) omni numero ſuperiorem atque præſtantiorem; vel etiam, omnis numeri expertem, Latinis verbis exponi debuiſſe, planè ſentio. Ad rem ipſam declarandam quod attinet; nihil poſſe adferri aptius atque concinnius reor, hiſce vetuſtorum Patrum teſtimoniis; quæ vndique, velut puluerem Olympicum, collegiſſe iuuat. Ac primùm, ne dicam ὅτι μάλιστα μὲν ὑπὲρ ἀριθμὸν τὰ ἀπερίληπτα ἐστιν (quemadmodum à diuo Baſilio traditur [b]) maxime ſupra numerum illa eſſe quæ inacceſſa nobis & incomprehenſibilia; quæ mentis acie vlla conſpicari aut aſſequi non poſſimus: qualia omnino diuina eſſe cōſtat. Victorinus Afer de diuinis agens aduerſus Arium [c]: Omnia ergo ibi ſubſtātialiter ſimplicia, inconnexa, vnum; numero vnum, nec numero vnum: ſed ante numerum vnum, id eſt ante vnum quod eſt in numero; hoc eſt planè ſimplex, ſolum,

b *Baſil. mag. in de Spiritu ſancto cap.18.*

c *Lib. 3. ſub init. Vide & lib.4.*

lum; ſine phantaſia, quod alterum. Et alio loco [a], ſed cùm in vno omnia, vel vnum omnia; aut cùm vnũ omnia, vel nec vnum nec omnia; fit infinitum, fit incognitum, indiſcernibile, incognoſcibile, & (quod vere dicitut) ἀοριςία id eſt infinitas & indeterminatio; & cætera quæ ſequuntur, apud Victorinum ipſum valde ſubtiliter tractata, & explicata, iuxta diui Auguſtini ſententiam: qui extremo libro ſexto de Trinitate, ſingula in ſingulis ait eſſe circa Trinitatem, & omnia in ſingulis, & ſingula in omnibus, & omnia in omnibus, & vnũ omnia. Cui congruit quod ſcholaſticis quidem verbis beatus Thomas [b], ſed ad explicãdum ac docendum aptis ita protulit. Neque omnes relationes eſſe maius aliquid, quàm vnam tantum; nec omnes perſonas maius aliquid, quàm vnam tantum: quia tota perfectio diuinæ naturæ in qualibet perſonarũ ſit ſecundum quam perfectionem, per alterius comparationem nihil ſubiici, neque adcreſcere, ſtatim auctoritate vetuſtorum Patrum adhibita docebitur. Idem doctor alio loco [c], eſſentiam diuinam non ſolum idem eſſe realiter cũ vna perſona, ſed cum tribus; vnde vnam perſonã & duas, & tres, de eſſentia poſſe prædicari demonſtrauerat. Verùm, vt plenius iſtorum verborum, κρείττων πάντος ἀριθμοῦ, contẽplari vim atque introſpicere liceat; iſtud Cerealis [d] Epiſcopi aduerſus Maximinum Arianum adferam, quo loco Deum ita in tribus perſonis vnum eſſe, ſimplicem, æqualem, & inſeparabilem oſtendit; vt non ſubiiciatur numeris: propterea quòd diui-

a *Lib.* 4.

b *In ſum. par.* 1. *qu.* 42. *argum.* 4. *in fine.*

c *Quæſt.* 39. *art.* 6. *in confirmat. cõcluſ. non lõgè hinc abeſt quod ipſe idem ait in ſolut.* 2. *arg. eo. art. in diuinis vniuerſale aut particulare ſiue ſingulare non eſſe: qua de re agitur & in qu.* 40. *art.* 3. *in confir. conclu.*

d *Ex cap.* 15. *in hæreſeologiæ fol.* 681.

diuina in nullo à ſe natura diſtet. Nam doctiſſimi Epiſcopi hæc omnino verba ſunt, quæ velut è ſitu ac tenebris in lucem reuocare operæpretium duco; Inſeparabilis quippe eſt Trinitas: Neque enim locus eſt, vbi nõ ſit Pater & Filius & Spiritus ſanctus: vbique ſimul ſunt, nec ſeparantur locis, quia non eſt corporeus Deus; nec numeratur Deus, quia non ſubiicitur numeris, Deus igitur noſter vnus eſt. Nam cùm Pater & Filius & Spiritus ſanctus ſit, nemo Chriſtianus tres Deos poterit dicere; quia in nullo à ſe diuina diſtat natura: numerus ſiquidem ordinem efficit, æqualitas non admitit; alter enim primum ſequitur, alteri tertius applicatur. Sed cùm gradus fieri non poſſint ex paribus, qui ſubdi poſſint, quẽadmodum cùm numeratur; vnus ergo erit, quia non habet ſecundum: ſecundus quippe minoris ordinem tenet; & minor alterum facit, alter poſteriorem indicat, poſterior imparem ſignat. Remoue diſtãtiam, & quod numeres non habebis. Idem ipſe Cerealis [a] aliquanto poſt; hoc tantum lector teneat (inquit) Dominum Deum minimè numero ſubiacere, minimè ſeparari: quod enim minimum eſt, Deus non eſt, ſed quod Deus eſt filius, & Spiritus ſanctus, vterque perfectus eſt. Hæc autem eſt vera perfectio: Nam non ſubiicit alterius comparatio, nec remanet quod poſſit accreſcere. Ac denique iſtud Eccleſiaſtici explicans (Quia innumerabilis eſt magnitudo Dei.) Vnde docetur (ait) quia blaſphemi ſunt, qui Trinitatem ſeparando gradibus & numeris credunt eſſe ſuaden

[a] *Cap.* 20.

dendam (ſic lego, vbi vulgata editio, ſeparando ac gradibus; perperam ſcriptum & interpunctum habuit.) Hactenus ergo Cerealis: nec abſimiliter beatus Ambroſius [a] ad Gratianum Imperatorem; quanto magis Pater & Filius in diuinitate vnum ſunt; vbi nec ſubſtantiæ nec voluntatis vlla eſt differentia. Namque aliter, quomodo vnum Deum dicimus? diuerſitas plures facit, vnitas poteſtatis excludit numeri quantitatem: quia vnitas numerus non eſt; ſed hæc omnium ipſa principium eſt, &c. Idem paulò ante dixerat, Non poſſe deſtrui, atque adeò vnum eſſe non diuiſum regnum Trinitatis: hoc addito, non enim diuiditur vnitas nec ſcinditur; & ideò nec corruptelæ ſubditur, nec ætati, Pater Deus (inquiunt Catholici apud Seuerinum Boëtium [b]) filius Deus, Spiritus ſanctus Deus. Legitur Pater, Filius, Spiritus ſanctus, Deus vnus; non tres Dij: cuius coniunctionis ratio eſt, indifferentia. Eos enim differentia comitatur, qui vel augent, vel minuunt, vt Ariani; qui gradibus meritorum Trinitatem variantes diſtrahunt, atque in pluralitatem diducunt. Principium enim pluralitatis alteritas eſt: Præter alteritatem enim nec pluralitas quid ſit intelligi poteſt: nec multò poſt; Quocirca hoc verè vnum, in quo nullus numerus; nullum in eo aliud, præter quàm id quod eſt: & ſtatim,

a Li. 1. de fide cap. 2. vide B. Tho. in ſum. part. 1. quæſt. 30. art. 3. in 1. argument.

b Initio lib. de ſancta Trinit. citat B. Tho in ſum. part. 1. quæſt. 42. art. 1. in confirmat. cõcluſ. qui & in ſolut. 2. arg. nõ ſolum vnã eſſe naturam Patris & Filij ſed etiam æquè perfectã eſſe in vtroque ſcribit & in ſolut. 3. arg. eſſentiam diuinã non magis eſſe Patris quàm Filij vnde ſicut Filius habet magnitudinem Patris, quod eſt eſſe eum æqualem Patri, ita Pater habet magnitudinẽ Filij quod eſt eſſe eum æqualem Filio. Alioqui ſanè cum in diuinis quantitas non ſit aliud quàm eius eſſentia & inæqualium non poſſit eſſe vna quantitas numero, non eſſet in perſonis diuinis vna eſſentia ſi aliqua in ipſis eſſet inæqualitas. Hæc Tho. ibid. in confir. concluſ.

nulla

nulla igitur in eo diuerſitas, nulla ex diuerſitate pluralitas, nulla ex accidentibus multitudo; atque ideo nec numerus: Deus verò à Deo nullo differt, nec vel accidentibus vel ſubſtantialibus differentiis in ſubiecto poſitis diſtat; vbi verò nulla differentia, nulla ibi omnino eſt pluralitas: quare nec numerus: igitur vnitas tantum. Et ad finem eius libri; facta quidem eſt Trinitatis numeroſitas, in eo quod eſt prædicatio relationis; ſeruata verò vnitas in eo quod eſt differentia, vel ſubſtantiæ, vel operationis, vel omnino eius quæ ſecundum ſe dicitur prædicationis. Ita igitur ſubſtantia continet vnitatem, relatio verò multiplicat Trinitatem[a].

QVIBVS auctoribus iſtud Clementis noſtri Deum omni numero ſuperiorem definientis, malim equidem ad vnitatem eſſentiæ trium in Deo perſonarum æqualium & inſeparabilium referre, iuxta ea quæ fusè ac perſpicuè à Baſilio illo magno alicubi[b] traduntur: quàm quod fecere interpretes) de infinitate diuinitatis exponere: vt cùm æqualitas vnum idcircò dicatur eſſe, quia par ſit, vnum tamen in quo par ſignificetur, non ad vnicum vendicetur: vnam enim Dei ſubſtantiam, ſi non perſonam ſubſiſtentem perimat, nec vnam ſubſtãtiam partitam in duos diuidat, religioſè prædicari diuus Hilarius[c] tradit: Anathematizari autem eos qui tres Deos dicunt, quia ſecundum naturæ veritatem, numerum nuncupationum ſubſtantia iſta

a Citatur hæc poſtrema & à B. Thom. in ſum. par. 1. q. 39. artic. 1. in confir. concluſ.

b In libr. de Spiritu ſancto cap. 18.

c In de Syn. adu. Arianos. B. Th. in ſum. part. 1. quæſt. 31. articul. 1. in ſolut. 4. argumen. cùm Trinitatem in vnitate dicimus, in vnitate eſſentiæ numerum nõ ponimus quaſi ſit ter vna: ſed perſonas numeratas in vnitate naturæ ponimus, ſicut ſuppoſita alicuius naturæ dicuntur eſſe in natura illa. Idem in quæſt. 39. art. 2. in confirm. cõcluſ. Quia in diuinis multiplicatis perſonis non multiplicatur eſſentia, dicimus vnam eſſentiam eſſe trium perſonarum, & tres perſonas vnius eſſentiæ.

n

non recipit. In natura Dei, Deum vnum eſſe; ita tamen vt & filius Deus ſit, quia in eo natura non differens ſit; numerum autem nominis in nuncupatione reſpui, quia non eſt in naturæ quantitate diuerſitas. Et alio loco [a], iſtud explicans (Ego Deus primus, & ego Deus nouiſſimus) deorum numeroſitate damnata (inquit) & Deo tanquam vno prædicato, negari Deus filius Dei nõ poteſt. Verùm naturæ iſtud præſtat genuina proprietas, vt nomen quod negatur ad numerum, debeatur eſſentiæ, &c. Ergo cùm Pſaltes diuinus idémque Rex [b], ſapientiæ ac virtutis Dei non eſſe numerum dixiſſet; ea verba explicans beatus Hieronymus, appoſitè ad ſuperiora, Chriſtum eſſe Dei virtutem, & ſapientiam; & vnam ſapientiam non poſſe numerari docuit: quamuis ibi virtutis nomen, hoc eſt potentię ad Chriſtum, ſapiẽtiæ verò Dei vocabulum ad ſanctum Spiritum referre beatus Athanaſius [c] Trinitatis ex eo loco aſſerendæ cauſa, maluerit. Eſt igitur diuinitas propter vnitatem illam, omni numero præſtantior atque ſuperior; quantum ad eſſentiam atque ſubſtantiam attinet: quam vnitatem Dionyſius alicubi [d] τῆς ὅλης θεϊκῆς ἑνότητος ὑπερβάλλουσαν ἀμέρειαν vocat: ἐν ᾗ πάντα ἑνικῶς συνῆπται, καὶ ὑπερήνωται, καὶ πρόσεστιν ὑπερουσίως. Atque ex iſta vnitate perpendendum, ac veluti ſub exagio librandum cenſeo; quod alioquin obſcurè ſatis ab Iſidoro Peluſiota [e] in hæc ferè verba ſcriptũ recordor: ὁ λέγων ὅτι εἷς ἐστὶν ὁ Θεὸς, οὐ πρὸς τὸν ἀριθμὸν κατέδραμε τῆς μονάδος, ἀλλὰ πρὸς τὸ μυστήριον τῆς τριάδος; eum qui vnum eſſe Deum pronunciet, non

[a] *Ex eodem libro.*

[b] *Pſal. 146. Laudate. ver. 5.*

[c] *In de communi eſſentia. cap. de Trin.*

[d] *Cap. 13. de diuin. nomin. Vide & cap. 5. & 13.*

[e] *Init. epiſtol. 143. ad Paul.*

non ad vnitatis numerum currere aut confugere, ſed ad Trinitatis myſterium: vbi putem ab Iſidoro ſcriptum κατέδραχε, pro καταδέδορκε, ſeu κατέδαρκε, quod eſt κατέβλεψε [a]; vt diſpicere ſiue ſpectare ſignificet. Nempe qui vnum Deum eſſe ait, non hoc profectò ſentire debet, ſingularem & vnicum, ſolum ſiue ſolitarium eſſe illum [b]; hoc eſt vnam perſonam ſecundum Iudæos [c]: aut vnum ex pluribus inter ſe diſtantibus natura, eſſentiáque, vel numero, & gradu, ſecundum Græcos, & alios gentiles: ſed potius in tribus perſonis eſſentiæ, ſubſtantiæ, ac voluntatis, perpetuam, ſimplicem, atque perfectam eſſe, ita vt diſſolui nequeat, ſine vlla interim ipſarum confuſione perſonarum [d] vnitatem; non eam numero ſed vniuerſitate intelligendam. Itaque quando numerus ita definitur, vt ſignum ſit per quod ſubiectorum quantitas & multitudo (iuxta Baſilium Magnum [e]) diſcernitur; cùm de Patre, Filio, ſanctóque Spiritu, Dominus noſter loquutus eſt, non perſonas enumerauit ille, ſed per nomina ſancta nobis ipſarum cognitionem (eodem Baſilio teſte) inſtillauit: πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα (inquit ipſe) παραδιδοὺς ὁ Κύριος, οὐ μετὰ τοῦ ἀριθμοῦ συνεξέδωκεν, οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι εἰς πρῶτον, καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον, οὐδὲ εἰς ἓν, καὶ δύο, καὶ τρία, ἀλλὰ δι' ὀνομάτων ἁγίων τὴν γνῶσιν τῆς πρὸς σωτηρίαν ἀγούσης πίστεως ἐχαρίσατο. Ideo nempe apud

a Similis loquendi ratio apud Damaſcen. hac ipſa de re agentem lib. 1. de fide ortho. cap. 11. ὅταν μὲν οὖν πρὸς τὴν θεότητα βλέψωμεν, καὶ τὴν πρώτην αἰτίαν, καὶ τὴν μοναρχίαν, καὶ τὸ ἕν, καὶ ταυτὸν τῆς θεότητος, &c. ἓν ἡμῖν τὸ φανταζόμενον, & cat. quæ ſequuntur ad hunc locum omnia pertinentia.

b Hac de re ſubtiliter diſputat D. Tho. in Sum. par. 1. quæſt. 31. art. 2. in probat. concluſ.

c Qui Filiũ non agnoſcunt, Tertul. teſte aduerſ. Prax. Vide D. Ambr. lib. 1. de fide cap. 1 & 2.

d Ambr. lib. 1. de fid. 1. & 2. cap. D. Athanaſ. in Symbol. & Damaſcen. lib. 1. de fide orthod. cap. 11. *e Lib. de Spir. ſanct. cap. 17. & 18. ὁ γὰρ ἀριθμὸς σημεῖον γνωριστικὸν τοῦ πλήθους vel τοῦ ποσοῦ τῶν ὑποκειμένων.*

Clementem noſtrum, quodam ſuperiorum librorum loco [a], de vno Deo Chriſti vnius filij non plurium patre ac ſolo Deo ſic ferè ſcriptum in memoriam reuoco, vt eum ſcilicet primicerij Chriſtiani confitebantur atque prædicabant: ἕνα μόνον Θεὸν καταγγελλόμενον νόμου καὶ προφητῶν Κύριον, τῶν ὄντων δημιουργὸν, τὸν Χριστοῦ πατέρα, &c. οὐ δεύτερον ὄντα, ἢ τρίτον, ἢ πολλοστὸν, ἀλλὰ μόνον ἀϊδίως. οὐκ ἄγνωστον, ἢ ἄλεκτον, ἀλλὰ διὰ νόμου καὶ προφητῶν κηρυσσόμενον παντοκράτορα, παντάρχην, παντεξούσιον Θεὸν καὶ πατέρα τοῦ μονογενοῦς καὶ πρωτοτόκου πάσης δημιουργίας ἕνα Θεὸν ἑνὸς υἱοῦ πατέρα οὐ πλειόνων, &c. Atque hoc ſanè illud eſt, quòd is quem ante nominauimus Iſidorus, myſterium Trinitatis vocat: & ita ſub finem eiuſdem epiſtolæ, iuxta ea quæ modò diximus, explicat; τὸ μὲν γὰρ διαφόρους φύσεις ὑποτίθεσθαι, ἑλληνικὸν, τὸ δὲ ἓν πρόσωπον ἤγουν μίαν ὑπόστασιν, ἰουδαϊκὸν, τὸ δὲ πλατύνοντα εἰς τὴν ἁγίαν τριάδα τὰς ὑποστάσεις εἰς μίαν οὐσίαν συνάγειν, ὀρθότατόν ἐστι, καὶ ἀληθέστατον δόγμα. Huc pertinet quod Tertullianus [b] ſic ferè; Neque enim (ait) proximi erimus opinionibus nationum, quæ ſi quando coguntur Deum confiteri, tamen & alios infra illum volunt: diuinitas autem gradum non habet, vtpote vnica. Præterea illud etiam, quod περὶ τοῦ εὐσεβοῦς τῆς μοναρχίας δόγματος agens Baſilius, eo quem antè citauimus loco adiungit; οἱ δὲ τὴν ὑπαρίθμησιν ἐν τῷ πρῶτον, καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον λέγειν τιθέμενοι, γνωριζέσθωσαν, τὸ πολύθεον τῆς ἑλληνικῆς πλάνης, τῇ ἀχράντῳ θεολογίᾳ τῶν χριστιανῶν ἐπεισάγοντες. Poſtremò illud ab Ruffino Aquileienſi presbytero [c] in expoſitione ſymboli Apoſto

a Cap. 11. lib. 6. cuius initiũ ἡμεῖς δὲ τέκνα

b Aduer. Hermogen. diximus. & ſup. ex Ambroſij lib. 2. de fid. ad Grat. cap. 4. quod gradus in diuinitate non ſit.

c Extat inter opera Cypriani fol. 545. Cum hoc autem loco, nectendus alter aduerſus Praxeam Tertulliani locus ex quo verba protuli ſupr. cap. 8.

Apoſtolorum huc etiam refero; Quod autem diximus Oriẽtis Eccleſias tradere(inquit)vnum Deum patrem omnipotentem, & vnum Dominum;hoc modò intelligẽdum eſt, vnum non numero dici,ſed vniuerſitate, &c. vbi autem ſecundus vel tertius non poteſt iungi, vnus ſi dicatur,non numeri, ſed vniuerſitatis eſt nomen: vt ſi (exempli cauſa) dicamus vnum ſolem, &c. Multò magis ergo Deus,cùm vnus dicitur;vnus non numeri, ſed vniuerſitatis vocabulo nuncupatur:id eſt qui propterea dicatur, quia alius non ſit: ſimiliter & de Domino accipiendum eſt, quòd vnus ſit Dominus Ieſus Chriſtus, per quem Deus pater dominatum omnium tenet: ſic enim legendum, vbi vulgò perperam ſcriptum,ouium; Tertulliani auctoritate [a], in qua ſimiliter ea de re ſcriptum eſt,comprobare poſſum: & verò ea quæ ſtatim ibi ſubiiciuntur indicant:Et paulò poſt, Vnus enim de vno naſcitur:quia & ſplendor vnus eſt lucis, & vnum eſt verbum cordis: nec in numerum pluralem defluit incorporea generatio; nec in diuiſionem cadit, vbi qui naſcitur nequaquam à genetante ſeparatur: optimè iſti omnes; nec enim vbi de perſonis diuinitatis agitur, ab vnitate ad pluralitatem fit progreſſus: quæ ſic à nobis nuncupantur, teſte Magno Baſilio [b], εἷς Θεὸς καὶ πατὴρ, καὶ εἷς μονογενὴς υἱὸς, καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον: & ita, ἑκάστην τῶν ὑποστάσεων μοναχῶς ἐξαγγέλλομεν. ἐπειδὰν δὲ συναριθμῆσαι δέῃ, οὐχὶ ἀπαιδεύτῳ ἀριθμήσει πρὸς πολυθείας ἔννοιαν ἐκφερόμεθα. οὐ γὰρ κατὰ σύνθεσιν ἀριθμοῦμεν ἀφ᾽ ἑνὸς εἰς πλῆθος ποιούμενοι τὴν παραύξησιν, ἓν, δύο, καὶ

a In de Trin. ad fin. vbi ſub iectis enim ei quaſi filio omnibus rebus à patre, patris quidem ſui filius probatur: cæterorũ autem & Dominus & Deus eſſe reperitur, &c. & ſtatim vt meritò Deus pater omnium Deus ſit & principiũ filij ſui quem Dominũ genuit: filius autem cæterorũ omniũ Deus ſit, quoniam omnibus illũ Deus pater præpoſuit quẽ genuit.

b In lib. de Spir. ſanct. c. 18. ſub initiũ.

τρία λέγοντες, οὐδὲ πρῶτον, καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον, &c. Θεὸν γὰρ ἐν Θεῷ προσκυνοῦντες, καὶ τὸ ἰδιάζον τῶν ὑποστάσεων ὁμολογοῦμεν, καὶ μένομεν ἐπὶ τῆς μοναρχίας εἰς πλῆθος ὑπεσχισμένον τὴν θεολογίαν μὴ σκεδαννύντες, &c. quæ ſequuntur, ὥστε κατὰ μὲν τὴν ἰδιότητα τῶν προσώπων, εἷς καὶ εἷς, κατὰ δὲ τὸ κοινὸν τῆς φύσεως, ἓν οἱ ἀμφότεροι. πῶς οὖν εἴπερ εἷς καὶ εἷς, οὐχὶ δύο θεοί; ὅτι βασιλεὺς λέγεται, καὶ ἡ τοῦ βασιλέως εἰκών, καὶ οὐ δύο βασιλεῖς, οὔτε γὰρ κράτος σχίζεται, οὔτε ἡ δόξα διαμερίζεται. Itaque cùm licet in creaturis generatum non eandem numero naturam accipiat, quam generans habet, ſed eandem ſpecie, aliam numero; attamen per identitatem naturæ generans, & verbum genitum ineffabiliter vnum ſunt, vt Cyrillus [a] tradit; hoc eſt, Deus genitus eandem numero naturam accipit, quam generans habet, vt natura diuina in Filio neque per ſe, neque per accidens generetur; ſed id quo generans generat, (quemadmodum beatus Thomas [b] loquitur) commune ſit generato & generanti; propterea quòd perfectiſſimam diuinam illam generationem eſſe conſtet: ſequitur ex eo, vt propter illam naturæ ac eſſentiæ vnitatem, cùm neque confuſum ſit quod vnum eſt, nec multiplex quod indifferens, (ſicuti à diuo Ambroſio [c] definitur) adeò vt licet in tribus humanæ naturæ ſuppoſitis tres ſint humanitates, (quamobrem tres homines dicimus) in tribus tamen diuinitatis perſonis vna ſit diuina eſſentia quæ per modum formæ maximè ſimplicis, & maximè vnius ſignificatur, (iuxta eundem Thomam [d]) ideóque nomina etiam quæ diuinam eſſentiam ſubſtantiuè

a In Theſau. ad extremum lib.4.cap.2.

b Quem videto in Sũma part.1. qu.39. art. 5. in corpore. in ſolut. 2.arg. & qu. 41. art. 5. in ſol.1.argum.

c Lib.1.de fide.ad Gratia. cap.2.

d In Sum par. 1.qu.39.art.3. in confir.cõcl. vtque hoc quidē iuxta Damaſce. quem vide cap.11. lib.1.de fide.

tiuè ſignificant, non pluraliter de tribus perſonis, ſed ſingulariter prædicentur, ſicut ab ipſo traditur: propterea Deus ſupra omnem numerum eſſe meritò dicatur; quando vnus, non numeri, ſed vniuerſitatis vocabulo, quia non ſit alius Deus, nuncupatur, vt ex Ruffino declaratum fuit. Atque hoc quidem ad eſſentiam, naturam, & ſubſtantiam quod ſpectat: nam circa perſonas, aliter ſe habet, ἀριθμῷ γὰρ καὶ οὐ φύσει (ait Damaſcenus [a]) διαφέρειν λέγονται αἱ ὑποστάσεις, &c. Quòd autem vnum ſe Chriſtus Dominus cum Patre ait [b] eſſe; vnum neutraliter poſitum ſocietatis concordiam, non vnitatem perſonæ ſonat: vnum enim non vnus eſſe dicitur, quoniam nec ad numerum refertur, ſed ad ſocietatem alterius expromitur, ſicuti Tertullianus [c] eleganter ſcribit. Deniq; adiicit, ſumus, non ſum (ait) vt oſtenderet per hoc quod dixit (ſumus, & Pater) duas eſſe perſonas: vnum autem quod ait, ad concordiam & eandem eſſentiam, & ad ipſam charitatis ſocietatem pertinere: vt meritò vnum ſit Pater & Filius; per eſſentiam, & concordiam, & per amorem, & per dilectionem, & cætera quæ ſequuntur. Et alibi [d], Ego & Pater vnum ſumus, ad ſubſtantiæ vnitatem non ad numeri ſingularitatem. Ideò autem ad ſubſtantiæ vnitatem; quod non ſit res compoſita Deitas, ſed in tribus perfectis vnum perfectum & indiuiſibile, & incompoſitum: ſicut in hæc verba Damaſcenus [e] tradit, οὐ γὰρ σύνθετόν ἐστιν ἡ θεότης, ἀλλ' ἐν τρισὶ

a *Cap.6.lib.3. de ſid ortho.*

b *D.Iõ.Euãgel c.10. verſ. 30.*

c *In de Trin. de hac vnius neutraliter accepti interpretatione agit & ipſe adu. Prax. itemq; D. Ambr. de ſid.ad Grat.c. 1. & 2. lib.1. vbi de vnitate poteſtatis & naturæ, ex quo Tho.q.31. art.2. argu.2. Vide & ipſum Amb.lib.2.de ſid. cap. 3. & Cerealē adu. Maximinum Ana. Hilar. lib.7.de Trin. Vinc.Lytinēſ. cap.19.contra hæreſ poſt D. Aug. in de ſide.ad Petr. c. 1.de trib.perſonis vnius eſſentia agit Tho. in Sum. part.1. qu.39. art.2. vbi videto ſolut.2.arg. & q.31.art.2.q.39.art.4.arg.4. & eius ſolut.*

d *Adu.Prax.* e *Lib.1.de ſide.cap.16.*

τελείοις ἓν τέλειον ἀμερὲς, καὶ ἀσύνθετον.

PORRÒ, quòd Deum vnitatem eſſe oſtendimus, & ideò rectè dici, eſſe ſupra omnem numerum: id accipi debet hoc modo; vt quamuis vnitatem ex genere numeri eſſe cõſtet, qui ſubſtantiæ particeps eſt, (πάντων γὰρ τὸ ἓν πρῶτον γεγονέναι τῶν ἀριθμὸν ἐχόντων, καὶ τῆς οὐσίας μετέχειν, Plato in Parmenide ſcribit [a]) vnitas tamen in diuinitate ſuperſubſtantialis intelligatur; quæ vnitatem ipſam, omnémque numerum, vt cauſa, principium, numerus, & ordo numeri, definiat: ſecundum ea quæ magnus ille (ſiue Areopagita, ſiue alius quiſpiam) Dionyſius, auctor ſanè vetuſtus ac locuples tradit [b], in hæc ferè verba: καὶ ὑπὲρ αὐτὸ τὸ ἓν ὄν, καὶ αὐτὸ τὸ ἓν ὂν ὁρίζον. ἐπείπερ τὸ ὂν ἓν τὸ ἐν τοῖς οὖσιν, ἐναριθμόν ἐστι, ἀριθμὸς δὲ οὐσίας μετέχει. τὸ δὲ ὑπερούσιον ἓν καὶ τὸ ὂν ἓν, καὶ πάντα ἀριθμὸν ὁρίζει, καὶ αὐτό ἐστι, καὶ ἑνὸς; καὶ ἀριθμοῦ, καὶ παντὸς ὄντος ἀρχὴ, καὶ αἰτία, καὶ ἀριθμὸς, καὶ τάξις. Idem alio loco [c], Deum Ens illud & Vnum ſuperſubſtantiale, vt μέτρον τῶν ὄντων, (qua de re ſermone proximo dicetur) ſic ἀριθμὸν, καὶ τάξιν, καὶ περιοχὴν, αἰτίαν, τέλος, αἰῶνα denique nominat; hoc eſt cauſam, finem, æuum, comprehenſionem, ordinem, menſuram, numerum: & rectè μέτρον, quando vnum menſuram ſignificat ſecundum Ariſtotelem [d]: τὸ μὲν γὰρ ἓν (inquit) μέτρον σημαίνει. Quamobrem cùm & numerum ipſum menſuram quandam eſſe, ac per vnum menſurari numerum ſimplicem determinatum, qui eſt tantùm in acceptione intellectus, diuus quoque Thomas [e] doceat; Deum verè dici numerum, & menſuram rerum omnium,

ipſo

a Hoc ideò quia numerũ omnẽ eſſe vnitatẽ repetitã omnes intelligunt iuxta illud Damaſceni extremo c. 5. lib. 1. de fid. orth. φυσικὴ ἀνάγκη μονάδα εἶναι δυάδος ἀρχήν. Vide Dionyſ. de diuin. nom. c. 5 & 13. Tho. in Sum. q. 30. art. 3. in 1. arg. Idem q. 5. art. 3. in 1. arg. & d. q. 30. art. 3. in ſolu. 2. & 3. arg. numerũ & multitudinem circa res creatas eſſe quantitatis ſpeciem poſt Ariſt. ſcilic. in de Categ. vbi περὶ ποσοῦ.

b In de diui. nom. cap. 13.

c Cap. 4.

d Lib. 3. Sophiæ cap. 7.

e In Sum. q. 30. art. 2. in 3. arg. & einſdẽ ſolut.

ipſorúmque numerorum atque menſurarum, perſpicuum puto. Cæterùm cùm ſit eadem in Trinitate magnitudo perſonarum; idem autem per idem non menſuretur, ſic menſurati rationem in diuinis non competere, optimè ab illo angelico doctore definitur. Nam vt eſſe tres in diuinitate perſonas exploratum, atque ab ipſo diuo Ioanne traditum habemus [a]; ita propter æqualitatẽ ſingulas immenſas, ex diui Athanaſij ſymbolo, non minus quàm ὁμοουσίους [b], hoc eſt conſubſtantiales & coëſſentiales ex Nicæno, vnam diuinitatem conſtituere; quæ nec numero, ſicuti nec menſura comprehendatur, intelligimus: eáque ratione ſupra omnẽ menſuram numerúmque eſſe Trinitatem illam perſonarum in vnitate diuinitatis, κρείττονα παντὸς ἀριθμοῦ καὶ μέτρου. Atque hoc nimirum illud eſt quod beatus Auguſtinus [c] memorat, Deum ſine menſura menſuram eſſe, cui æquatur quod de illa eſt, nec aliunde ipſa eſt: pondus ſine pondere, quô referuntur vt quieſcant; quorum quies purum gaudium eſt, nec illud tamen refertur ad aliud: numerum ſine numero, quo formantur omnia, nec ipſe formatur. Et adiicit ſtatim; ſed nomina menſuræ & numeri, & ponderis, quiſquis non niſi viſibiliter nouit, ſeruiliter nouit. Vnde intelligimus Deum eſſe ſupra vel extra omnem numerum; quòd ipſe ſit ſine numero, & per ipſum omnia formentur, ipſe ſit numerorum omnium numerus, & (ſicut idem ille [d] alibi nominat) parilitas: Nam ne punctum quidem temporis Deum, à quo eſt

a *In 1. catho. epiſt. cap. vlt. verſ. 6. & 7. Aug. lib. 7. de Trin. cap. 4.*

b *Sic* τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον τῷ δημιουργῷ νῷ ὁμοούσιον, *dixerat longè antea Triſm. Herm. in Piman. c. 1. De hoc* ὁμοουσίου *nomine, vide in cæteris D. Aug. lib. 3. cõtra Maximin. D. Tho. in Sũma. part. 1. q. 39. art. 2.*

c *Lib. 4. de Geneſi ad literam cap. 3. & 4.*

d *Lib. 5. de Geneſi ad literam cap. 22.*

omnis menſurarum modus, omnis parilitas numerorum, omnis ordo ponderum; à mundi gubernatione ceſſare ſcribit: excedere autem omnia quæ numerari poſſunt; vt videatur numerus ſine numero. Quod ſanè ipſum antiquitus viderat Hermes ille Triſmegiſtus in Pimădra [a]: quo loco de vnitate, rerum omnium principio numerum omnem comprehendente, ac generante, à nullo autem alio genitâ numero ſic admodum ſcribit: ἡ γὰρ μονὰς πάντων οὖσα ἀρχὴ καὶ ῥίζα, ἄνευ δὲ ἀρχῆς οὐδέν· ἀρχὴ δὲ ἐξ οὐδενὸς ἢ ἐξ αὐτῆς· ἐπεὶ ἀρχή ἐστι τῶν ἑτέρων. αὐτὴ γὰρ ἐστὶν, ἐπεὶ μὴ ἄλλης ἀρχῆς ἔτυχεν οὖσα· μονὰς οὖν ἡ ἀρχὴ καὶ πάντα ἀριθμὸν ἐμπεριέχει, ὑπὸ μηδενὸς ἐμπεριεχομένη καὶ πάντα ἀριθμὸν γεννᾷ, ὑπὸ μηδενὸς γεννωμένη ἑτέρου ἀριθμοῦ. In quibus iſtud (ἀρχὴ δὲ ἐξ οὐδενὸς ἢ ἐξ αὐτῆς) ita interpres reddidit, principium verò ex nihilo aut ex ſe: cùm ſic potiùs vertendum fuerit; principium verò ex nullo alio, niſi ex ſe ipſo: à ſe ipſo enim habet id quod eſt Pater; αὐτογενὴς (ſecundum Ethnicorum etiam Philoſophorum opinionem ab Clemente Romano tamen improbatam) & αὐτογένεθλος dictus & αὐταίτιος: quem Chriſtiani ἀΐδιον καὶ ἄναρχον confiteri ac prædicare debent, (quemadmodum poſtremo ſermone commodius demonſtrabitur) quémque à nullo quidem eſſe diuus Auguſtinus [b], atque eam ob rem à nullo mitti docuit, quod etiam antè, auctore Tertulliano, ipſi diximus. Sed & illa (αὐτὴ γάρ ἐστιν) non hîc, ipſa quidem eſt, debuit interpres vertere; ſed potiùs, Eadem enim eſt, vnitas ſcilicet: quæ quòd eadem ſemper ſit, nec in

a In Cratere c. 4. de vnitate antẽ quam Deũ Pythagoras dixerit ei certè comparauerit, vide Plut. in de placitis philoſophorum lib. 1. cap. 7.

b Lib. 4. de Trin. cap. vlt. ad finem, vide & ex ipſo Tho. in ſum. part. 1. q. 43. art. 8. & Magiſt. ſent. q. 1. diſt. 15. ante hos Tertull. in de Trin. miſſus autem non fuit Pater, inquit, ne Pater ſubditus alteri Deo dũ mittitur probaretur, & cætera eo quẽ ſuperius attuli, ſed & altero poſteà loco.

in partes diuidatur;nec verò creſcat, ſed quamuis in ſe multiplicata per numerum, eadem nihilominus permaneat[a]:itémque quòd aliunde quàm à ſe originem origo numeri non habeat; propterea Deo patri propriè, ſed & Filio(quà Patri æqualis eſt)non ineptè comparatur; cùm & ipſe vnum cum Patre ſit,atque ἄναρχος genere quodam appelletur:qua de re poſtremo capite viderimus. Verè enim diuus Auguſtinus alicubi[b],vnitatem Patri propriã facit, Filio æqualitatem, Spiritui ſancto connexionem ſiue concordiam:hæc tria vnum eſſe dicens,propter Patrem;æqualia,propter Filium;connexa, propter Spiritum ſanctũ: quod ſic explicat beatus Thomas in ſumma[c], vt hæc tria vnitatem importent,ſed differenter.Nam vnitas dicitur abſolutè (inquit) non præſupponens aliquid aliud; & ideò appropriatur Patri, qui non præſupponit aliquam perſonam, cùm ſit principium non de principio:manifeſtum autem eſſe, quod illi attribuitur vnumquodque, in quo primò inuenitur: vnitatem porro inueniri ſtatim in perſona Patris,etiam per impoſſibile remotis aliis perſonis:ideóque alias perſonas à Patre habere vnitatem. Hactenus ille: cui, non dubito quin & illud quod è Tertulliano antè propoſui, memoria ſuggeſſerit, Deum ex Deo vtique procedentem qui ſecundam perſonam efficit, non eripere illud patri quod vnus eſt Deus:qui cùm ex illo qui eſt vnus Deus originem naſcendo contraxerit; hoc genere dum & vnigenitus eſt & primogenitus ex illo eſt,qui(quia originem non ha

a *Vide Corn. Agrip. libr. 2. de occulta Philoſ. c. 4. vbi de vnitate & eius ſcala.*

b *Lib. 1. de doctrina Chriſt. cap. 5.*

c *Part. 1. qu. 30. art. 8. vbi vide ſis: meminit etiã q. 47. art. 2. in ſolut. 2. arg.*

habet) vnus eſt omnium rerum & principium & caput;vnum Deum patrem, quamuis ipſe ſit Deus de obedientia ſua oſtendit ; ex quo & originem traxit ; quemadmodum & à Tertulliano ipſo proditum memini:vbi & hoc adiicit; etiam ſi Deus eſt qui natus eſt, vnum tamen Deum oſtendit,quem hic qui natus eſt eſſe ſine origine comprobauit[a].Huc & alia eiuſdem auctoris ex eodem libro pertinent,quæ ſermone duodecimo exhibebimus;vbi περὶ τοῦ ἀνάρχου differetur: at valde placet quod in libro de diuinis officiis Alcuinus[b],Apoſtolos ſancto per eos ordinante Spiritu ſanxiſſe ſcribit,vt ad ſolum Patrem dirigatur oratio;vt qui multorum Deorum errores, vnius Dei prædicatione nitebantur euellere, ſub Trinitatis ſacramento vni perſonæ in ſacrificiorum ritu eſſe ſacrificandum decernerent:ne qui vnum Deum prædicabant, in pluralem diuinitatis numerum incidiſſe arguerētur; & quia Pater & Filius & Spiritus ſanctus, vnius deitatis,vnius naturæ, vnius ſubſtantiæ, vnius denique poteſtatis exiſtunt, vna ex eis perſona propter vnitatis myſterium retinendum in ſacrificio inuocaretur:nec alia debuit, niſi quæ prima eſt, in qua duæ cæteræ naturaliter manentes exiſtunt.Iſti omnes autem,vnum idémque cum noſtro Clemente ſentiunt, vt clariſſimè apparet:quódque hic κρείττονα παντὸς ἀριθμοῦ Patrem appellauit ; hoc vt de Trinitate tota, ſi cum rebus creatis compararetur; ſic ſpecialiter de Patre, cæterarum duarum diuinitatis perſonarum habita ratione ſcriptum voluiſſe cenſeo.

a *Sic lego,vbi vulgò,malè comprobabit.*

b *Cap. de celebrat. Miſſæ pag.84.*

DENI

DENIQVE quoddam vnum eſſe quod ſit principium numeri; alterum verum, ſummo rerum opifici Deo proportione reſpondens: & (vt ſcholaſticis verbis vtar) quod cum ipſo ente conuertitur, Metaphyſicis Philoſophis atque Theologis manifeſtò cõſtat: Deum enim, cùm ſit omnino ſimplex & infinitæ perfectionis; eſſe ſimplicirer vnum; de quo vt nulla quantitas, ita vnum quod principium eſt numeri, non prædicetur; quoniam eſſe habeat in materia, licet ſecundum rationem inde abſtractum; atque ita ſupra vel extra omnem iſtum numerum, ſiue Phyſicum, ſiue Mathematicum, Deus eſſe intelligitur. Cæterùm de Deo vnum illud dici duntaxat, quod ſit Metaphyſicum; quod à materia, ſecundum eſſe, non dependet. Ac ſecundum vnitatem iſtam quæ maximè abſtracta eſt, Deum, cùm ſit maximè ens, maximéque indiuiſus, inter omnia quæ vnum dicũntur arcem tenere, à diuo Thoma [a] definitur, ex Ariſtotelæa diuinæ ſapientiæ ſecundum Ægyptios traditione [b]: ſecundum quam Deus ſupra omnem numerum (iuxta id quod Clementis noſtri oratione comprehenſum eſt) dicitur. Nam vbi docuit Ariſtoteles [c] (ſiue is alius ex antiquis eſt ex Arabico linguæ Italicenſi, ac dein Latinæ nuper [d] donatus) Deum vnum non eſſe ea vnitate in qua eſt numeri principium; ſubiicit hòc ſtatim, [e] quo valde illuſtrantur ea quæ de Deo patre, numerum omnem ſuperante docuimus: At verus opifex rerúmque procreator numeros omnes ſuperat, abſtractúſque eſt à multitudine rerum

a Quem videto in ſum. part. 1. quæſt. 11. art. 1. 3. & 4.

b De qua videto Ariſtotelẽ in de diuina ſapient. ſecũdum Ægyptios li. 10. cap. 18. & lib. 13. cap. 5.

c Dict. ca. 18.

d Anno 1572 Lutetiæ excuſus.

e Dicto cap. 18. lib. 10.

ris aliquid ponant, in diuinis tamen ea ſola de quibus dicuntur ſignificare negatione tantùm ſuper addita, nihilque in diuinis ponere, ſubtiliter admodum à beato illo Thoma definitur [a]; iuxta id quod à diuo Ambroſio [b] traditum olim fuiſſe, ſic ipſe retulit: Cum vnũ Deum dicimus, vnitas pluralitatem excludit deorum, non quantitatem in deo ponimus: & addit; Multitudo enim quæ ponit aliquid in rebus creatis, eſt quantitatis ſpecies: quæ (ſicut idem Thomas loquitur) in diuinam prædicationem non tranſumitur; ſed tantùm multitudo tranſcendens, quæ non addit ſupra ea, de quibus dicitur: niſi indiuiſionem circa ſingula. Vnum denique in Deo non eſſe remotiuum multitudinis, ſed diuiſionis; multitudinem quoque non remouere vnitatem, ſed diuiſionem circa vnumquodque eorum ex quibus multitudo conſtat. Quæ poſtrema obſcuriora paulò propter ſubtilitatẽ iis obtutu primo apparebunt, quos Metaphyſicorum frequens conſideratio & ſcholaſtica diſputatio nondum exercuit: vera tamẽ ac certa eſſe, quæ doctor ille magnus probauerit, qui primas ſine controuerſiâ in Theologoſophorum ſchola tenet, neutiquam ſanæ mentis hominibus in dubiũ venire poterit. Ex quibus, multitudinis tranſcẽdẽtis numero Deum vnitatem ſimpliciſſimam, & verè Metaphyſicam non comprehendi: atque ita ſecundum eſſentiam, naturam & ſubſtantiam ſuam, vnum verè Deum eſſe ſupra omnem numerum, Phyſicum, Mathematicum, & Metaphyſicum; qui ſit ipſe Metaphy

a In ſum. par. 1. quæſt. 30. art. 3. poſt argum. 3. & in concluſ.

b Lib. 1. de fide cap. 2. vbi tamen hoc dũtaxat legas quod ante appoſuerã, quid enim diſsimulẽ? Vnitas poteſtatis (inquit) excludit numeri quãtitatem, quia vnitas numerus non eſt, &c. & poſteà Vnum dicendo Deum patrem, æquè à deitatis veritate nec filium ſeparauit. Vnde nec pluralitatem diuinitatis, ſed vnitatem poteſtatis oſtendit.

Metaphyſici numeri principium, vtpote abſtra-ctiſſima vnitas; quamuis ad perſonas quod atti-net, multitudo ab iis Metaphyſica non excluda-tur: manifeſtum omnibus id qua de re actum eſt (niſi fortaſſe

Veruecum in patria craſſoque (ſub aëre natis)
futurum exiſtimo.

SVPEREST adhuc vnum ex eo Clementis, cuius verba initio ſermonis huius protuli, loco explicandum: quod equidem, ſi præclarè iſto munere paucis defungi poſſem, qui breuitati cumprimis inde à puero ſtudui, ſermoni ſtatim iſti perlubenter insererem: veréne à Clemente Deum eſſe, νόμον τοῦ. τι), ſcriptum ſit, an ſecus. Sed quando exquiſitiorem atque adeò longiorem tractationem hæc res deſiderat; quod ſum polli-citus hoc in aliud caput iſti proximum, non ſi-ne aliquo velut inter vſurio temporis conferam: atque adhibitis vetuſtorum auctorum teſtimo-niis, quaſi coloribus illuſtrabo. Nam & hoc mi-hi præcipuum argumentum & caput fuiſſe, ad ſyntagma iſtud de Dei nomine atque attributis conficiendum; ex eo quidem certè arreptam & addiſcendi quæ non ſatis intelligerem, & hac de re tota ſcribendi occaſionem memini: cuius me nondum piget, alios verò ex piorum & Ca-tholicorum numero, quibus iſtam operam dica-tam voluimus; forſitan (ſi legerint) iuuabit.

CAP. XI.

DEVM alloqüens beatus Clemens Patrem omnipotentem, in præclara illa oratione liturgica; ex qua deſumpta ſunt quæ ſuperiore ſermone verba expóſui: *νόμον τοῦ εἶναι* ipſum aſſerit: legem eſſendi, vt vertit Bouius interpres, aut legem eo ipſo quod eſt, iuxta Turriani explicationem. Hoc ſanè quid ſibi velit, non video; nec eos vidiſſe arbitror. Si Deum ſimpliciter, hoc eſt ſine adiectione illa τοῦ εἶναι legem nuncupaſſet Clemens, facilè admitterem. Non enim abſurdè aut ſine veterum auctoritate iſtud ſcripſiſſet magnus ille Pontifex: propterea quod Deus ipſe, qui ſummus orbis, regiorum, rerúmque publicarũ, priuatarum omnium arbiter & moderator, atque adeò quidam quaſi legiſlator eſt; (vnde ipſum à Clemente noſtro etiam *νόμων δοτῆρα, τὸν ἐνδείας πληρωτὴν, τὸν ἀσεβῶν τιμωρὸν, καὶ τῶν δικαίων μισθαποδότην*, & in hac ipſa oratione paulò poſt, & ſimiliter in oratione quadam proximo ſuperiori libro [a] inſita nuncupatum ſcimus; Ille, inquam, à cuius nutu pendent omnia, potuit non inconcinnè lex rerum omnium vocari, *μετωνυμικῶς* ſcilicet, eóque loquendi genere, quo *πρέσβειαν* & legationem, pro legatis; tutelam, pro tutoribus atque adminiſtratoribus; cuſtodias, pro iis qui in cuſtodia ſunt; amicitias, neceſſitudines, familiaritates, pro amicis, neceſſariis & familiaribus; officia, miniſteria, & obſequia, pro iis qui ſunt in officio,

[a] *Apud Clement. cap.36. lib.7. Conſti. Apoſt. in ora. cuius initium μέγας εἶ Κύριε.*

cio,miniſterio, & obſequio; τὰ τέλη, ἀντὶ τῶν ἐν τέλει; ab auctoribus claſſicis & Græcis & Latinis paſſim; & ab ipſo Dauide diſperſiones Iſraëlis, pro Iſraëlitis diſperſis, alicubi [a] ſcriptũ legimus. De quo genere, quos adoleſcens notabã locos, meóque olìm Iuris Lexico inſerebam; proferre poſſem innumeros. Dominum profectò ipſum ita legem eſſe dixit beatus Hilarius [b]: quo loco, cùm enim dicitur, (Et in lege Domini voluntas eius) cùm lex per Dei filium lata ſit, quomodo ad eum (inquit de Chriſto agens) ob id beatitudo referetur, quia voluntas eius in lege Domini fuerit; cùm Dominus ipſe ſit lex? Quanquam (vt id quod ſentio ingenuè proferam) corruptum eſſe locum arbitror; & ita caſtigandum vt reponatur. Cùm Domini ipſius ſit lex; ídque tam è præcedentibus quibus docere nititur, illa verba Dauidica (Et in lege Domini voluntas eius) ad Chriſtum referri nullo modo poſſe, vt falsò quidam exiſtimarant; quàm ex iis etiam quæ ſubiicit ſtatim doctor optimus ac præſtantiſſimus, ſic ferè: Quòd autem lex eius ſit, in Pſalmo ſeptuageſimoſeptimo ipſe teſtatur, quòd ait, Attendite populus in legem meam, &c. Præclarè Ariſtoteles [c] Deum id eſſe in mundo ait, quod in naue gubernatorem, in curru agitatorem, ſiue aurigam; in choro coryphæum; in exercitu ducem; in Republica denique legem: καθόλου δ' ὅπερ ἐν νηῒ κυβερνήτης, ἐν ἅρματι δ' ἡνίοχος, ἐν χορῷ δὲ κορυφαῖος, ἐν πόλει δὲ νόμος, ἐν στρατοπέδῳ δ' ἡγεμὼν, τοῦτο Θεὸς ἐν κόσμῳ. Vbi quod currus agitatori Deum mundi rectorem comparat, mutuatus ex Ægy-

a *Pſal. 146. Laudate Dominũ, verſ. 2.*

b *In claui ſiue introitu Enarrationũ in 1. Pſal.*

c *In lib. de mundo.*

ptia (quod ſolebat) philoſophia, videri poteſt: quando & apud Æſculapium Triſmegiſti diſcipulum in definitionibus ad Ammonem regem hæc leguntur de Deo [a], μέσος γὰρ ἵδρυται στεφανηφορῶν τὸν κόσμον, καὶ καθάπερ ἡνίοχος ἀγαθὸς τὸ τοῦ κόσμου ἅρμα, ἀσφαλισάμενος καὶ ἀναδήσας εἰς ἑαυτὸν μήπως ἀτάκτως φέροιτο, &c. Rurſum in ſupradicto loco Ariſtoteles (aptè interim ad illa Æſculapij ſiue Triſmegiſti verba quæ modò protuli) mouere omnia & circumferre ſcribit ipſum, nihilominus immotum & immutabilem Deum; ſicut & ciuitatis legem regere ac diſpenſare omnia quæ ad Rempublicam pertinent: ἐν ἀκινήτῳ γὰρ ἱδρυμένος πάντα κινεῖ, καὶ περιάγει ὅπου βούλεται, καὶ ὅπως, ἐν διαφόροις τε ἰδέαις καὶ φύσεσιν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ὁ τῆς πόλεως νόμος ἀκίνητος ὢν ἐν ταῖς τῶν χρωμένων ψυχαῖς πάντα οἰκονομεῖ τὰ κατὰ τὴν πολιτείαν. Et ſtatim apertiſſimè, Deum eſſe legem æqualiter quoquò vergentem, quæ nullam correctionem aut immutationem recipiat, præſtantiorem ſcriptis & in tabulas relatis: νόμος μὲν γὰρ ἰσοκλινὴς ὁ Θεός, οὐδεμίαν ἐπιδεχόμενος διόρθωσιν ἢ μετάθεσιν, κρείττων δὲ οἶμαι καὶ βεβαιότερος τῶν ἐν κύρβεσιν ἀναγεγραμμένων. Huc pertinent verſus iſti ex antiqua Orphei Theologia [b] deprompti.

a Vide apud Mercur. Triſmeg. cap. 16. Piman. Vnde iſta ex oratione apud Clementem liturgica cōſecrationē præcedente exponi debent, ἐξ οὗ τὰ πάντα καθάπερ ἐκ τινος ἀφελείας εἰς τὸ εἶναι παρῆλθεν. quod obſeruatione dignū cenſeo.

b In hymno τοῦ νόμου.

Ἀθανάτων καλέω καὶ θνητῶν ἁγνὸν ἄνακτα,
Οὐράνιον νόμον, ἀστροθέτην, σφραγῖδα δικαίαν
Πόντου τ' εἰναλίου καὶ γῆς, &c.

Quibus regem hominum ac immortalium cœleſtem legem nominari conſtat; Deum ſcilicet de quo iſtud etiam ſubiicitur eo carmine,

Αὐτὸς

Αὐτὸς γὰρ μοῦνος ζώων οἴηκα κρατιώει
Γνώμαις ὀρθοτάταισι σιωῶν, ἀδιάστροφος αἰεί.

SANE Deum vt Ariſtoteles legem, ita Plato menſuram rerum omnium dixit, in libris de Legibus[a]; quo loco ſic ferè ſcriptum, ὁ δὴ θεὸς ἡμῖν πάντων χρημάτων μέτρον ἂν εἴη μάλιστα, καὶ πολὺ μᾶλλον ἤπου τις (ὥς φασιν) ἄνθρωπος. Hierotheus quoque apud Dionyſium Areopagitam[b] μέτρον τῶν ὄντων; Clemens Alexandrinus δίκαιον μέτρον in Protreptico: rurſum Dionyſius, ille quem antè nominaui, eorum quæ ſunt menſuram, numerum, & ordinem, compreheñſionem, cauſam, & finem, eo quem ad extremum capitis proximi oſtendimus loco[c]. Beatus Auguſtinus[d] non modò menſuram & numerum, ſed etiam pondus; ſecundum id quod menſura omni rei modum præfigit, & numerus omni rei ſpeciem præbet, & pondus omnem rem ad quietem & ſtabilitatem trahit: illum primitus & veraciter, & ſingulariter ita eſſe; qui terminat omnia, & format omnia, & ordinat omnia; nihilque aliud dictum intelligitur (inquit) quomodo per cor & linguam dici potuit (Omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti) niſi omnia in te diſpoſuiſti. Magnum eſt paucíſque conceſſum excedere omnia quæ metiri poſſunt, vt videatur menſura ſine menſura; excedere omnia quę numerari poſſunt, vt videatur numerus ſine numero; excedere omnia quæ appendi poſſunt, vt videatur pondus ſine pondere, &c. Atque hoc quidem quod ait de numero, valdè pertinet ad illud quod ſuperiore proximo capite ad extre-

a *Libr. 4.*

b *In de diui. nomi. cap. 2. Vide & cap. 4. & 5.*

c *Cap. 4. de diuin. nomin.*

d *Libr. 4. de Geneſ. ad lite cap. 3. & 4.*

mum à nobis tractatum eſt de Deo; eſſe ipſum omni numero potiorem atque ſuperiorem.

NVNC eò redeamus vnde diſceſſimus; Quod Deum auctores claſſici non legiſlatorem ſupremum, cui nullus eſt in legiſlatoribus ſimilis, (quemadmodum aliquo ſacroſanctæ Scripturæ loco [a] proditum eſt) ſed etiam legem ipſam nominent; poſſum auctoritate Plutarchi [b] comprobare: qui Anaxarchum ſophiſtam reprehendens, quòd cum Alexandro Macedone collocutus, Ioui Dicen & Themin aſſidere dixiſſet, Iouem ipſum, hoc eſt vitæ datorem Deum (nam auctore Ariſtotele [c], καλοῦσιν αὐτὸν καὶ Ζῆνα καὶ Δία, παραλλήλως χρώμενοι τοῖς ὀνόμασιν, ὡς κἂν εἰ λέγοιμεν δι' ὃν ζῶμεν) eſſe Dicen & Themin, legúmque antiquiſſimam & perfectiſſimam omnium tradit: εἰ δὲ δεῖ τοῦτο εἰκάζειν (ait) ὁ μὲν Ζεὺς οὐκ ἔχει τὴν Θέμιν πάρεδρον, ἀλλ' αὐτὸς δίκη καὶ θέμις ἐστὶ καὶ νόμων ὁ πρεσβύτατος καὶ τελειύτατος. Præterea ſatis vrget iſtud, quod ab Apollinis oraculo ſibi Porphyrius reſponſum fuiſſe, apud diuum Auguſtinum [d], ita Latinis verbis è Græco tranſlatis, de Deo ſcribit: In Deum verò generatorem & in regem ante omnia, quem tremit cœlum & terra, atque mare & infernorum abdita, & ipſa numina perhorreſcunt; quorum lex eſt pater, quem valdè ſancti honorant Hebræi: vbi Deus lex numinum vocatur. Sed, vt prophanos atque gentiles mittam; è Chriſtianis Lactantius Firmianus [e] Chriſto legis appellationem tribuit; quo loco, Denunciauit ſcilicet Dominus per ipſum Legiferum, quòd Filium ſuum, id eſt,

viuam

a *Iob cap.36.*

b *πρὸς ἡγέμονα ἀπαίδευτον, ex quo ſcripſi in ſyntagmate de vera philoſophia, quod commentario regularũ iuris adiungi.*

c *In περὶ κόσμου.*

d *Lib.19. De ciuit. Dei, cap. 23.*

e *Cap 17. lib. 4. diuin. inſti.*

viuam præſentémque legem miſſurus eſſet: vbi legem accipe, quòd ipſa Dei voluntas ſit lex & conſtitutio decentiſſima, quemadmodum Damaſcenus[a] auctor eſt: τὴν τοῦ δημιουργοῦ βούλησιν εἶναι θεσμὸν καὶ νόμον πρεπωδέστατον aſſerens; eadémque (vt opinor) diuina iuſtitia, quæ omnia diſponit ac terminat: πάντα γὰρ ἡ θεία δικαιοσύνη (ait alicubi[b] Dionyſius) τάττει καὶ ὁροθετεῖ, καὶ πάντα ἀπὸ πάντων ἀμιγῆ καὶ ἀσύμφυρτα διασώζουσα τὰ ἑκάστῳ προσήκοντα πᾶσι τοῖς οὖσι διωρεῖται κατὰ τὴν ἑκάστῳ τῶν ὄντων ἐπιβάλλουσαν ἀξίαν. Cùm enim iuſtitia nulla eſſet in terra (inquit idem alibi[c] Lactantius) doctorem miſit Deus quaſi viuam legem; vt nomen ac templum nouum conderet, vt verum ac pium cultum per omnem terram, verbis & exemplo ſeminaret: vbi etiam perſpicuè Chriſtus lex dicitur. Poſtremò, cùm ipſius Dei voluntate[d] atque ſapientia, hoc eſt per Chriſtum filium Dei vnigenitum, à Patre Verbi omnia creata ſint, & quotidie producantur, atque cõſeruentur[e]; κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, quemadmodum diuus Paulus[f] loquitur: neque ſit quicquam quod ab ipſo non habeat id quod eſt, ſicuti capite quarto diximus: poſſit non immeritò Deus dici lex; non modò ſimpliciter (vt ſuperioribus locis) ſed etiam τῷ εἶναι (vt in iſto quem præ oculis habemus) hoc eſt eſſendo; quò ſcilicet cauſa & auctor omnium quæcumque vnquam fuêre, ſunt, erunt, tam in cœlis, quàm apud nos, atque apud inferos intelligatur. Certè Deus omnipotens eſt, & quorum origo & cauſa eſt (ait

a *Cap.12.lib. 2. de fid.orth.*
b *In De diui. nomin.c.8.*
c *Ca.25.li. 4. diuin.inſti.*
d *Dei volũtatẽ cauſam eſſe rerum oſtẽdit B.Th.in Sum. par.1.q.19.ar. 4. vide quæ ſcripſi ſupr.c. 3.ex Alexan. Cle. Protrep. & ex Triſme. Pim.c.4.& 5. De rerũ autẽ creatione atq; exiſtẽtia quatenus à Deo ſint, vide illũ ipſum Tho.q. 39.art. 8. & q.44.ar.1.& 45. art.6. & quæ ſcripſi ex aliis, ſupr.c.4.*
e *Sap.Sal.ca. 14. Boet.de cõſol.philoſ.proſ. 6.& B.Th.in Sum. part. 1. q.22.art.1.*
f *Epiſt.ad Epheſ.c.1. verſ. 11. Vide & Triſm. Pimã. cap.1.*

τελείοις ἓν τέλειον ἀμερὲς, καὶ ἀσυνθετον.

PORRÒ, quòd Deum vnitatem eſſe oſtendimus, & ideò rectè dici, eſſe ſupra omnem numerum: id accipi debet hoc modo; vt quamuis vnitatem ex genere numeri eſſe cóſtet, qui ſubſtantiæ particeps eſt, (πάντων γὰρ τὸ ἓν πρῶτον γεγονέναι τῶν ἀριθμὸν ἐχόντων, καὶ τῆς οὐσίας μετέχειν, Plato in Parmenide ſcribit[a]) vnitas tamen in diuinitate ſuperſubſtantialis intelligatur; quæ vnitatem ipſam, omnémque numerum, vt cauſa, principium, numerus, & ordo numeri, definiat: ſecundum ea quæ magnus ille (ſiue Areopagita, ſiue alius quiſpiam) Dionyſius, auctor ſanè vetuſtus ac locuples tradit[b], in hæc ferè verba: καὶ ὑπὲρ αὐτὸ τὸ ἓν ὂν, καὶ αὐτὸ τὸ ἓν ὂν ὁρίζον. ἐπείπερ τὸ ὂν ἓν τὸ ἐν τοῖς οὖσιν, ἐν ἀριθμόν ἐστι, ἀριθμὸς δὲ οὐσίας μετέχει. τὸ δὲ ὑπερούσιον ἓν καὶ τὸ ὂν ἕν, καὶ πάντα ἀριθμὸν ὁρίζει, καὶ αὐτό ἐστι, καὶ ἑνὸς; καὶ ἀριθμοῦ, καὶ παντὸς ὄντος ἀρχὴ, καὶ αἰτία, καὶ ἀριθμὸς, καὶ τάξις. Idem alio loco[c], Deum Ens illud & Vnum ſuperſubſtantiale, vt μέτρον τῶν ὄντων; (qua de re ſermone proximo dicetur) ſic ἀριθμὸν, καὶ τάξιν, καὶ περιοχὴν, αἰτίαν, τέλος, αἰῶνα denique nominat; hoc eſt cauſam, finem, æuum, comprehenſionem, ordinem, menſuram, numerum: & rectè μέτρον, quando vnum menſuram ſignificat ſecundum Ariſtotelem[d]: τὸ μὲν γὰρ ἓν (inquit) μέτρον σημαίνει. Quamobrem cùm & numerum ipſum menſuram quandam eſſe, ac per vnum menſurari numerum ſimplicem determinatum, qui eſt tantùm in acceptione intellectus, diuus quoque Thomas[e] doceat; Deum verè dici numerum, & menſuram rerum omnium, ipſo

a *Hoc ideò quia numerũ omnẽ eſſe vnitatẽ repetitã omnes intelligunt iuxta illud Damaſceni extremo c. 5. lib. 1. de fid. orth. φυσικὴ ἀνάγκη μονάδα εἶναι δυάδος ἀρχὴν. Vide Dionyſ. de diuin. nom. c. 5 & 13. Tho. in Sum. q. 30. art. 3. in 1. arg. Idem q. 5. art. 3. in 1. arg. & d. q. 30. art. 3. in ſolu. 2. & 3. arg. numerũ & multitudinem circa res creatas eſſe quantitatis ſpeciem poſt Ariſt. ſcilic. in de Categ. vbi περὶ ποσοῦ.*

b *In de diui. nom. cap. 13.*

c *Cap. 4.*

d *Lib. 3. Sophiæ cap. 7.*

e *In Sum. q. 30. art. 2. in 3. arg. & einſdẽ ſolut.*

ipſorúmque numerorum atque menſurarum, perſpicuum puto. Cæterùm cùm ſit eadem in Trinitate magnitudo perſonarum; idem autem per idem non menſuretur, ſic menſurati rationem in diuinis non competere, optimè ab illo angelico doctore definitur. Nam vt eſſe tres in diuinitate perſonas exploratum, atque ab ipſo diuo Ioanne traditum habemus [a]; ita propter æqualitatẽ ſingulas immenſas, ex diui Athanaſij ſymbolo, non minus quàm ὁμοουσίους [b], hoc eſt conſubſtantiales & coëſſentiales ex Nicæno, vnam diuinitatem conſtituere; quæ nec numero, ſicuti nec menſura comprehendatur, intelligimus: eáque ratione ſupra omnẽ menſuram numerúmque eſſe Trinitatem illam perſonarum in vnitate diuinitatis, κρείττονα παντὸς ἀριθμοῦ καὶ μέτρου. Atque hoc nimirum illud eſt quod beatus Auguſtinus [c] memorat, Deum ſine menſura menſuram eſſe, cui æquatur quod de illa eſt, nec aliunde ipſa eſt: pondus ſine pondere, quô referuntur vt quieſcant; quorum quies purum gaudium eſt, nec illud tamen refertur ad aliud: numerum ſine numero, quo formantur omnia, nec ipſe formatur. Et adiicit ſtatim; ſed nomina menſuræ & numeri, & ponderis, quiſquis non niſi viſibiliter nouit, ſeruiliter nouit. Vnde intelligimus Deum eſſe ſupra vel extra omnem numerum; quòd ipſe ſit ſine numero, & per ipſum omnia formentur, ipſe ſit numerorum omnium numerus, & (ſicut idem ille [d] alibi nominat) parilitas: Nam ne punctum quidem temporis Deum, à quo eſt

a *In 1. catho. epiſt. cap. vlt. verſ. 6. & 7. Aug. lib. 7. de Trin. cap. 4.*

b *Sic* τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον τῷ δημιουργῷ νῷ ὁμοούσιον, *dixerat longè antea Triſm. Herm. in Piman. c. 1. De hoc* ὁμοουσίου *nomine, vide in cæteris D. Aug. lib. 3. cõtra Maximin. D. Tho. in Sũma. part. 1. q. 39. art. 2.*

c *Lib. 4. de Geneſi ad literam cap. 3. & 4.*

d *Lib. 5. de Geneſi ad literam cap. 22.*

omnis menſurarum modus, omnis parilitas numerorum, omnis ordo ponderum; à mundi gubernatione ceſſare ſcribit: excedere autem omnia quæ numerari poſſunt; vt videatur numerus ſine numero. Quod ſanè ipſum antiquitus viderat Hermes ille Triſmegiſtus in Pimãdra [a]: quo loco de vnitate, rerum omnium principio numerum omnem comprehendente, ac generante, à nullo autem alio genitâ numero ſic admodum ſcribit: ἡ γὰρ μονὰς πάντων οὖσα ἀρχὴ καὶ ῥίζα, ἄνευ δὲ ἀρχῆς οὐδέν· ἀρχὴ δὲ ἐξ οὐδενὸς ἢ ἐξ αὐτῆς· ἐπεὶ ἀρχή ἐστι τῶν ἑτέρων. αὐτὴ γὰρ ἐστὶν, ἐπεὶ μὴ ἄλλης ἀρχῆς ἔτυχεν οὖσα· μονὰς οὖν ἡ ἀρχὴ καὶ πάντα ἀριθμὸν ἐμπεριέχει, ὑπὸ μηδενὸς ἐμπεριεχομένη καὶ πάντα ἀριθμὸν γεννᾷ, ὑπὸ μηδενὸς γεννωμένη ἑτέρου ἀριθμοῦ. In quibus iſtud (ἀρχὴ δὲ ἐξ οὐδενὸς ἢ ἐξ αὐτῆς) ita interpres reddidit, principium verò ex nihilo aut ex ſe: cùm ſic potiùs vertendum fuerit; principium verò ex nullo alio, niſi ex ſe ipſo: à ſe ipſo enim habet id quod eſt Pater; αὐτογενὴς (ſecundum Ethnicorum etiam Philoſophorum opinionem ab Clemente Romano tamen improbatam) & αὐτογένεθλος dictus & αὐταίτιος: quem Chriſtiani ἀΐδιον καὶ ἄναρχον confiteri ac prædicare debent, (quemadmodum poſtremo ſermone commodius demonſtrabitur) quémque à nullo quidem eſſe diuus Auguſtinus [b], atque eam ob rem à nullo mitti docuit, quod etiam antè, auctore Tertulliano, ipſi diximus. Sed & illa (αὐτὴ γάρ ἐστιν) non hîc, ipſa quidem eſt, debuit interpres vertere; ſed potiùs, Eadem enim eſt, vnitas ſcilicet: quæ quòd eadem ſemper ſit, nec in

a In Cratere c. 4. de vnitate antẽ quam Deũ Pythagoras dixerit ei certè comparauerit, vide Plut. in de placitis philoſophorum lib. 1. cap. 7.

b Lib. 4. de Trin. cap. vlt. ad finem, vide & ex ipſo Tho. in ſum. part. 1. q. 43. art. 8. & Magiſt. ſent. q. 1. diſt. 15. ante hos Tertull. in de Trin. miſſus autem non fuit Pater, inquit, ne Pater ſubditus alteri Deo dũ mittitur probaretur, & cætera eo quæ ſuperius attuli, ſed & altero poſteà loco.

in partes diuidatur;nec verò creſcat, ſed quamuis in ſe multiplicata per numerum, eadem nihilominus permaneat[a]:itémque quòd aliunde quàm à ſe originem origo numeri non habeat; propterea Deo patri propriè, ſed & Filio(quà Patri æqualis eſt)non ineptè comparatur; cùm & ipſe vnum cum Patre ſit,atque ἄναρχος genere quodam appelletur:qua de re poſtremo capite viderimus. Verè enim diuus Auguſtinus alicubi[b],vnitatem Patri propriã facit, Filio æqualitatem, Spiritui ſancto connexionem ſiue concordiam:hæc tria vnum eſſe dicens,propter Patrem;æqualia,propter Filium;connexa, propter Spiritum ſanctũ: quod ſic explicat beatus Thomas in ſumma[c], vt hæc tria vnitatem importent,ſed differenter.Nam vnitas dicitur abſolutè (inquit) non præſupponens aliquid aliud; & ideò appropriatur Patri, qui non præſupponit aliquam perſonam, cùm ſit principium non de principio:manifeſtum autem eſſe, quod illi attribuitur vnumquodque, in quo primò inuenitur: vnitatem porro inueniri ſtatim in perſona Patris,etiam per impoſſibile remotis aliis perſonis:ideóque alias perſonas à Patre habere vnitatem. Hactenus ille: cui, non dubito quin & illud quod è Tertulliano antè propoſui, memoria ſuggeſſerit, Deum ex Deo vtique procedentem qui ſecundam perſonam efficit, non eripere illud patri quod vnus eſt Deus:qui cùm ex illo qui eſt vnus Deus originem naſcendo contraxerit; hoc genere dum & vnigenitus eſt & primogenitus ex illo eſt,qui(quia originem non ha

a *Vide Corn. Agrip. libr. 2. de occulta Philoſ. c. 4. vbi de vnitate & eius ſcala.*

b *Lib. 1. de doctrina Chriſt. cap. 5.*

c *Part. 1. qu. 30. art. 8. vbi vide ſis: meminit etiã q. 47. art. 2. in ſolut. 2. arg.*

habet) vnus eſt omnium rerum & principium & caput; vnum Deum patrem, quamuis ipſe ſit Deus de obedientia ſua oſtendit; ex quo & originem traxit; quemadmodum & à Tertulliano ipſo proditum memini: vbi & hoc adiicit; etiam ſi Deus eſt qui natus eſt, vnum tamen Deum oſtendit, quem hic qui natus eſt eſſe ſine origine comprobauit[a]. Huc & alia eiuſdem auctoris ex eodem libro pertinent, quæ ſermone duodecimo exhibebimus; vbi περὶ τοῦ ἀνάρχου differetur: at valde placet quod in libro de diuinis officiis Alcuinus[b], Apoſtolos ſancto per eos ordinante Spiritu ſanxiſſe ſcribit, vt ad ſolum Patrem dirigatur oratio; vt qui multorum Deorum errores, vnius Dei prædicatione nitebantur euellere, ſub Trinitatis ſacramento vni perſonæ in ſacrificiorum ritu eſſe ſacrificandum decernerent: ne qui vnum Deum prædicabant, in pluralem diuinitatis numerum incidiſſe arguerētur; & quia Pater & Filius & Spiritus ſanctus, vnius deitatis, vnius naturæ, vnius ſubſtantiæ, vnius denique poteſtatis exiſtunt, vna ex eis perſona propter vnitatis myſterium retinendum in ſacrificio inuocaretur: nec alia debuit, niſi quæ prima eſt, in qua duæ cæteræ naturaliter manentes exiſtunt. Iſti omnes autem, vnum idémque cum noſtro Clemente ſentiunt, vt clariſſimè apparet: quódque hic κρείττονα παντὸς ἀριθμοῦ Patrem appellauit; hoc vt de Trinitate tota, ſi cum rebus creatis comparetur; ſic ſpecialiter de Patre, cæterarum duarum diuinitatis perſonarum habita ratione ſcriptum voluiſſe cenſeo.

a Sic lego, vbi vulgò, malè comprobabit.

b *Cap. de celebrat. Miſſæ pag.* 84.

Deni

DENIQVE quoddam vnum eſſe quod ſit principium numeri; alterum verum, ſummo rerum opifici Deo proportione reſpondens: & (vt ſcholaſticis verbis vtar) quod cum ipſo ente conuertitur, Metaphyſicis Philoſophis atque Theologis manifeſtò cōſtat: Deum enim, cùm ſit omnino ſimplex & infinitæ perfectionis; eſſe ſimpliciter vnum; de quo vt nulla quantitas, ita vnum quod principium eſt numeri, non prædicetur; quoniam eſſe habeat in materia, licet ſecundum rationem inde abſtractum; atque ita ſupra vel extra omnem iſtum numerum, ſiue Phyſicum, ſiue Mathematicum, Deus eſſe intelligitur. Cæterùm de Deo vnum illud dici duntaxat, quod ſit Metaphyſicum; quod à materia, ſecundum eſſe, non dependet. Ac ſecundum vnitatem iſtam quæ maximè abſtracta eſt, Deum, cùm ſit maximè ens, maximéque indiuiſus, inter omnia quæ vnum dicuntur arcem tenere, à diuo Thoma [a] definitur, ex Ariſtotelæa diuinæ ſapientiæ ſecundum Ægyptios traditione [b]: ſecundum quam Deus ſupra omnem numerum (iuxta id quod Clementis noſtri oratione comprehenſum eſt) dicitur. Nam vbi docuit Ariſtoteles [c] (ſiue is alius ex antiquis eſt ex Arabico linguæ Italicenſi, ac dein Latinæ nuper [d] donatus) Deum vnum non eſſe ea vnitate in qua eſt numeri principium; ſubiicit hoc ſtatim, [e] quo valde illuſtrantur ea quæ de Deo patre, numerum omnem ſuperante docuimus: At verus opifex rerúmque procreator numeros omnes ſuperat, abſtractúſque eſt à multitudine re-

a *Quem videto in ſum. part.1. quæſt. 11.art.1.3. & 4.*

b *De qua videto Ariſtotelē in de diuina ſapient. ſecūdum Ægyptios li.10. cap.18. & lib. 13.cap.5.*

c *Dict.ca.18.*

d *Anno 1572 Lutetiæ excuſus.*

e *Dicto cap. 18.lib.10.*

rum procreatarũ,&c.Nam qui Deũ vnũ eſſe cogitat, quia duo nõ ſit neque tres;in magna primarij opificis ignoratione verſatur: ſiquidẽ ita ſibi cogitatione fingit numerum expreſſum, vt numerandi initium ab eius vnitate ducat,à qua abſtrahitur:quæ differẽtia eſt vnitatis ad numerum pertinentis,& veræ;quæ ſummo rerũ opifici proportione reſpõdet, Quæ verba aptiſſimè connectũtur cũ illis diui Auguſtini [a] anteà prolatis;quæ dictant,nomina mẽſuræ & numeri & ponderis Deo attributa ſeruiliter eum nouiſſe, quiſquis nõ niſi viſibiliter nouerit. Idẽ ille Ariſtoteles alio loco [b],vbi ad primũ opificẽ(inquit) aſcenderis,illum perfectiſſimè & maximè abſolutè vnũ eſſe deprehendes; vtpote qui omnem numerum omnino excedat:nec enim ipſa imaginatione diuiditur, ſicut id quod procreatum eſt; neque pro habitu formarum exemplarium in numerum excreſcit: ſed vnum quiddam eſt, ab omni numero naturali atque diuino ſeparatum, &c. Qui verò arbitratur primum opificem vnum eſſe,quia neque duo eſt, neque tria, neque quicquam alio numero comprehenſum;is à veritate aberrat:quibus verbis & præcedentia illuſtrantur quantùm poteſt, & illud maximè confirmatur, quod de eſſentiæ diuinæ vnitate, ſecundum Tertullianum, Ruffinum & Damaſcenum antè oſtendimus; non illam partibilem,ſed neque numeri ſingularitate, verùm vniuerſitate(quod non ſit rès compoſita deitas) æſtimandam: quæ omnia iſta definitione concludere philoſopho libuit; ei quam tractamus quæ

a Ex dicto l. 4. de Geneſ. ad literam.

b Dicto cap. 5.lib.13.

quæſtioni clariſſimam lucem præferente: ſic ferè; ſummus igitur opifex vnus eſt ea vnitate quæ maximè abſtracta eſt; atque ex eo tantum vnus eſſe intelligitur, quòd nulla numeri ſpecie comprehendatur; nec quicquam huius eſſentiæ adiungatur, atque ab omni multitudine ad numerum pertinente abſtractus ſit, quocunque modo ea in res procreatas cadat: quo nihil equidem diuinius, aut ad Clemẽtis Romani ac Dionyſij Areopagitæ philoſophorum Chriſtianorum Theologiam, aptius proferri poſſe crediderim. Longè quidem anteà de vnitate circa diuinitatẽ philoſophatos Ægyptios, ex eo Æſculapij ad Ammonem Regem apud Triſmegiſtum loco intelligimus, in quo [a] Plenitudinem omnium eſſe vnum & in vno; nec vnius ſecũdum eſſe, quinimo vtrumque vnũ exiſtere; nam vbi de Deo mũdi δημιέργω & opifice dixit, πάντα ὄντα τὸ ἕνα, καὶ ἕνα ὄντα τὰ πάντα (qua de re pleniùs atque commodiùs proximo ſermone diſceptabitur) iſta legeris τῆς πάντως γὰρ τὸ πλήρωμα ἐνδεῖ, τὸ ἐν ἑνὶ: οὐ δευτεροῦντος τοῦ ἑνὸς, ἀλλ᾽ ἀμφοτέρων ἑνὸς ὄντος. De qua duorum vnitate agens Tertullianus [b] (quem non ſæpiùs quàm lubentiùs nomino) vbi dixit filium Deum ex Deo procedentem non eripere patri quod vnus eſt (ſicut antè retulimus) adiicit, eum qui quidquid eſt, ex Patre eſt, originem ſuam Patri ſuo debens, diſcordiam diuinitatis de numero duorum Deorum facere non potuiſſe; qui ex illo qui eſt vnus Deus, originem naſcendo contraxerit. Igitur quamuis termini numerales in creaturis

[a] *Vide apud Merc. Triſm. Pimandra ca. 16. vbi & hæc adiicit* πάντα γὰρ ἓν εἶναι δεῖ, εἰ ἓν ἐστιν, ἐστι δὲ, καὶ οὐδέποτε παύεται ἓν ὄντα, ἵνα μὴ τὸ πλήρωμα λυθῇ, *ſed & quod ad vnũ & ſolũ omnia feſtinent nempe ad Deum apud ipſum Triſm. in Pimandra ſermone 4. videre eſt, cui crater inſcribitur: cum quo valde congruit quod B. Thom. ea de re in ſum. ſcribit part. 1. q. 47. art. 3. in ſolut. 1. arg. ex Ari. in 12. Metaphyſices.*

[b] *In lib. de Trinit.*

ris aliquid ponant, in diuinis tamen ea ſola de quibus dicuntur ſignificare negatione tantùm ſuper addita, nihilque in diuinis ponere, ſubtiliter admodum à beato illo Thoma definitur [a]; iuxta id quod à diuo Ambroſio [b] traditum olim fuiſſe, ſic ipſe retulit: Cum vnũ Deum dicimus, vnitas pluralitatem excludit deorum, non quantitatem in deo ponimus: & addit; Multitudo enim quæ ponit aliquid in rebus creatis, eſt quantitatis ſpecies: quæ (ſicut idem Thomas loquitur) in diuinam prædicationem non tranſumitur; ſed tantùm multitudo tranſcendens, quæ non addit ſupra ea, de quibus dicitur: niſi indiuiſionem circa ſingula. Vnum denique in Deo non eſſe remotiuum multitudinis, ſed diuiſionis; multitudinem quoque non remouere vnitatem, ſed diuiſionem circa vnumquodque eorum ex quibus multitudo conſtat. Quæ poſtrema obſcuriora paulò propter ſubtilitatẽ iis obtutu primò apparebunt, quos Metaphyſicorum frequens conſideratio & ſcholaſtica diſputatio nondum exercuit: vera tamẽ ac certa eſſe, quæ doctor ille magnus probauerit, qui primas ſine controuerſia in Theologoſophorum ſchola tenet, neutiquam ſanæ mentis hominibus in dubiũ venire poterit. Ex quibus, multitudinis tranſcẽdẽtis numero Deum vnitatem ſimpliciſſimam, & verè Metaphyſicam non comprehendi: atque ita ſecundum eſſentiam, naturam & ſubſtantiam ſuam, vnum verè Deum eſſe ſupra omnem numerum, Phyſicum, Mathematicum, & Metaphyſicum; qui ſit ipſe Metaphy

a In ſum. par. 1. quæſt. 30. art. 3. poſt argum. 3. & in concluſ.

b Lib. 1. de fide cap. 2. vbi tamen hoc dũtaxat legas quod ante appoſuerã, quid enim diſſimile? Vnitas poteſtatis (inquit) excludit numeri quãtitatem, quia vnitas numerus non eſt, &c. & poſteà Vnum dicendo Deum patrem, æquè à deitatis verita te nec filium ſeparauit. Vnde nec pluralitatem diuinitatis, ſed vnitatem poteſtatis oſtendit.

Metaphyſici numeri principium, vtpote abſtractiſſima vnitas; quamuis ad perſonas quod attinet, multitudo ab iis Metaphyſica non excludatur: manifeſtum omnibus id qua de re actum eſt (niſi fortaſſe

Veruecum in patria craſſoque (ſub aëre natis)
futurum exiſtimo.

SVPEREST adhuc vnum ex eo Clementis, cuius verba initio ſermonis huius protuli, loco explicandum: quod equidem, ſi præclarè iſto munere paucis defungi poſſem, qui breuitati cumprimis inde à puero ſtudui, ſermoni ſtatim iſti perlubenter insererem: veréne à Clemente Deum eſſe, νόμον τοῦ δικαίου, ſcriptum ſit, an ſecus. Sed quando exquiſitiorem atque adeò longiorem tractationem hæc res deſiderat; quod ſum pollicitus hoc in aliud caput iſti proximum, non ſine aliquo velut inter vſurio temporis conferam: atque adhibitis vetuſtorum auctorum teſtimoniis, quaſi coloribus illuſtrabo. Nam & hoc mihi præcipuum argumentum & caput fuiſſe, ad ſyntagma iſtud de Dei nomine atque attributis conficiendum; ex eo quidem certè arreptam & addiſcendi quæ non ſatis intelligerem, & hac de re tota ſcribendi occaſionem memini: cuius me nondum piget, alios verò ex piorum & Catholicorum numero, quibus iſtam operam dicatam voluimus, forſitan (ſi legerint) iuuabit.

CAP. XI.

DEVM alloquens beatus Clemens Patrem omnipotentem, in præclara illa oratione liturgica; ex qua deſumpta ſunt quæ ſuperiore ſermone verba expoſui: *νόμον τοῦ εἶναι* ipſum aſſerit: legem eſſendi, vt vertit Bouius interpres, aut legem eo ipſo quod eſt, iuxta Turriani explicationem. Hoc ſanè quid ſibi velit, nõn video; nec eos vidiſſe arbitror. Si Deum ſimpliciter, hoc eſt ſine adiectione illa τοῦ εἶναι legem nuncupaſſet Clemens, facilè admitterem. Non enim abſurdè aut ſine veterum auctoritate iſtud ſcripſiſſet magnus ille Pontifex: propterea quod Deus ipſe, qui ſummus orbis, regnorum, rérúmque publicarũ, priuatarum omnium arbiter & moderator, atque adeò quidam quaſi legiſlator eſt; (vnde ipſum à Clemente noſtro etiam *νόμων δοτῆρα, τῆς ἐνδείας πληρωτὴν, τῶν ἀσεβῶν τιμωρὸν, καὶ τῶν δικαίων μισθαποδότην*, & in hac ipſa oratione paulò poſt, & ſimiliter in oratione quadam proximo ſuperiori libro [a] inſita nuncupatum ſcimus; Ille, inquam, à cuius nutu pendent omnia, potuit non inconcinnè lex rerum omnium vocari, *μετωνυμικῶς* ſcilicet, eóque loquendi genere, quo *πρέσβειαν* & legationem, pro legatis; tutelam, pro tutoribus atque adminiſtratoribus; cuſtodias, pro iis qui in cuſtodia ſunt; amicitias, neceſſitudines, familiaritates, pro amicis, neceſſariis & familiaribus; officia, miniſteria, & obſequia, pro iis qui ſunt in officio,

[a] *Apud Clement. cap. 36. lib. 7. Conſti. Apoſt. in ora. cuius initium μέγας εἶ Κύριε.*

cio,miniſterio, & obſequio; τὰ τέλη, ἀντὶ τῶν ἐν τέλει;ab auctoribus claſſicis & Græcis & Latinis paſſim; & ab ipſo Dauide diſperſiones Iſraëlis, pro Iſraëlitis diſperſis,alicubi [a] ſcriptū legimus. De quo genere, quos adoleſcens notabā locos, meóque olim Iuris Lexico inſerebam; proferre poſſem innumeros. Dominum profectò ipſum ita legem eſſe dixit beatus Hilarius [b]:quo loco, cùm enim dicitur, (Et in lege Domini voluntas eius) cùm lex per Dei filium lata ſit, quomodo ad eum(inquit de Chriſto agens) ob id beatitudo referetur,quia voluntas eius in lege Domini fuerit; cùm Dominus ipſe ſit lex?Quanquam(vt id quod ſentio ingenuè proferam) corruptum eſſe locum arbitror;& ita caſtigandum vt reponatur. Cùm Domini ipſius ſit lex; ídque tam è præcedentibus quibus docere nititur,illa verba Dauidica (Et in lege Domini voluntas eius) ad Chriſtum referri nullo modo poſſe,vt falsò quidam exiſtimarant; quàm ex iis etiam quæ ſubiicit ſtatim doctor optimus ac præſtantiſſimus,ſic ferè:Quòd autem lex eius ſit,in Pſalmo ſeptuageſimoſeptimo ipſe teſtatur, quòd ait, Attendite populus in legem meam,&c. Præclarè Ariſtoteles [c] Deum id eſſe in mundo ait, quod in naue gubernatorem, in curru agitatorem, ſiue aurigam; in choro coryphæum; in exercitu ducem;in Republica denique legem: καθόλȣ δ᾽ ὅπερ ἐν νηῒ κυβερνήτης, ἐν ἅρματι δ᾽ ἡνίοχος, ἐν χορῷ δὲ κορυφαῖος, ἐν πόλει δὲ νόμος, ἐν στρατοπέδῳ δ᾽ ἡγεμὼν, τȣ̃το Θεὸς ἐν κόσμῳ. Vbi quod currus agitatori Deum mundi rectorem comparat, mutuatus ex Ægy-

[a] *Pſal.* 146. *Laudate Dominū, verſ.* 2.

[b] *In claui ſiue introitu Enarrationū in* 1. *Pſal.*

[c] *In lib. de mundo.*

ptia (quod ſolebat) philoſophia, videri poteſt: quando & apud Æſculapium Triſmegiſti diſcipulum in definitionibus ad Ammonem regem hæc leguntur de Deo [a], μέσος γὰρ ἵδρυται στεφανηφορῶν τὸν κόσμον, καὶ καθάπερ ἡνίοχος ἀγαθὸς τὸ τοῦ κόσμου ἅρμα, ἀσφαλισάμενος καὶ ἀναδήσας εἰς ἑαυτὸν μήπως ἀτάκτως φέροιτο, &c. Rurſum in ſupradicto loco Ariſtoteles (aptè interim ad illa Æſculapij ſiue Triſmegiſti verba quæ modò protuli) mouere omnia & circumferre ſcribit ipſum, nihilominus immotum & immutabilem Deum; ſicut & ciuitatis legem regere ac diſpenſare omnia quæ ad Rempublicam pertinent: ἐν ἀνοήτῳ γὰρ ἱδρυμένος πάντα κινεῖ, καὶ περιάγει ὅπου βούλεται, καὶ ὅπως, ἐν διαφόροις τε ἰδέαις καὶ φύσεσιν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ὁ τῆς πόλεως νόμος ἀκίνητος ὢν ἐν ταῖς τῶν χρωμένων ψυχαῖς πάντα οἰκονομεῖ τὰ κατὰ τὴν πολιτείαν. Et ſtatim apertiſſimè, Deum eſſe legem æqualiter quoquò vergentem, quæ nullam correctionem aut immutationem recipiat, præſtantiorem ſcriptis & in tabulas relatis: νόμος μὲν γὰρ ἰσοκλινὴς ὁ Θεός, οὐδεμίαν ἐπιδεχόμενος διόρθωσιν ἢ μετάθεσιν, κρείττων δὲ οἶμαι καὶ βεβαιότερος τῶν ἐν κύρβεσιν ἀναγεγραμμένων. Huc pertinent verſus iſti ex antiqua Orphei Theologia [b] deprompti.

[a] Vide apud Mercur. Triſmeg. cap. 16. Piman. Vnde iſta ex oratione apud Clemētem liturgica cōſecratione præcedente exponi debent, ἐξ οὗ τὰ πάντα καθάπερ ἔκ τινος ἀφανείας εἰς τὸ εἶναι παρῆχθεν. quod obſeruatione dignū cenſeo.

[b] In hymno τοῦ νόμου.

Ἀθανάτων καλέω καὶ θνητῶν ἁγνὸν ἄνακτα,
Οὐράνιον νόμον, ἀστροθέτην, σφραγῖδα δικαίαν
Πόντου τ' εἰναλίου καὶ γῆς, &c.

Quibus regem hominum ac immortalium cœleſtem legem nominari conſtat; Deum ſcilicet de quo iſtud etiam ſubiicitur eo carmine,

Αὐτὸς

Αὐτὸς γὰρ μοῦνος ζώων οἴηκα κρατύνει
Γνώμαις ὀρθοτάταισι συνὼν, ἀδιάστροφος αἰεί.

SANE Deum vt Ariſtoteles legem, ita Plato menſuram rerum omnium dixit, in libris de Legibus; quo loco ſic ferè ſcriptum, *ὁ δὴ δὴ Θεὸς ἡμῖν πάντων χρημάτων μέτρον ἂν εἴη μάλιστα, καὶ πολὺ μᾶλλον ἤπου τις (ὥς φασιν) ἄνθρωπος.* Hierotheus quoque apud Dionyſium Areopagitam [b] *μέτρον τῶν ὄντων*; Clemens Alexandrinus *δίκαιον μέτρον* in Protreptico: rurſum Dionyſius, ille quem antè nominaui, eorum quæ ſunt menſuram, numerum, & ordinem, comprehẽſionem, cauſam, & finem, eo quem ad extremum capitis proximi oſtendimus loco [c]. Beatus Auguſtinus [d] non modò menſuram & numerum, ſed etiam pondus; ſecundum id quod menſura omni rei modum præfigit, & numerus omni rei ſpeciem præbet, & pondus omnem rem ad quietem & ſtabilitatem trahit: illum primitus & veraciter, & ſingulariter ita eſſe; qui terminat omnia, & format omnia, & ordinat omnia; nihilque aliud dictum intelligitur (inquit) quomodo per cor & linguam dici potuit (Omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti) niſi omnia in te diſpoſuiſti. Magnum eſt paucíſque conceſſum excedere omnia quæ metiri poſſunt, vt videatur menſura ſine menſura; excedere omnia quę numerari poſſunt, vt videatur numerus ſine numero; excedere omnia quæ appendi poſſunt, vt videatur pondus ſine pondere, &c. Atque hoc quidem quod ait de numero, valdè pertinet ad illud quod ſuperiore proximo capite ad extre-

a *Libr. 4.*

b *In de diui. nomi. cap. 2: Vide & cap. 4. & 5.*

c *Cap. 4. de diuin. nomin.*

d *Libr. 4. de Geneſ. ad lite cap. 3. & 4.*

mum à nobis tractatum eſt de Deo; eſſe ipſum omni numero potiorem atque ſuperiorem.

NVNC eò redeamus vnde diſceſſimus; Quod Deum auctores claſſici non legiſlatorem ſupremum, cui nullus eſt in legiſlatoribus ſimilis, (quemadmodum aliquo ſacroſanctæ Scripturæ loco [a] proditum eſt) ſed etiam legem ipſam nominent; poſſum auctoritate Plutarchi [b] comprobare: qui Anaxarchum ſophiſtam reprehendens, quòd cum Alexandro Macedone collocutus, Ioui Dicen & Themin aſſidere dixiſſet, Iouem ipſum, hoc eſt vitæ datorem Deum (nam auctore Ariſtotele [c], *καλοῦσιν αὐτὸν καὶ Ζῆνα καὶ Δία, παραλλήλως χρώμενοι τοῖς ὀνόμασιν, ὡς κἂν εἰ λέγοιμεν δι᾽ ὃν ζῶμεν*) eſſe Dicen & Themin, legúmque antiquiſſimam & perfectiſſimam omnium tradit: *εἰ δὲ δεῖ τῶν εἰκάζειν* (ait) *ὁ μὲν Ζεὺς οὐκ ἔχει τὴν θέμιν πάρεδρον, ἀλλ᾽ αὐτὸς δίκη καὶ θέμις ἐστὶ καὶ νόμων ὁ πρεσβύτατος καὶ τελειότατος.* Præterea ſatis vrget iſtud, quod ab Apollinis oraculo ſibi Porphyrius reſponſum fuiſſe, apud diuum Auguſtinum [d], ita Latinis verbis è Græco tranſlatis, de Deo ſcribit: In Deum verò generatorem & in regem ante omnia, quem tremit cœlum & terra, atque mare & infernorum abdita, & ipſa numina perhorreſcunt; quorum lex eſt pater, quem valdè ſancti honorant Hebræi: vbi Deus lex numinum vocatur. Sed, vt prophanos atque gentiles mittam; è Chriſtianis Lactantius Firmianus [e] Chriſto legis appellationem tribuit; quo loco, Denunciauit ſcilicet Dominus per ipſum Legiferum, quòd Filium ſuum, id eſt, viuam

a *Iob cap.36.*

b *περὶ ἡγέμονα ἀπαιδεύτου, ex quo ſcripſi in ſyntagmate de vera philoſophia, quod commentario regularũ iuris adiungi.*

c *In περὶ κόσμου.*

d *Lib.19.De ciuit.Dei, cap. 23.*

e *Cap 17.lib. 4. diuin.inſti.*

viuam præſentémque legem miſſurus eſſet: vbi legem accipe, quòd ipſa Dei voluntas ſit lex & conſtitutio decentiſſima, quemadmodum Damaſcenus[a] auctor eſt: τὴν τοῦ δημιουργοῦ βούλησιν εἶναι θεσμὸν καὶ νόμον πρεπωδέστατον aſſerens; eadémque (vt opinor) diuina iuſtitia, quæ omnia diſponit ac terminat: πάντα γὰρ ἡ θεία δικαιοσύνη (ait alicubi[b] Dionyſius) τάττει καὶ ὁροθετεῖ, καὶ πάντα ἀπὸ πάντων ἀμιγῆ καὶ ἀσύμφυρτα διασώζουσα τὰ ἑκάστῳ προσήκοντα πᾶσι τοῖς οὖσι δωρεῖται κατὰ τὴν ἑκάστῳ τῶν ὄντων ἐπιβάλλουσαν ἀξίαν. Cùm enim iuſtitia nulla eſſet in terra (inquit idem alibi[c] Lactantius) doctorem miſit Deus quaſi viuam legem; vt nomen ac templum nouum conderet, vt verum ac pium cultum per omnem terram, verbis & exemplo ſeminaret: vbi etiam perſpicuè Chriſtus lex dicitur. Poſtremò, cùm ipſius Dei voluntate[d] atque ſapientia, hoc eſt per Chriſtum filium Dei vnigenitum, à Patre Verbi omnia creata ſint, & quotidie producantur, atque cōſeruentur[e]; κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, quemadmodum diuus Paulus[f] loquitur: neque ſit quicquam quod ab ipſo non habeat id quod eſt, ſicuti capite quarto diximus: poſſit non immeritò Deus dici lex; non modò ſimpliciter (vt ſuperioribus locis) ſed etiam τῷ εἶναι (vt in iſto quem præ oculis habemus) hoc eſt eſſendo; quò ſcilicet cauſa & auctor omnium quæcumque vnquam fuêre, ſunt, erunt, tam in cœlis, quàm apud nos, atque apud inferos intelligatur. Certè Deus omnipotens eſt, & quorum origo & cauſa eſt (ait

a Cap.12.lib. 2. de fid.orth.

b In De diui. nomin.c.8.

c Ca.25.li. 4. diuin.inſti.

d Dei volūtatē cauſam eſſe rerum oſtēdit B.Th.in Sum. par.1.q.19.ar. 4. vide quæ ſcripſi ſupr.c. 3.ex Alexan. Cle. Protrep. & ex Triſme. Pim.c.4.& 5. De rerū autē creatione atq; exiſtētia quatenus à Deo ſint, vide illū ipſum Tho.q. 39.art. 8. & q.44.ar.1.& 45.art.6. & quæ ſcripſi ex aliis, ſupr.c.4.

e Sap.Sal.ca. 14.Boet.de cō ſol.philoſ.proſ. 6.& B.Th.in Sum. part. 1. q.22.art.1.

f Epiſt.ad Epheſ.c.1. verſ. 11. Vide & Triſm. Pimā. cap.1.

a *Libr.* 2. Marius Victorinus Afer aduerſus Arium [a]) ipſe ille omnia eſt, virtute ſcilicet & modo quodam. Vnde dictum à Paulo, vt ſit Deus omnia in omnibus. Ergo & ὂν eſt & exiſtens, & ſubſtantia: quę omnia cùm ſit; quia parens omnium eſt, potentia igitur omnia eſt. Hactenus ille; cuius ſi verum verbum eſſe conſtat, nemo non videt auctorem & creatorem rerum omnium quæcunque ſunt, ipſis quoque legem quandam eſſe, vt ita ſint: ſine cuius opera & beneficio, id eſt nutu ac volũtate, vt eſſe nunquam cœpiſſent, ita nunc eſſe tam citò quàm ſtatim deſinerent; nihilque prorſus eorum omnium quæ ſunt, præter ipſum qui verè eſt ſolus, vtique exiſteret.

QVÆ omnia vt vera ſunt, & ad vulgatam ac vetuſtam lectionem (ſi quid aliud in hoc genere poteſt reperiri) fulciendam valent; ita ſunt ab iis (quos antè dixi, nec ſine honoris præfatione à me vſpiam appellatos volo) Clementis interpretibus prætermiſſa. Verumtamen me quidem haud quaquam mouent; quin illam immutari, & quemadmodum apud Iſocratem, pro μόνῳ legendum νόμῳ primus iam olim [b] obſeruaui) ſic ex diuerſo hîc pro νόμος, reponi debere, μόνος, apertè pronunciem. Nam verum vt ſit Deum legem eſſe; vel rectè dici: quî tamen Deus νόμος τοῦ εἶναι, lex ei aut eo quod eſt, vel eſſendi lex dici queat, minimè diſpicio. Quod verò quis dicat, ideò legem eſſendi (vt ita loquar), quemadmodum aliis fas fuit) appellatum Deum, quoniam ab eo ſint omnia; propterea non placet, quòd eatenus rebus potius & creaturis lex eſt, quàm ipſi

b *Extremo c. 7. li. 1. ſemeſt.*

ipſi τοῦ εἶναι. Et ſanè ſi de creaturarum exiſtentia ſenſiſſet Clemens; τῶν κτισμάτων, χρημάτων, vel πραγμάτων, aut aliud quodpiam eandem vim habens vocabulum nequaquam omiſiſſet (vt arbitror) ac τὸ εἶναι potius quàm τοῦ εἶναι νόμον enũtiaſſet. Huc accedat, quod qui πρῶτος τῇ φύσει, primus natura Deus ab ipſo appellatus fuerat; conſequens fuiſſe manifeſtò apparet, vt μόνος τοῦ εἶναι, ſolus eſſentia diceretur: hoc ipſum deſignante illo ſcilicet Pontifice doctiſſimo, eſſe Deũ omnia quæ ſunt, quæque non ſunt; & illa quidem feciſſe manifeſta, hæc verò penes ſe vel in ſeipſo habere: atque hac ratione & modo ſolum Deum eſſe. Quod apud Mercurium Triſmegiſtum [a] in Pimandra conſimiliter ſcriptum eſt, ſic ferè: ὁ γὰρ Θεὸς καὶ πατὴρ, καὶ τὸ ἀγαθὸν τοῦ εἶναι τὰ πάντα, οὐδὲν γάρ ἐστιν ἐν παντὶ ἐκείνῳ (κόσμῳ ſcilicet) antea [b] dixerat, ὁ οὐκ ἔστιν αὐτός, ἔστιν αὐτὸς καὶ τὰ ὄντα, καὶ τὰ μὴ ὄντα, τὰ μὲν γὰρ ὄντα ἐφανέρωσε, τὰ δὲ μὴ ὄντα ἔχει ἐν ἑαυτῷ. Et ſtatim, σὺ γὰρ πάντα εἶ, τὸ ἄλλο οὐδέν ἐστι ὃ μὴ εἶ. Et apud Ariſtotelem ipſum de diuina ſapientia ſecundum Ægyptios agentem [c]; quo loco, Ens vnum & ſimplex ait omnia pro cuiuſque ratione complecti, tam quæ compoſita ſunt, quàm quæ compoſitionis expertia; rerúmque ſingularum eſſentiam innouare, & omnium eorum quæ ſunt multitudinem. Quin & apud Æſculapium ad Ammonem regem in definitionibus è Mercurio illo in eandem ſententiam ſcriptum, τὸν Θεὸν ἐπικαλεσάμενος τὸν τῶν ὅλων δεσπότην, καὶ ποιητὴν, καὶ πατέρα, καὶ περίβολον, καὶ πάντα ὄντα τὸν ἕνα, καὶ ἕνα ὄντα τὰ πάντα, &c. ſicuti Pimandræ cap. 16.

a *In claui c. 10. Pimand.*

b *Cap. 5. Pimandr.*

c *Lib. 10. cap. 18. ex Carpẽtarij verſione edita Lutetiæ anno 1572.*

reperi. Quibus iſta omnino congruunt, quæ apud Dionyſium [a] olim legiſſe me recordor; & ex ipſa verborum ſimilitudine noſtram huius loci caſtigationem adſtruunt atque confirmant: ὅτι ὡς ἀγαθότητος ὕπαρξις αὐτῷ τῷ εἶναι πάντων ἐστὶ τῶν ὄντων αἰτία, τὴν ἀγαθαρχικὴν τῆς θεαρχίας πρόνοιαν ἐκ πάντων τῶν αἰτιατῶν ὑμνητέον. ἐπεὶ καὶ περὶ αὐτὴν πάντα καὶ αὐτῆς ἕνεκα, καὶ αὐτή ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῇ συνέστηκε, καὶ τῷ εἶναι ταύτην ἡ τῶν ὅλων παραγωγὴ καὶ ὑπόστασις, καὶ αὐτῆς πάντα ἐφίεται. Poſſit & iſtud τὸ μόνον εἶναι τὸν Θεὸν τῷ εἶναι; quod Clementi reſtituimus; eò referri propriè, quo de à nobis accuratè quarto diſputatum ſermone fuit: nempe nihil aliud re vera eſſe; ſolum Deum eſſe, à quo cætera omnia; in quo fons primus & infinita origo ſit omnis eſſentiæ; vel potius ipſe infinita ſit rerum omnium eſſentia; ideóque infinito interuallo excedat eam vnitatem, in qua eſt numerorum communium principium (quamobrem ipſum κρείττονα παντὸς ἀριθμοῦ appellari, ſuperiore ſermone oſtendimus) qui ſemper totus vbique ſit, id quod eſt; vnde ſibi Iehouæ appellationem propriam fecit: qui ſolus (vt omittam cætera non indiligenter à nobis toto ferè iſto tractatu [b] explicata) in omnibus per potentiam quà ei omnia ſubiecta ſunt, & per eſſentiã quà omnia immediatè creauit, & in cunctis per præſentiam quia omnia cognoſcit, eſſe à diuo Thoma [c] oſtenditur; tum verò qui vt ſemper ab æterno eſt, ſic & ad Patrem quod attinet (de quo propriè Clemens noſter hoc agebat loco) à nullo cùm ſit αὐτογενής, niſi

a *In de diui. nomin. cap.* 1.

b *Cap.* 4. *&* *ſequent.*

c *In ſum. par.* 1. *q.* 8. *art.* 3.

niſi à ſeipſo(quemadmodum quarto & ſuperiore proximo capite diximus)ideóque ſummè ſit: quoniam,cùm initium non habeat, filio tamen initium,hoc eſt originem,(licet ab æterno & ſine temporis initio)ac proinde Spiritui quoque ſancto impertit: cui propterea æternitatem atque vnitatem propriè,præ cæteris duabus diuinitatis perſonis, attribui; quà ſecundum eſſentiam ſuam Deus abſolutè,vel quà vnus conſideratur; auctore diuo Thoma ſuperiùs quodam loco [a] demonſtratum fuit. Hactenus itaque Pater omnipotens *μόνος τῷ εἶναι*, qui eſt ingenitus, id eſt,non natus, ſine origine; natiuitate omni ſuperior atque præſtantior ſolus: quemadmodum apud Iuſtinum Martyrem alicubi [b] ſcriptum his ferè verbis, *αὐτὸς γάρ ἐστι μόνος ἀεὶ ὤν, γένεσιν δὲ μὴ ἔχων.* In quibus illud *μόνος* animaduertendum quod apud Clementem reponi debere prædicamus: alterius apud ipſum loci ſimilitudine inter cætera non parum adducti; in quo paulò antè, ipſum ita Deum laudauerat, *τὸν μόνον ἀγέννητον, καὶ ἄναρχον, καὶ ἀβασίλευτον*, & cætera quæ ſequuntur: de quibus vt Deo attributis,quando de Dei nomine hactenus diſſertatum abundè fuit; ſermone proximo diſceptare,ac inuoluta & operta quæpiam detegere, lucíque reddere(quod poteſt)in Dei nomine, hoc eſt Deo ipſo beneuolente atque adiuuante, decreuimus.

[a] *Cap.ſup.proximo ex D. Thom.in ſum. part.1. qu.39. art.8.*

[b] *In Parænet. vide quæ περὶ τοῦ ἑνὸς ἀγεννήτου, ex Triſmeg.in Pimã. ſcripſimus ſuprà.cap.2.*

CAP.

CAP. XII.

IN oratione quadam D. Clementis ad Deum patrem liturgica, verba iſta ſunt quæ proferam; *τὸν μόνον ἀγέννητον* ipſum dicentis, *καὶ ἄναρχον, καὶ ἀβασίλευτον, καὶ ἀδέσποτον, τὸν ἀνενδεῆ, τὸν παντὸς ἀγαθοῦ χορηγὸν, τὸν πάσης αἰτίας καὶ γενέσεως κρείττονα*: Quorum explicationem, & aliorum aliquot apud Hilarium, Bæticum, Proclum ſanctiſſimos atque doctiſſimos Theologos (ſi non etiam iſtorum) caſtigationem, huius de Dei nomine laboris, ad ipſius (vt ſpero) laudem à nobis exhauſti; finem, & quandam veluti coronidem eſſe volumus. Ea verba omnes agnoſcunt apud Clementem ſcoliaſtæ, metaphraſtæ, interpretes, neque dubitauit iſtorum quiſquam quin ipſa Clementis forent: quorum hanc à Turriano Santandreanus interpretationem fecit, in liturgiæ libello Lutetiæ nuper excuſo, (in quo librarius è Græcis nonnulla omiſerat, quæ ex editione Veneta ſuppleuimus) Te ſolum ingenitum, ſine origine, ſine rege, ſine Domino; te nulla re indigentem, te omnium bonorum largitorem, te qui omnem cauſam & ortum ſuperas. Bouius haud multò aliter; Qui ſolus es ingenitus, ſine principio, nõ agnoſcens alicuius imperium, aut dominium, nullius indigens, omnis boni dator, extra omnem cauſam generationémque poſitus. Verumtamen dicam equidem liberè, ita vti ſentio; eſſe iſta vera, pleraque omnia, & ad ſummi Dei laudem

non

nonnulla pertinere: alia quæpiam non itidem, ſed contra, quæ probare vix quiſquam queat. In horum numero iſta ſunt, Sine rege, ſine Domino: quæ à diui Iacobi, Marci, Baſilij, Chryſoſtomi, liturgicis orationibus abeſſe comperi; cùm eas non ſemel percurrerim, ſed huius rei ergò ſæpius ac diligentius pertractarim.

VERVMENIMVERO iſta quî ferri (quæſo) vel quánam interpretatione leniri poſſunt? aut cùm id verum eſſe cõſtet, quod eſt ab Areopagita Dionyſio [a] ſic ſcriptum alicubi; ὅτι τὴν κύρειαν ἔχει τῶν ὅλων ἡ ὅλη θεότης: quòd dominationem omnium rerum tota diuinitas habeat, quòd in cœlo parauerit ſedem ſuam, & regnum ipſius omnibus dominetur, iuxta carmen Dauidicum [b]: Quis homo vnquam (aliquo ſaltem iudicio præditus) de Deo ſic locutus eſt, Regem, Κύρειον, βασιλέα, (ſic enim Eccleſiaſtici vltimo capite appellatur) Iehouam Ælohé haælohim Adoné haadonim, Deum Deorum, Dominum Dominorum, [c] haadon Adonai Sebaoht, dominatorem Dominũ exercituum [d], & τὸν δεσπότην Θεὸν [e], dominatorẽ Deum; ſine Domino eſſe dixerit, aut ita nominandum putet? vt Hamelech Iehoua Sebaoht (de quo apud Eſaiam [f]) Regem Iehouam exercituum, qui locis prope innumeris [g] à Dauide Rex magnus, & ſuper omnem terram, & ſuper omnes Deos nominatur; Regem illum gentium regúmque, & Dominum dominantium, Κύρειον, Θεὸν, παντοκράτορα, βασιλέα τῶν ἔθνων, Κύρειον κυρέιων, βασιλέα βασιλέων [h], cui parent inferi, ſuperi, medioxumi, quem

a In de diui. nomin. cap. 2.
b Pſal. 102. Benedic anima. verſ. 20.
c Pſalm. 135. Confitemini Domino. & in principio & in fine.
d Eſa. ca. 10. verſ. 24. Damaſcen. cap. 6. lib. 4.
e Act. Apoſt. cap. 4.
f Cap. 6.
g Pſalm. 46. Omnes gẽtes. ver. 3. 7. 8. & 9. & Pſa. 94. Venite. verſ. 4. Pſal. 92. Cãtate. ver. 9. Pſal. 144. Exaltabo. in princip. & ver. 12. & 13.
h Apo. cap. 15. 17. & cap. 19. & Paul. 1. ad Ti. c. 6. ver. 15. vide & Euãge. Ioã. cap. 18. ver. 33. 36 & 37. Vide Diõ. Are. in de diu. nomi. ca. 12. de his attributis plurima.

quem adorant cernua Seraphim, malíque ſpiritus ac dæmones contremiſcunt: cuius vnius nutu ſtant, cadúntque Reges omnes, immò res omnes quæcunque vbique ſunt; quarum eſſe ipſum legem ac eleganter dici ſuperiore capite comprobauimus: eum denique tantum talémque Regem ac Dominum, qui Reges ipſe in ſolio collocat in perpetuum (ſicuti Iobus loquitur [a]) & ipſi eriguntur; ſine rege eſſe, vel regis Dominíve vllius imperium ac dominatum non experiri, pronunciare velit, voluerit? Egregiam verò laudem, ac mundi totius Imperatore ſummo, & (quod caput eſt) creatore atque auctore dignam! Atquin ipſe de ſe auguſtius multò & magnificentius apud Moſem ac Prophetas [b] Deus loquitur, ſic ferè: Dominus Deus veſter, ipſe eſt Deus Deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus & potens & terribilis qui perſonam non accipit, nec munera. Item, Ego Iehoua (pro quo Κύριος ὁ Θεὸς, Dominus Deus, Septuaginta ſcripſêre). ſanctus veſter creans Iſraël rex veſter. Quamobrē vt probæ atq; aſperæ Clementis monetæ illa eſſe, τὸ μόνον ἀγέννητον καὶ ἄναρχον fateor; & verè de Patre dici, mox adhibitis apertiſſimis vetuſtorū Patrū teſtimoniis docebo, atque oſtendā: ſic ærosa, κίβδηλα, & adulterina iſta, καὶ ἀβασίλευτον, καὶ ἀδέσποτον, τὸν ἀνενδεῆ, meritò quiſpiā exiſtimet; quod & ipſe aliquandiu feci, ab imperiti cuiuſdam Scoliaſtæ adnotamento in cōtextum perperam adſcito eſſe coniiciens: ſic tamen vt qui ſuppoſititia & reiicienda videri libri mei oræ adſcripſerā; de ipſo con

[a] Cap. 36.

[b] Eſa. cap. 43. & Zach. ca. 1 ex quo vide Theodoret. li. 10. de affect. græc. cur. poſt Moſem Deut. cap. 10. ad fin.

contextu nihilomagis tollerem, atque expungerem: ſicuti ſuperiore, ſed & iſto etiam ſæculo nimium temerè in pleriſque auctorum claſſicorum libris patratū à ſciolis (qui quod non intelligerent, ſtatim damnatum expungere auſi ſunt) manuſcriptorum librorum accurata cum impreſſis collatione, dudum animaduerti. Atquin hoc potius diui Auguſtini [a] conſiliū probo, & ſequor; vt à diuinis, ad omne literarum genus traducēdum eſſe, mihi planè perſuaſerim: Illud ante omnia retinete (inquit) vt Scripturis ſanctis nondum intellectis, non perturbemini; intelligentes autem non inflemini; ſed & quod non intelligitis cum honore differatis; & quod intelligitis, cum charitate teneatis. Tale iſtud Ioan. Damaſceni [b] minimè perceptum ab interprete (ſi quid ipſe ſentio) vbi de fructu ex diuinarum Scripturarum lectione capiendo ſic ferè ſcribit: *ἀλλὰ μὴ παρέργως κρήσωμεθα, προθύμως δὲ μᾶλλον καὶ ἐπιμόνως, μὴ ἐκκακήσωμεν κρούοντος. οὕτω γὰρ ἡμῖν ἀνοιγήσεται. ἐὰν ἀναγνῶμεν ἅπαξ καὶ δὶς, καὶ εἰ μὴ* (ſic lego, pro *καὶ μὴ*) *διαγνῶμεν ἃ ἀναγινώσκομεν, μὴ ἐκκακήσωμεν, ἀλλ' ἐπιμείνωμεν, ἀδολεσχήσωμεν, ἐρωτήσωμεν*, &c. *οὐ γὰρ πάντων ἡ γνῶσις*. Atque hæc quidem obiter: ad inſtitutum noſtrum redeamus porro, ſi videtur.

a Sermo 63. de diuer. ſ.

b Cap. 18. lib. 4. de fid. orth.

De illo *ἀγέννητον*, quin rectum ſit, minimè dubitandum cenſeo, vti dixi: quando hac vna profectò (ſi non alia vlla) differentia, Pater à Filio diſtinguitur; quòd ille ſit ingenitus, hoc eſt non genitus, non natus, (quem Tertullianus innatum, ingenitum Hilarius [c], & plerunque

c Lib. 4. de Trin. ſub finē. & eo lib. 3. loco quē attuli, cap. 7. ſup. Vide D. Tho. in ſum. par. 1. qu. 33. art. 4.

innaſci

innaſcibilem vocat; vetuſti Philoſophi ethnici τὸ αὐτοφυῆ, αὐτόγονον, καὶ αὐτογενῆ)[a], hic verò natus, genitus ab æterno, vnigenitus, primogenitus, πρωτότοκος πάσης κτίσεως, & πρὸ πάντων αἰώνων γεννηθεὶς, (quemadmodum apud Clementẽ è Pſalmis Dauidicis [b] ſubiicitur) hoc eſt, primogenitus, vt ante omnia genitus; & vnigenitus, vt ſolus ex Deo genitus, propriè de vulua cordis ipſius (ſicuti Tertullianus [c] loquitur) nõ tamen factus aut creatus, quà Deus Chriſtus; quippe qui Deus verus de Deo vero, lumen de lumine: ſed prolatum hoc quidem, non ſeparatum ab eo à quo prodiit, non alienatum à matrice (vt ipſa eiuſdem Tertulliani [d] verba, quod & alij Patres [e] hîc fecêre, difficili & humanæ mentis captum excedenti rei demonſtrandæ vſurpare liceat) non magis quàm à ſole radius, à radice frutex, & à fonte fluuius. Tum verò quod è Iuſtino ad extremum ſuperioris capitis protuli, γένεσιν μὴ ἔχοντα, prorſus aſſerit iſtud ἀγέννητον; Itemque quod in oratione poſt calicis adminiſtrationem apud ipſum Clementem ſtatim legitur, τὸν Θεὸν τὸν μόνον ἀγέννητον; quod & aliquanto poſt γενέσει μὴ ὑποκείμενον, & in hoc ipſo quem exhibuimus loco, longè ſignificantiùs & explicatiùs πάσης αἰτίας καὶ γενέσεως κρείττονα. Vbi cur μόνον ἀγέννητον dixerit, ex iis licet intelligere quæ iuxta quorumdam hæreticorum opinionem περὶ τῶν τριῶν ἀνάρχων θεῶν καὶ δύο ἀγεννήτων, ab illo ipſo relata fuerant, Apoſtolic. Conſt. lib. 6.[f] quo loco & iſtas Dei à gentilibus ortas, & ab hæreticis vſurpatas τοῦ αὐτοπητίου καὶ αὐ-

τογε

a *Vide Aug. Steuch. Eug. lib. 5. de perẽ. philoſ. cap. 2.*

b *Pſal. 109. Dixit Dominus. ver. 5. vide & Pſalm. 2. Quare frem. verſ. 7.*

c *Adu. Prax.*

d *In ſupra dicto loco.*

e *Victor Afer lib. 4 aduerſ. Arium. & in hymn. de Trinit. Proclus Conſtantinopol. epiſco. in epiſto. ad Armen. Lactan. cap. 29. lib. 4. Ruffin. Aquil in expoſ ſymbol. Apoſt.*

f *Cap. 10. & 11.*

τογενέθλου appellationes improbat: ſic ferè, ἕνα μόνον Θεὸν καταγγέλλομεν (ait) νόμου καὶ προφητῶν κύριον τῶν ὄντων δημιουργὸν τοῦ Χριστοῦ πατέρα, οὐκ αὐταίτιον καὶ αὐτογένεθλον, ὡς ἐκεῖνοι εἶπον. ἀλλ' ἀΐδιον, καὶ ἄναρχον, καὶ φῶς οἰκοῦντα ἀπρόσιτον, &c. Aduertendum autem hoc, non modò eſſe ἀγένητον (quod ἄκτιστον ſiue increatum ſignificat, & ipſi etiam Filio, cùm naturæ ſit diuinæ, congruit) verumetiam ἀγέννητον Patrem non genitum; quòd perſonæ (quam hypoſtaſim Græci dicunt) propriũ, cùm appellatio geniti Filio competat: θεωρεῖται τοίνυν (ait Damaſcenus[a]) ἐν μὲν τῇ θείᾳ καὶ ἀκτίστῳ φύσει, τὸ μὲν ἀγέννητον ἐν τῷ πατρὶ (οὐ γὰρ ἐγεννήθη) τὸ δὲ γεννητὸν ἐν τῷ υἱῷ, ἐκ πατρὸς γὰρ ἀϊδίως γεγέννηται. Cæterùm ὅτι τὸ ἀγέννητον ὑπάρξεώς τινος δήλωσίς, καὶ οὐκ οὐσίας, diſputat aduerſus Eunomium Baſilius magnus [b] admodum ſubtiliter; vbi poſtquam dixit ἀγέννητον τὸν πατέρα, γεννητὸν δὲ τὸν υἱόν, ſubiicit illico, ἀλλ' οὐκ οὐσίας ἡμεῖς ταῦτα λέγομεν, ὀνόματα δὲ δηλοῦντα τὴν ἑκάστου αὐτῶν ὕπαρξιν: quibus ex locis & alio quopiam beati Cyrilli [c] ad Nemeſium de iſta τοῦ ἀγεννήτου καὶ ἀγενήτου differentia, alius apud Athanaſium [d] (ita quidem vt Latinè ab interprete redditus fuit obſcuriſſimus) explanari facilè poterit; vbi ait eo vocabulo diuerſa ſignificari: quum alij id quod exiſtit & factum non eſt, alij rurſus quod planè ſui auctorem non habet, Ingenitum dicant, &c. quæ ſequuntur: immò alius etiam locus, apud ipſum Cyrillum in Theſauro aduerſus hæreticos [e], ex eadẽ ingeniti πολυσημίᾳ omnino explicari debet; quod neſcio quî Græcarum literarum ignari

a *Lib. 4. de fide orth. c. 7. ſed & lib. 1. cap. 9.* μόνος γὰρ ὁ πατὴρ ἀγέννητος, *&c. vt infr. proponam.*

b *Libr. 4.*

c *Libr. 11. Theſauri.*

d *Epi. ad ortho. de ſynod. Ariminn.*

e *Cap. 1.*

percipere, aut etiam ſuſpicari queant: præſertim verò cùm Ingeniti nomen vix apud bonos Latinitatis auctores negatiuè poſitum reperiatur. Denique alius apud beatum Thomam [a] hæc verba referentem è Damaſceno [b]; Ingenitum vno modo ſignificat idem quod increatum, & ſic ſecundum ſubſtantiam dicitur; per hoc enim differt ſubſtantia creata ab increata (hoc autem eſt ἀγένητον). Alio modo ſignificat id quod non eſt genitum (περὶ τοῦ ἀγεννήτου loquitur) & ſic relatiuè dicitur, eo modo quo negatio reducitur ad genus affirmationis. Hactenus ille; qui haud ſcio, an ſatis illam duorum nominum diuerſitatem perceperit: cùm de diuerſis eiuſdem vocabuli ſignificationibus potius ſenſiſſe contra ipſius Damaſceni mentem verbáque ipſa videatur. Nam iſta quidem ſic habere conſtat, χρὴ γὰρ εἰδέναι ὅτι τὸ ἀγένητον δι' ἑνὸς ν, γραφόμενον, τὸ ἄκτιστον ἤτοι τὸ μὴ γενόμενον σημαίνει· τὸ δὲ ἀγέννητον διὰ τῶν δύο νν, γραφόμενον, δηλοῖ τὸ μὴ γεννηθέν. κατὰ μὲν οὖν τὸ πρῶτον σημαινόμενον διαφέρει οὐσία οὐσίας, &c. κατὰ δὲ τὸ δεύτερον σημαινόμενον, οὐ διαφέρει οὐσία οὐσίας, &c. Et ſtatim, κατὰ μὲν οὖν τὸ πρῶτον σημαινόμενον κοινωνοῦσιν αἱ τρεῖς τῆς ἁγίας θεότητος ὑπέρθεοι ὑποστάσεις. ὁμοούσιοι γὰρ καὶ ἄκτιστοι ὑπάρχουσι. κατὰ δὲ τὸ δεύτερον σημαινόμενον, οὐδαμῶς· μόνος γὰρ ὁ πατὴρ ἀγέννητος, οὐ γὰρ ἐξ ἑτέρας ἐστὶν αὐτῷ ὑποστάσεως τὸ εἶναι, καὶ μόνος ὁ υἱὸς γεννητός· ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς γὰρ οὐσίας ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως γεγέννηται. Ex quibus omnibus equidem non dubito, quin apud eundem Damaſcenum caſtigari locus [c] alter debeat: in quo ſic eſt, τὸ δὲ ἄναρχον, καὶ ἄφθαρτον, καὶ ἀγέννητον, ἤτοι

ἄκτι

[a] In ſumma part. 1. qu. 33. art. 4. in ſolut. 3 arg.

[b] Lib. 1. de fide orthod. cap. 9.

[c] Cap. 12. eiuſd. lib.

ἄκτιστον, καὶ ἀσώματον, καὶ ἀόρατον, καὶ τὰ τοιαῦτα τί οὐκ ἔστι δηλοῖ, τουτέστιν ὅτι οὐκ ἤρξατο τοῦ εἶναι. οὐδὲ φθείρεται, οὐδὲ ἔκτισται, οὐδὲ ἔστι σῶμα, οὐδὲ ὁρᾶται. Vt legamus ἀγέννητον quod toti Trinitati commune eſt, non itidem ἀγέννητον. Denique illud ἤτοι ἄκτιστον non ad ἀγέννητον, ſed ad ἀγένητον referri: vt vtroque verbo idem ſignificetur, cùm ἀγέννητον aliud ſonet(ſicut antè admonui)apertè illo οὐδὲ ἔκτισται comprobatur,ſi quid iudico; cùm non ſit inibi adiectum οὔτε γεννᾶται. Eſt autem vnigenitus filius Dei non innaſcibilis, vt Patri adimat, quod Deus vnus ſit; neque aliud ipſe quàm Deus; quia ex Deo natus eſt,ſicuti diuus Hilarius [a] tradit. Neque conſortem vnigeniti nomen admittit, ſicut non recipit innaſcibilis(in eo tantùm quod eſt innaſcibilis)participem,&c. Vterque itaque vnus & ſolus eſt; proprietate videlicet in vnoquoque & innaſcibilitatis & originis: ac ſic vterque Deus vnus eſt, cùm inter vnum & vnum, id eſt ex vno vnum diuinitatis æternæ ſecunda natura non ſit. Tum aliquanto poſteà ſubiicit iſta; quæ idcirco proponam, quòd eòdem ſpectant;ſed ideo quoque,vt à grauiſſimo mendo per me liberentur: honoris fidem innaſcibili Deo confitêre, quod abſque eo (ſic lego, vbi erat anteà, præter eum; contra id quod ab eodem auctore alibi traditur) Deus nullus ſit. Vnigenito Deo prædica quod præter eum(ſic lego, vbi vulgò perperam, abſque eo) Deus non ſit: anteà dixerat proprium Dei filio eſſe,ne prætèr eum Deus ſit:proprium Deo patri eſſe,ne abſque eo Deus quiſquam ſit.

a *Libr. 4. de Trinit. Vide & Tertullianum extremo lib. de Trin.*

Denique inquit idem alio loco [a] (vt ad rem redeam) cùm vnus Deus ſit,duos innaſcibiles eſſe non poſſe ; cùm idcirco Deus vnus ſit , cum pater Deus ſit & filius Dei Deus ſit : quia innaſcibilitas ſola penes vnum ſit ; filius autem idcirco Deus , quia ex innaſcibili eſſentia natus exiſtat. Reſpuit ergo innaſcibilem Filiũ prædicari fides ſancta. Cùm enim (vt idem ipſe alibi [b] præclarè ſcribit) innaſcibilis Deus ad perfectam diuinæ beatitudinis natiuitatem vnigenito Deo auctor ſit , auctorem natiuitatis eſſe ſacramentum paternum eſt. Atque hoc nimirum eſſe arbitror, quod de duarum in Chriſto naturarum proprietatibus agens Damaſcenus [c] , ipſum τέλειον Θεὸν πάντα ἔχειν ὅσα ὁ πατὴρ cõfitemur(inquit) πλὴν τῆς ἀγεννησίας. Ergo ἀγεννήτου non geniti,non nati, vel innaſcibilis nomine , Pater ; ante ſecula geniti vocabulo , filius Dei Dominus noſter apud B.Ignatium alicubi [d] deſignatur: ἐρρωμένους ὑμᾶς ὁ ὢν μόνος ἀγέννητος διὰ τοῦ πρὸ αἰώνων γεγεννημένου διαφυλάξαι πνεύματι καὶ σαρκὶ ; & alio loco [e] , οὗ φύλαξ γίνεται ὁ μόνος ἀγέννητος Θεὸς , καὶ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστός. Et item aliis [f] aliquot locis. Ideóque licet Filius vnigenitus Patris imago ſit inuiſibilis , & forma quædam hypoſtaſeos paternæ (qua de re pluribus actum eſſe capite tertio memini) in filio tamen,qui eſt genitus,innaſcibilitatem(vtpote proprietatem paternam [g])minimè

---

a *In de ſynodis aduerſus Arian. qui locus citatur etiã à* D. *Tho. in dict. art. 4. q. 33. in ſolut. 4. argum.*

b *In de Patris & Filij vnitate. Vide & Tertullianum ad finem lib. de Trin.*

c *Cap. 13 lib. 3. de ſid. orth. videto & Baſiliũ in lib. de differ. vſia & hypoſt. circa finẽ ad Gregoriũ fratrẽ.*

d *Ad finem epiſt. 9. ad Antiochenos.*

e *Epiſt. 10. ad Heronem.*

f *Eadẽ Epiſt. paulò poſt.*

g *Ingenitum eſſe proprium Patri in quãtum ſibi proprium eſt non ab alio eſſe , docet D. Tho. in Sum. part. 1. quæſt. 33 art. 4. Nam alioqui Spiritum ſanctum ingenitum quoque dixit Hieronymus , ſed negatiuè ſumpto vocabulo vt ibid. oſtenditur in ſolut. 2. argum. poſt Magiſt. Sent. lib. 1. diſt. 13.*

contem

contemplari poſſumus : καὶ ὁ τοῦ υἱοῦ (inquit alicubi Baſilius magnus & verè magnus) τὴν οἱονεὶ μορφὴν τῇ διανοίᾳ, λαβὼν τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως τὸν χαρακτῆρα ἀνετυπώσατο βλέπων διὰ τούτου ἐκεῖνον, οὐ τὴν ἀγεννησίαν τοῦ πατρὸς ἐν τῷ ἀπεικονίσματι βλέπων. ἦν γὰρ ἂν δὴ ὅλου ταυτὸν εἶναι καὶ οὐχ ἕτερον. ἀλλὰ τὸ ἀγέννητον κάλλος ἐν τῷ γεννητῷ κατοπτεύσας ὥσπερ ἐν τῷ καθαρῷ κατόπτρῳ τὴν γινομένην τῆς μορφῆς ἔμφασιν κατανοήσας, ἐναργῆ τοῦ ἀπεικονισθέντος προσώπου τὴν γνῶσιν, ἔσχεν.

PORRÒ, vt τὸ ἀγέννητον, ita & ἄναρχον (quorum vtrumque iſto Clementis loco Patri attributum cernimus) non naturæ; ſed hypoſtaſeós ac perſonæ proprium exiſtimari ſimiliter debet; vt ego quidem ſentio. Atque hoc profectò quin ſit à Clemente noſtro, germanum purum & putum; abſit, vt quiſquam dubitet: quando & in diui Marci liturgicis ad Chriſtum orationibus, hæc τοῦ ἀνάρχου appellatio Patri aſſignatur, δέσποτα Κύριε, Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ συναΐδιος λόγος τοῦ ἀνάρχου πατρὸς, &c. Et poſteà δέσποτα Ἰησοῦ Χριστὲ Κύριε ὁ σύναρχος (vbi forſitan συναναρχος legendum ſit, vt συναΐδιον quod antè paulò dixit, ſignificet: cùm & paulò poſt ita loquatur[a], & cum eo [b] alij ex veteribus non pauci hoc ipſum Dei filio tribuant λόγος τοῦ ἀνάρχου πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος & in illa diui Baſilij, quæ conſecrationem præcedit, oratione liturgica ad Patrem; ἀνάρχε, ἀόρατε, ἀκατάληπτε, ἀπερίγραπτε, ἀναλλοίωτε, ὁ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἀνάρχου autem appellatione intelligendus quidem haud dubiè, ὁ ἄνευ ἀρχῆς: ſed ἀρχῆς nomen ambi-

a In oratione liturgica conſecrationem præcedente fol. 57. lib. 1. ut. excuſi. τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι ὁμοούσιε, συναΐδιε, καὶ συνάναρχε, &c. & fol. 63 Ἄναξ μέγιστε καὶ τῷ πατρὶ συνάναρχε.

b Hippolytus περὶ συντελείας κόσμου quo loco σὺ εἶ ὁ ἀεὶ ὢν, σὺ εἶ ὁ συνάναρχος τῷ πατρὶ καὶ συναΐδιος τῷ πνεύματι.

guum perperam hoc loco acceptum, non ab Latinis interpretibus, ſed à ſcoliaſte Græco videri poſſit. Nam quando & principium ſiue originem,& principatum ſiue imperium ſignificat: in Pſalmo quidem illo Dauidico, de cuius explicatione ſuperius quodam capite [a] diligenter, ſi non peritè(non enim hoc nobis velimus ſumere) diſſertatum fuit; vbi paſſim in Eccleſia Catholica canitur, tecum principium in die virtutis tuæ, in ſplendoribus ſanctorum (quod tamen vt id etiam quod ſubiicitur, longè aliter, hoc eſt alia ſententia in Hebræo autographo ſcriptum hodie legitur) obſeruarunt recentiores [b] tam ſanctæ quàm Græcæ linguæ periti,ex Baſilij aliorúmq; Patrum teſtimoniis, debuiſſe principatũ ſcribi, à Latino ſeptuaginta virorum tranſlationis interprete;quæ πολύσημον vocabulum τῆς ἀρχῆς [c] exhibet ſic ferè, μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεως σοῦ ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου. Hic igitur (errore ſcilicet contrario, ſed ex eiuſdem vocabuli πολυσημία orto)Græcus ille apud Clementem ſcoliaſtes ἄναρχον,à principatu, regno ſiue imperio dominióve, non ab origine atque principio deductum, aliter ac debuit,videtur accepiſſe:quod nomen ἐκ παραλλήλου his ad marginem adpoſitis, vel interlinearis gloſſæ modo,in contextum ipſum poſteà receptæ interpretatus ſit, ἀβασίλευτον καὶ ἀδέσποτον, vt imperio ac dominatui alieno Deus exemptus à Clemente ſit dictus: quod tanquam indubitabile, nec vlla dignum ſpeciali nota, & ideò prorſus abſurdũ(vt videtur) Apoſtolorum diſcipu

a Cap. 8.

b Ianſen. & Genebrar.

c De cuius varia ſignificatione Tertulliani aduerſ. Hermogenẽ iſta ſunt vbi dixit principio ſignificari originem. Poſſunt & aliter principiũ interpretari (ait.) non ab re tamen:nam & in Græco principij vocabulũ quod eſt ἀρχὴ non tantũ ordinatiuum, ſed & poteſtatiuum capit principatum. Vide & ἄρχοντες dicũtur principes & magiſtratus,&c.

diſcipulo, doctoríque tanto, in mentem ne per ſomnium quidem veniſſe, vnus aliquis exiſtimauerit. Ἄναρχον ſane dixêre Græci, & in his Clemens Romanus æternum Deum; Patrem ſcilicet omnipotétem; qui cùm omnium rerum cauſa ſit, atque principium; & verò ipſius etiam Chriſti vnigeniti origo, nullum ipſe principium nullam originem habeat; & à ſe ipſo ſit, ab alio non procedat: ὁ αἴτιος καὶ ἀγέννητος μόνος ὑπάρχων ἡ πάντων ἀρχὴ καὶ αἰτία (iuxta Damaſcenum[a]) καὶ ἄχρονος ὢν, καὶ ἄναρχος, καὶ ἀπαθής; itémque ἁπάσης ἀρχῆς ὑπερούσιος καὶ ἀπάρχιος ἀρχή, optimo iure nuncupatur, τοῦ γὰρ ἀγεννήτου (ſicuti Alexandrinus etiam Clemens[b] loquitur) οὐδὲν προϋπάρχει. Quo ἀνάρχου vocabulo ſeu epitheto, non tantùm à creatis omnibus rebus, etiam angelicis poteſtatibus atque ſpiritibus; verùm & à Filio (niſi fallor) genito ſcilicet ipſo, atque à ſancto Spiritu ſiue paracleto (qui ab vtroque Patre ac Filio procedit) omnino diſtinguitur: nec tamen neſcio, Verbum quoque ipſum Dei patris filium vnigenitum, à vetuſtis Theologis & patribus Græcis ἄναρχον vocari; eique omnia ferè tribui epitheta (proprietate Patris excepta) quæ patri vel Deo ſimpliciter ſolent. Nam Proclus quidem Conſtantinopolitanus Epiſcopus ad Armenios[c] ita ferè ſcripſit, αὐτὸς ὁ Θεὸς ὁ ἀσχημάτιστος καὶ ἄναρχος, καὶ ἀπερίγραπτος, καὶ παντοδύναμος λόγος ἐλθὼν ἐσαρκώθη; & poſtea de æterna Filij generatione, οὔτε γὰρ ἐξ οὐκ ὄντων παρήχθη ὁ ἀεὶ ἄναρχος, οὔτε ἐξ ὄντων ἐτράπη ὁ ἀναλλοίωτος λόγος; & ſtatim, ἀλλ' ἔστιν εἷς υἱὸς ὁ ἄναρχος ἐκ πατρὸς

a Lib. 1. c. 8. 11. & 15. de fide orth. vide quæ ſcripſi ſupra cap. 10.

b Lib. 5. ſtromat.

c Epiſt. quadã ſub Theodoſ. & Valent. ſcripta quæ extat in hæreſeologia.

γεννηθεὶς, δι᾽ οὗ τοὺς αἰῶνας πιστεύομεν γεγενῆσθαι, ὁ συναΐδιος τῇ ῥίζῃ κλάδος, ὁ ἀράστως ἐκ πατρὸς ἐκλάμψας, ὁ ἀχωρίστως τοῦ νοῦ προϊών τε καὶ μένων λόγος. Vbi obiter moneo, pro ἀράστως (pro quo interpres legiſſe videtur ἀῤῥήτως) malle me τὸ ἀοράτως reponere: præſertim cùm apud Dionyſium ita ſcri-
a In de diuinis nomin. cap. 7. ptum recorder alicubi [a], οὕτω καὶ ἀορατόν φησι τὰ λόγια τὸ ὑπέρφαες φῶς: vel potiùs eius loco ſubſtituere ἀῤῥεύστως ex aliquot veterum locis, & ex
b. In epiſto. iſto Theodoreti [b] præcipuè, in quo de Verbo Dei filio agens, ὡς ἡ γέννησις ἐκείνη πάθους παντὸς ἐλευθέρα· οὐδὲ γὰρ ὁ νοῦς ὁ ἡμέτερος ὠδίνων τὸν λόγον, τομὴν ἢ ῥεῦσιν ὑπομένει τινὰ, ἀλλὰ τέλειος ὢν τέλειον ἀποτελεῖ τὸν λόγον, &c. quæ ſequuntur: & ex iſto
c Lib. 1. de fide orth. cap. 8. Vide & c. 18. vbi Θεὸς ἐστι καὶ ὁ υἱὸς ὁ ὢν ἀεὶ σὺν τῷ πατρὶ, ἀχρόνως καὶ ἀϊδίως καὶ ἀῤῥεύστως καὶ ἀπαθῶς. Damaſceni [c], in quo illius verbi vis ita explicatur, φύσει γὰρ ὢν ἀπαθὴς καὶ ἄῤῥευστος, ὡς ἁπλοῦς καὶ ἀσύνθετος, οὐ πέφυκεν ὑπομένειν πάθος ἢ ῥεῦσιν οὔτε ἐν τῷ γεννᾷν, οὔτε ἐν τῷ κτίζειν. Et ſtatim, ἀῤῥεύστως γεννᾷν, ait, διὰ τὸ ἀπαθὲς καὶ ἀσώματον. Sed (vt ad rem) in eadem illa epiſtola Proclus paulò poſt, verum Dei filium non ſemel ἄναρχον nominat. Non abſurdè quidem ille, nec immeritò; nec ſine aliorum exemplo, qui Græcè, aut Latinè ſcripſerint. Nos ſemper Deum patrem nouimus (ait
d Libr. 1. περὶ ἀρχῶν c. 2. Origenes [d]) vnigeniti Filij ſui ex ipſo quidem nati, & quod eſt ab ipſo trahentis, ſine vllo tamen initio: non ſolùm eo quod aliquibus temporum ſpatiis diſtingui poteſt, ſed ſine illo quod ſola apud ſemetipſum mens intueri ſolet; & nudo (vt ita dixerim) intellectu atque animo conſpicari. Extra omne ergo quod vel dici vel intelligi poteſt initium, generatam eſſe credendum

eſt

eſt ſapientiam. Gregorius Bæticus; vita æterna non habet initium neque finem, (ait) ergo Deus verus eſt Chriſtus, non habens initium neque finem, exiſtens ipſe vita æterna quæ eſt ſine initio & fine. Et poſteà illud Eſaiæ [a] explicans (Generationem eius quis enarrabit?) Illam vtique qua de Deo patre (inquit) generatus eſt, quæ ſine initio eſt, &c. non quaſi ignorabilem, ſed quaſi inexplicabilem dicens. Quorum argumento illa emendanda, quæ paulò antè protulerat, ſic ferè; Quis enim poſſit explicare dilectionem, quam Deus mundo præſtitit dans vnigenitum filium ſuum; ita vt homo naſceretur qui Deus eſt, & haberet ſecundum carnem humana ſorte natiuitatis, qui ſine initio de Patre natus eſt: & ille æqualis Deo in forma Dei exiſtens ſemper accepta forma ſeruili minor fieret, &c. Nam vulgò mendoſè ſcriptum, & excuſum, qui initio de Patre natus eſt: Error autem iis manifeſtus, qui attentè præcedentia & ſequentia legerint apud Bæticum, futurus eſt: quem & ipſa rei veritas arguit, & veneranda grauiſſimorum Patrum auctoritas euincit. Etenim, vt mittã quod idem ipſe de Chriſto agens ita ſcripſerat; in forma Dei cùm eſſe perhibetur à diuo Paulo Apoſtolo [b], verum Deum voluit intelligi; & qui verus Deus eſt, vtique ſemper eſt: & qui ante omnes (vt idem Apoſtolus alibi [c] teſtatur) omnibus dedit initium quorum anterior immò & factor eſt; ipſe verò ſine initio eſt, qui ante omnes non factus, ſed eſſe memoratur. Ἄναρχον, & ſine initio (ſcilicet temporis) filium Dei Chriſtum eſſe,

a *Cap. 53.*

b *Ad Philippenſ. cap. 2.*

c *Ad Coloſſ. cap. 1.*

præter Proclum, diuus quoque Martialis ad Burdegalenſes comprobat: Verbum in quod credidiſtis (ait [a]) Filius eſt vnigenitus ante omnem ſubſtantiam, ante omne initium: ipſe eſt enim principium, quia de principio ineffabiliter genitus eſt. Vnde Cyrillus etiam Alexandrinus Epiſcopus alicubi [b], ſicut Deus ipſe ſine principio & ingenitus eſt; ſic quia ex ſubſtantia eius prodit Filius, eum ſine principio, quia non factum, rectè dici tradit. Epiphanius [c] quoque, ἡ θεότης (inquit) τοῦ μονογενοῦς ἦν ἀεὶ σὺν πατρί, ὅπερ ἐστὶ μονογενὴς Θεὸς λόγος ἐκ πατρὸς προελθὼν ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως. Sed & ipſe Damaſcenus [d] de Deo ſimpliciter & indiſtinctè ita loquitur, vt ἄναρχον nuncupet; ὅτι μὲν οὖν ἐστὶ Θεὸς ἄναρχος, ἀτέλευτος αἰώνιός τε καὶ ἀΐδιος, ἄκτιστος, ἄτρεπτος, ἀναλλοίωτος, ἁπλοῦς, ἀσύνθετος: iuxta illud Tertulliani aduerſus Hermogenem, Quis alius Dei ſenſus, quàm æternitas? quis alius æternitatis ſtatus, quàm ſemper fuiſſe & futurum eſſe, ex prærogatiua nullius initij & nullius finis? & poſteà propria Dei vindicamus ſemper fuiſſe, ſine initio, ſine fine; & primum fuiſſe, & ſolum & omnium auctorem. Ruffinus item Aquileieñſis preſbyter [e]; Deum cùm audis (inquit) ſubſtantiam intellige, ſine initio, ſine fine, ſimplicem, ſine vlla admixtione, inuiſibilem, incorpoream, ineffabilem, inæſtimabilem; in qua nihil adiunctum, nihil creatum ſit; ſine auctore, eſt enim ille, qui auctor eſt omnium. Ergo iſtud ipſum ἀνάρχου epithetum, diſertè Verbo Dei filio, tribuit ſic ferè, Damaſcenus idẽ, auctor (vt ſentio) locuple

a *Cap. 10. epiſt. ad Burdegal.*

b *Lib. 1. in Theſauro aduerſ. hæret. cap. 6.*

c *Hæreſ. 69. lib. 2.*

d *Lib. 1. de fide orthod. cap. 2.*

e *In expoſitio. ſymboli Apoſt. apud Cyprian.*

locupletiſſimus, alio eiuſdem libri loco [a], ἀλλ' ἀεὶ ἦν σὺν τῷ πατρὶ, καὶ ἐν αὐτῷ, ἀϊδίως καὶ ἀνάρχως ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένος. Beatus denique Auguſtinus alicubi [b]; Si das initium Filio (inquit) das initium & Patri. Pater enim à Filio appellatus eſt Pater: & poſteà, diuinam illam natiuitatem, quà Filius proceſſit ex Patre, quà natus eſt Deus de Deo, ſine initio, ſine tempore, ſine matre, ſine aliqua fragilitate, ſine vlla ſui diminutione, non poſſumus explicare.

VERVMTAMEN & diuus Cyrillus [c], & ipſe Damaſcenus alio poſteà loco, hactenus à Patre Filium diſtinguit; vt Pater quidem ſit prorſus ἄναρχος, Filius verò temporis quidem, non autem natiuitatis ratione, ſit ἄναρχος. Sic enim ille [d], εἷς υἱὸς καὶ ὁ υἱὸς οὐκ ἄναρχος τουτέστιν οὐκ ἀναίτιος, ἐκ τοῦ πατρὸς γάρ. εἰ δὲ τὴν ἀπὸ χρόνου λάβοις ἀρχὴν, καὶ ἄναρχος. ποιητὴς γὰρ χρόνων, οὐχ ὑπὸ χρόνον· qui & alibi [e], fontis & cauſæ nomen Patri, Filio autem & paracleto, αἰτιατοῦ id eſt cauſati appellationem tribuit. Ergo & in altera diui Iacobi [f] oratione ad Chriſtum liturgica, Pater ſpecialiter ἄναρχος nuncupatur; & verò in ea [g] Baſilij atque Chryſoſtomi, quæ ad Chriſtum à ſacerdote funditur, intereà dum Cherubicus hymnus decantatur à clericis: Chriſtus, vt non cœpit ab origine, ita originem ab origine ſumpſit æternam, teſte Hilario [h]. Nihil in rebus Dei (ait idem ipſe alio loco [i]) niſi natum æternúmque confitemur: natum autem non poſt aliquid, ſed ante omnia; vt natiuitas tantum teſtetur auctorem, non præpoſterum aliquid in ſe auctore ſignificet:

Poſt

a Cap. 8. ſed & c. 9. ὁ μόνος ὁ υἱὸς γεννητὸς, ἐκ τοῦ πατρὸς γὰρ ὑπάρχει ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως γεννηθείς. vt antè ſcripſi.

b Lib. 2. de ſymb. ad Catechum. cap. 3.

c Lib. 1. Theſauri aduerſ. hær. c. 3. & 6.

d Cap. 11. lib. 1. de fide ortho. Vide quæ περὶ τοῦ πρώτου τῇ φύσει ſcripſi ſupra cap. 10.

e Cap. 16. lib. 1. & lib. 4. c. 14. Non ita doctores Latini vt ex B. Tho. monui ſub. cap. 10.

f Fol. 4. ſub init liturg.

g In D. Baſilij liturg. fol. 50 & Chryſoſt. fol. 91.

h Lib. 9. de Trinit. ad fin.

i Lib. 12. circa finem.

Poſt te(inquit idem Hilarius ad Deum patrem de filio)ita confitendus, vt tecum, quia æternæ originis ſuæ es auctor æternus. Nam dum ex te eſt,ſecundus à te eſt;dum verò tunc eſt, non ſeparandus à te eſt;quia nec ſine tuo fuiſſe confitendus aliquando es, ne aut imperfectus ſine generatione, aut ſuperfluus poſt generationem arguaris. Quamuis igitur dignitate, claritate, maieſtate,alter ab altero non differat,aut honore Pater Filio præferri non debeat;nihilominus tamen,vt caput quidem, id eſt principium omnium Filius eſt, ita caput Filij & principium Chriſti Deus eſt:& ad vnum Deum omnia hoc gradu, atque hac confeſſione referuntur: cùm ab eo ſumāt vniuerſa principium, cui ipſe principium ſit; ſicuti beatus ille doctor & Epiſcopus memorat[a] .Sanè filium Dei, cùm nō aliunde quàm ex Patre ſit, Patri ſuo debere ſuam originem,quam ex illo qui eſt vnus Deus, naſcendo contraxit,à Tertulliano[b] traditur: vnus igitur Deus pater probatur, dum gradatim reciproco meatu illa maieſtas atque diuinitas ad Patrem(qui dederat eam)rurſum ab illo ipſo Filio miſſa reuertitur, & retorquetur: vt meritò Deus pater omnium Deus ſit,& principium Filij ſui,quem Dominum genuit;filius autem cæterorum omnium Deus ſit, quoniam omnibus illum Deus pater præpoſuit, quem genuit. Hactenus ille:qui & ſecundum originē Patrem eſſe Filij principium ſcribit[c],& quadam ratione ipſum præcedere:quāuis alioqui circa eſſentiā Patris & Filij, nulla diſſimilitudo vel differentia reperia

a *In de ſyn. aduerſ. Aria. quod videtur deſumpſiſſe è Tertulliani extremo de Trinit.*

b *In de Trin. ad fin.*

c *In de Trin. ſed & Cyrillus in Theſauro lib.1.c.5.& lib.2.c.2.Vide B.Aug.lib.4. ſuper Gen. c. 34. & 35.vbi ait eſſe in diuinis ordinem naturæ nō quo alter ſit prius altero,ſed quo alter eſt ex altero. Vide & B.Th.in ſum. part 1.q. 42. art.3.in cōclu. & eius cōfirmat. Scripſimus c.10.ſup. vbi vide.*

reperiatur;ſed in hac,& in virtute, gloria, tempore,claritate, maieſtate, cæteríſque omnibus æqualitas:Neuter(inquam) alteri præſtet naturæ vel ſubſtantiæ genere, καθ᾽ ὁρμὴν γὰρ Θεὸς, (inquit Damaſcenus [a]) ἴσος ἐστὶ τῷ πατρὶ, καὶ οὐδὲ ἐναντίος, οὐδὲ ἀποτετμημένος. Totius denique diuinitatis, vel (ſi melius dicitur) deitatis principium Patrem eſſe,ac dici,D.Auguſtinus [b] definit,non quòd ſui vel diuinæ eſſentiæ principium ſit, ſed ad diſtinguendas hypoſtaſes atque perſonas. Quia,ſicuti magiſter ſententiarum [c] poſt ipſum Auguſtinum [d] explicat rectiſſimè (ſi quid iudico) principium eſt Filij & Spiritus ſancti, in quibus ſingulis tota diuinitas eſt; & adiicit, quod valde placet,ac ſummopere ad conciliandā inter ſe varia vetuſtorum Patrum hac de re teſtimonia,videtur facere; Pater ergo principiū eſt ſine principio, Filius principium de principio, Spiritus ſanctus principium de vtroque, id eſt de Patre & Filio; & Pater ab æterno principium eſt Filij,& Pater & Filius principium Spiritus ſancti; quia Filius eſt à Patre, & Spiritus ſanctus ab vtroque: Spiritus verò ſanctus, non ab æterno principium eſt, ſed eſſe cœpit.: quia non dicitur principium,niſi ad creaturas. Quamobrem Patri eſt σύναρχος vnigenitus Dei filius: & ita dictus à beato Marco [e] in oratione προθέσεος liturgica; vtpote principium & ipſe quodam

a Lib.4. de fide orth.ca.19. Hac de re videto quæ diximus cap. 10. Sanè adſtipulatur Irenæi ſententiæ B. Thomas, eo tamen (vt alibi ſolet) minimè citato, in ſum. par.1.qu. 42. art.4.in ſolut. 1.arg.

b Lib. 4. de Trin.cap. 20. citatur ad hoc à B.Thom. in ſum. par.1. q. 33. art. 1. vbi concludit Patri, à quo eſt Filius & Spiritus ſanctus, competere vt ſit principiū: citatur & in q.39.ar.5.arg. 6.quod explicatur in ſolut.

c Lib. 1. diſt. 29. vide & B. Tho.ead.q.33. art.4.in cōfir. concl.de effectiuo principio quod Patri propter potentiā appropriatur & de exemplari quod propter ſapientiam Filio. Vide quæſt.46.art.3.

d *Lib 5.de Trinit.cap.13.& 14.Videto & B.Thomam in ſumma part.1.q.33.art. 4.in confirmat.concluſionis.* e *Pag.25.*

quodam genere, ſicuti diuus Paulus ad Coloſſenſes[a] docet; καὶ αὐτὸς ἐστιν ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, ὅς ἐστιν ἀρχὴ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων. Pater principium (inquit alicubi[b] diuus Hieronymus) ſed & Filius principium. Principium enim non habet principium: ſi enim habuerit aliquod principium, iam ipſum deſinit eſſe principium. Quibus verbis, non intelligendus eſt doctiſſimus Theologus, negare initium, hoc eſt originem æterni Filij ab æterno Patre. Nouit enim Eccleſia vnum Deum innaſcibilē, nouit & vnū vnigenitū Dei filiū: confitetur Patrē æternum & ab origine liberum, confitetur & Filij originē ab æterno: nō ipſum initiabilē, ſed ab ininitiabili (ſicuti B. Hilarius[c] loquitur; apud quē omnino ita legendū, vbi vulgò perperā initiabili ſcriptū eſt) non per ſeipſum, ſed ab eo qui à nemine ſemper eſt, natum ab æterno; natiuitatē videlicet ex paterna æternitate ſumentē. Sed quod ait Hieronym. eo loci, filium Dei Chriſtum non habere initiū: hoc ſcilicet ſentit, quod à Cereali Epiſcopo aduerſus Maximinum[d] alicubi traditum legimus, velut ἐκ παραλλήλου; non capi tempore, non habere initium, nec includi ſæculis: quemadmodum Vigilius[e] etiam id verbi videtur accepiſſe cùm vnum & eundem Chriſtum & æqualem Patri ſecundum deitatem, & inferiorem Patre ſecundum humanitatis naturam: atque ita nec initium habere, quia Deus eſt; & habere initium, quia idem Deus homo ſit. Nec aliter Gregorius Bæticus, Cyrillus, Origenes, D. ipſe

Augu

a *Cap. 1. verſ. 17. & 18.*

b *Ad Pſalm. 109. Dixit Dominus. verſ. Tecum principium.*

c *Lib. 4. de Trinit.*

d *Cap. 9.*

e *Lib. 2. aduerſus Eutychem.*

Auguſtinus iis locis, quibus ſine initio eſſe Verbum Dei filium aſſerunt, vt antè oſtendimus; exponi debent (meo quidem iudicio) quàm vt non factum, ſed natum ſine initio, id eſt ante omne initium (vt ex beato Martiale ſuperius dictum eſt) & ante omne tempus ἀχρόνως & ab nullo alio initio, niſi à Deo, coæternum Patri Verbum intelligatur. Optimè igitur idem ipſe Auguſtinus alio loco [a], de natiuitate Domini noſtri agens, quà vnicus eſt omnipotentis Dei filius; Nolite cogitare (inquit) in hac natiuitate initium temporis; nolite cogitare vllum ſpatium æternitatis, quando erat Pater & nõ erat Filius; ex quo Pater, ex eo Filius: & quid eſt ex quo, vbi non eſt initium? ergo ſemper Pater, ſine initio; ſemper Filius, ſine initio. Et quomodo (inquies) natus eſt, ſi non habet initium? de æterno coæternus; nunquam fuit Pater & non erat Filius, & tamen Filius à Patre eſt genitus: & poſteà. Dei filio licuit naſci perfectum: quia natus eſt ſine tempore, coæternus Patri, antecedens omnia non ætate, ſed æternitate. Hæc autem omnia iuxta id quod ſapientia illa, Trinitatis perſona nimirum altera ſic de ſe apud [b] Salomonem; Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quicquam faceret à principio ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret, nondum erant abyſſi; & ego iam concepta eram, &c. Sed & ante Auguſtinum præclare idem ille Origenes, ſempiternum vel æternum (inquit) propriè dicitur, quod neque initium vt eſſet habuit, neque

[a] *Lib. 1. de ſymbolo ad Catechumenos cap. 3.*

[b] *Prou. cap. 8. & vide Sapient. ca. 9. & 19. & adhibe D. Cyrilli interpretationẽ ex lib. 5. Theſauri cap. 1. & 4. & 7. & 8.*

vnquam

vnquam ceſſare poteſt eſſe. Quid autem hoc ſit, deſignatur apud Ioannem; cùm dicit, quoniam lux eſt, ſplendor autem lucis eius ſapientia eſt non ſolum ſecundum quod lux eſt, ſed & ſecundum quod ſempiterna lux eſt: ita vt æternus & æternitatis ſplendor ſit ſapientia ſua. Quod ſi integrè intelligatur, manifeſtè declarat, quia ſubſiſtentia Filij (ſcripſerat Origenes ὑπόστασιν vt cæteri Græci [a], perſonam intelligens) ab ipſo Patre deſcēdit, ſed non temporaliter neque ab vllo alio initio, niſi (vt diximus) ab ipſo Deo. Hactenus ille, cuius extrema verba κατ' ἀντιδιαστο-λὴν oſtendunt (quod ipſa etiam euincit ratio) τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ υἱὸν, τὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ υἱὸν, τὸν πρὸ αἰώνων, καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, τὸν συναΐδιον τῷ πατρὶ, τὸν ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ δι' οὗ τὰ πάντα (vt præclaro illo Iuſtiniani edicto [b] de fide comprehenſum eſt) Chriſtum inquam filium Dei vnigenitum, vt Verbum Patris, & ſplendorem lucis æternæ, ſine initio quidem temporis, ante ſecula omnia, & coæternum Patri eſſe: ſicuti lux non eſt ipſa flamma poſterior, ſed ſimul ſplendet & collucet (quemadmodum diuus [c] Baſilius poſt ipſum Auguſtinum [d] docuit) originem tamen atque adeò initium, quatenus à Patre ἀχρόνως generatus & emiſſus inſeparabiliter profluit Filius, Dominum Deúmque noſtrum non poſſe non habere: atque ita non eſſe omni

a Vide D. Baſilium in lib. de differ. vſiæ & hypoſtaſis & Iuſtin. l. 5. τῆς ὀρθῆς & l. 6. τοῦ σωτῆρος. Co. de ſumma Trinit. & fide Cathol. ſic & apud Pſellum eo loco quem Galatinus citat. cap. 11. lib. 3. de arcan. Cathol. Verit. ſic & apud Ioã. Damaſc. lib. 3. de fide ort. cap. 1. circa princip. ita explicante. B. Thoman ſum. part. 1. quæſt. 32. art. 2. quē. videto & qu. 29. ar. 3. arg. 3. & in eius ſolut. item q. 39. ar. 1. argu. 3. & ſolut. eiuſ. & art. 1. in ſolut. 2. arg. & vtrum perſona ſit idem quod hypoſtaſis ſubſtantia & eſſentia, videto apud, eundem quæſtion. 29. art. 2. & 3. in ſolut. ad. 3. arg. b *L. 5. τῆς ὀρθῆς §. ἐπ' ἐσχάτων C. de Sum. Trinit. & fide Cath.* c *Ad finem. lib. de different. vſiæ & hypoſt.aſis.* d *lib. 1. de ſymbol. ad Cathechum. cap. 3.*

prorſus

prorſus modò ἄναρχον; quia non à ſe ſit, vt Deus pater, ſed ab ipſo Patre vnigenitus id habeat, ſicut ex Damaſceno [a] antè diximus. Quamobrem, quà Deus abſolutè ſecundum eſſe ſuum conſideratur; Patri æternitatem tribui, Filio autem ſpeciem, vt Spiritui ſancto vſum, à beato Thoma definitur [b]: iuxta illud diui Hilarij [c], æternitas eſt in Patre, ſpecies in imagine, vſus in munere.

E ſuperiore diſputatione reſtat illud, ſummè, verè, propriéque Patrem ἄναρχον dici atque intelligi, eámque non minus quàm ἀγέννητε appellationem à Clemente noſtro ipſi Patri ad Filij diſtinctionem tribui: quapropter ad canonem XLIX. Apoſtolorum quo vetatur εἰς τρεῖς ἀνάρχους ἢ τρεῖς υἱοὺς ἢ τρεῖς παρακλήτους baptiſmum fieri; optimè Zonaras adnotat ἕνα γὰρ ἄναρχον ἡ ἐκκλησία σέβειν παρέχασι τὸν πατέρα, διὰ τὸ ἀναίτιον. καὶ ἕνα υἱὸν διὰ τὴν ἄρρητον γέννησιν; καὶ ἕνα παράκλητον τὸ πνεῦμα ἅγιον. Nec verò aliter exiſtimandum de iſtis, eo Clementis loco quem interpretamur comprehenſis, ἀβασίλευτον, ἀδέσποτον, ἀνενδεῆ; Pater Deus Schadai, ipſe ſibi ſufficiens, & (quod Græci dicunt) αὐτάρκης; nullius vnquam rei eguit, egebit, ἀνενδεὴς: iuxta illud quod D. Paulus, Deum factorem ac Dominum cœli & terræ, qui omnibus vitam & ſpirationem largitur per omnia, manibus hominum non coli, tanquam vlla re indigeat; in Areopagitica illa concione pronunciauit [d]: οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων θεραπεύεται (inquit) προσδεόμενός τινος. Hoc ipſum Irenæi [e] confirmat auctoritas, in hæc ferè verba de Patre ſcribentis; Ipſe enim in-

a *Vide & B. Tho. in ſum. par. 1. q. 35. art. 1. in ſolut. 5. arg.*

b *In ſum. par. 1. q. 39. art. 8. in concl.*

c *In 2. lib. de Trinit. paulò poſt princip. ſed & ab D. Aug. lib. 5. de Trin. cap. 10. Vide Tho. in d. art. 8. in 1. arg. vbi ait in confir. concl. æternitatē in quantum ſignificat eſſe non principiatum, ſimilitudinem habere cum proprio patris qui eſt principiū, non de principio.*

d *Apud D. Lucam. Act. Apoſtol. c. 17. verſ. 25.*

e *Cap. 8. lib. 3. adu. hæreſ.*

fectus (ait) & ſine initio,& ſine fine, & nullius indigens ; ipſe ſibi ſufficiens , & adhuc reliquis omnibus,vt ſint hoc ipſum,præſtans ; quæ verò ab eo ſunt facta , initium ſumpſerunt : vbi hoc in tranſcurſu adnotandum cenſeo, cauſam eſſe, cur pro illo Infectus , malit ſcriptum quiſpiam, Innaſcibilis , aut non natus , ſiue non genitus: tanquam ἀγέννητον potius , quàm ἀγένητον vir ille ſanctus Græcè dixiſſet. Quod etſi rationi conſentaneum negare nolim , tamen & illud Infectus,ferri poſſe video ; ſiue ἀγένητος,vt Increatum ſignificet:quando & ἀκτίστου Patri appellationem à Damaſceno [a] aſſignari iam antè oſtendimus; & ſimpliciter Deum ἀγένητον Dionyſius Areopagita in de diuinis nominibus [b] vocauit : & Sibylla ipſa longe antea hoc verſu [c],

Εἷς Θεὸς ὃς μόνος ἐστὶν ὑπερμεγέθης ἀγένητος.

Et Parmenides iſto [d],

—— ὡς ἀγένητον ἐὸν καὶ ἀνώλεθρόν ἐστι
Οὖλον μουνογενὲς καὶ ἀτρεμὲς , ἠδ᾽ ἀτέλεστον.

Porrò idem Pater optimo iure ad Filij differentiam vel diſtinctionem potius (vt loquendum Theologi ſcholaſtici [e] , ne vnitas eſſentiæ tollatur,admonent)nullius rei dictus indigens : quia Chriſtus , licet ipſe Dei filius ac verus Deus; attamen διὰ τῆς ἐκ παρθένου γεννήσεως μορφὴν δούλου λαβὼν, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος : (vt ait Baſilius [f]) propter nos caro factus in ſimilitudinem hominum [g] , graue paupertatis onus ſubierit [h] , cæteráque omnia humanitatis incommo

a *Cap.2.lib.1 de fid.orth.& cap.3.& 12.*
b *Cap. 9. ex quo nos ſupr. cap. 4.*
c *Quē retulit Aug. Eug. cap.5. lib.3.de peren.philoſ.*
d *Relato ab eodē Eugu. c. 10. lib. 3. de peren phil.vbi tamē peſsimè ingeneratū interpretatur, quē infectum aut increatū debuit dicere.*
e *B.Tho.q.31. par.1. in ſum. art.2.in cōfir. concl.& in ſolut.2.arg. vbi Damaſ. reprehēditur li 3.de fi.orth.c.6.& 7. iuxta D. Amb.ſententiā lib.1.de fid. c.2.& li.2.c.2*
f *In li. de fid.*
g *D.Paul.ad Philip. cap.2. verſ.7.*
h *D.Luc.Euā. c.2.ver.16.& c. 9. verſ. 58. D.Mat. Euā. c.8. verſ.20.*

moda perpeſſus fuerit; iuxta illud Dauidicum [a], Ego autem mendicus, vel egenus ſum, & pauper, Deus adiuua me: ſic enim exponere malo, quàm Dei filium ἐνδεῆ, quà Deus eſt exiſtimare; habita Patris ratione, ὅτι δεῖται αὐτοῦ μόνου, ἐκεῖνος δὲ τούτου οὐδὲν, ſecundum Plotinum (cui tamen Auguſtinum Eugubinum in Pſalmi 44. enarratione adſtipulari video) propterea quòd cùm nō vna Trinitatis perſona, ſed generaliter τὸ θεῖον ſit ἀπροσδεὲς (teſte Areopagita Dionyſio.[b]) nullius inquam rei Deus indigeat, (iuxta Mercurium Triſmegiſtum [c]) vt illud poſſidendi libidine miſerè poſſideat, ac miſer fiat; ſola ipſa vel vnitas [d] vel æqualitas in diuinitate, ἔνδειαν illam ſiue indigentiam, quà minor haud dubiè Filius foret, omnino tollat neceſſe eſt: qui tamen omnipotens atque Schadai, ſiue αὐτάρκης, hoc eſt ſibi ſufficiens, & eſt non minus quàm Pater, & verò ita in ſacroſanctis libris [e] appellari ſolet; vt qui omnia dat, nihil accipit, in quo & à quo ſunt omnia, qui nihil non habet Deus, (quemadmodum Triſmegiſtus [f] loquitur) licet vnigenito

a *Pſalm. 39. Expectans. verſ. 24. & Pſal. 69. Deus in adiu. ver. 7. & Pſal. 24. Ad te Domine. ver. 18. vide & Zacha. cap. 9. ex Hebraica D. Hieronymi verſione.*

b *In de diui. nomi. cap. 9. ex quo ſcripſi ſup. cap. 4. Inter proprietates diuinæ naturæ Damaſcenus quoque τὸ ἀνενδεὲς connumerat lib. 1. de fide orth. cap. vlt.*

c *Cap. 6. Pim. vbi ſic ferè de Deo, οὔτε γὰρ ἐνδεής ἐστι τινός, ἵνα ἐπιθυμήσας αὐτὸ κτήσασθαι, κακῶς κέκτηται, καὶ κακῶς χρῆται, quod perperam interpretes his verbis reddidere, Malè ac Malus, pro Miſerè Miſer.*

d *Vnitatem Patri, æqualitatem filiò appropriari, ſicuti Connexionem vel concordiam Spiritui ſancto, ex D. Auguſt. lib. 1. de doctr. Chriſt. cap. 5. docet Tho. in ſum. par. 1. quæſt. 39. art. 8. qua de re actum eſt à nobis cap. 10. ſupr.*

e *Iob cap. 33. & Dauid Pſal. 91. ex quibus vide P. Galatin. lib. 3. de arcan. cath. verit. cap. 14.*

f *Pimandræ capit. 5. vbi Deum alloquens, πάντα δὲ σὺ, σοὶ, πάντα ἀπὸ σοῦ, πάντα δίδως, καὶ οὐδὲν λαμβάνεις, πάντα γὰρ ἔχεις, καὶ οὐδὲν ὃ οὐκ ἔχεις.*

abundanter, immò pleniſſimè, & ſupra omnem omnino menſuram cuncta ſua communicauerit; attamen quia ſemel & ab æterno, & ineffabiliter, ita vt quæ alterutrius, eadem vtriuſque ſint; quin & in Filio Pater, ac rurſum in Patre Filius, ex ipſa veritatis fide, claróque ac expreſſo Chriſti Domini apud beatum Ioannem [a] teſtimonio; Filiúmque Pater ſine initio ſibi æqualem ita genuit, vt non partem naturæ in eum transfuderit, ſed totam ipſi naturam ſine aliqua ſui mutatione tranſmiſerit [b], communémque fecerit: non poſſit Pater ἀνενδεὴς verè dictus, habita Filij (niſi quatenus duntaxat hic homo fuit) ratione prorſus exiſtimari: præſertim cùm Cyryllus [c] itidem ipſe, Dei filium rei nullius indigere vt Deum, & tamen multa vt hominem accipere ſcripſerit; quoniam humanæ proprium naturæ ſit, à Deo accipere: vt hominem igitur per gratiam à deitate accipere, quæ vt Deus naturaliter habet; quare à ſe quoque, vt à Deo ipſum vt hominem accipere. Omnipotens Deus eſt (ait beatus Ambroſius [d]) & ideò nullo eorum Pater indiget, quia non habet mutationem ſui aliquando, vel profectum; quo nos egemus, &c. Qui autem omnipotens eſt, vtique non creatus & ſine loco, & ſupra tempora eſt, &c. Ergo ſi ita eſt, quia nihil horum eſt in Deo patre, quæ profectum ſignificent, quia Deus eſt: nihil horum aptari etiam poteſt Dei filio, vt vel initium accipiat vel profectum; quia Deus verus ex Deo vero eſt: Adiutorium caro habet, diuinitas non habet, vt inquit Ambroſius [e], illud

Daui

a *Euang. ſec. Ioan. cap. 17. verſ. 7. & 10. vbi* καὶ τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστι. *& verſ. 21.* ἵνα πάντες ἓν ὦσι, καθὼς σὺ πάτερ ἐν ἐμοὶ κἀγὼ ἐν σοί, *& verſ. 23.*

b D. *Aug. lib. 1. de fide ad Petrũ. D. Hilar. in de Syn. Sed adde B. Tho. in ſum. par. 1. q. 41. art. 3. Dixi nonnihil ſupr. cap. 10. quod hinc explicãdum adhibito Damaſceni loco ibi citato.*

c *In Theſau. lib. 8. cap. 1. & lib. 10. cap. 2. in princ.*

d *Lib. 1. de fide ad Gratia. cap. 9.*

e *Cap. 3. lib. 3. de fide.*

Dauidicum [a] explicans, Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber: & addit, Sine adiutorio eſt, quod non per nuncium, neque legatum, ſed ipſe per ſe Dominus ſaluum fecit populum ſuum. Quomodo enim potuit adiutorium ſui corporis quærere ſuſcitandi, qui alios ſuſcitauit. Ἀνενδεὴς itaque filius Dei qui adiutoriũ non habet. Quamquam, vt vnius, vt natura primi, vt ſolius eſſentia, & creatoris nomen quod diuinitati toti conuenit, propriè tamen Patris perſonæ tribui, ſermone decimo docuimus; quod etiam per impoſſibile remotis aliis perſonis (vt cum Thoma loquar) vi ſcilicet quadam humanæ cogitationis (quam vt arbitror, ἰσχὺν τοῦ νοῦ φαντασίαν Damaſcenus [b] vocat) primùm in Patre reperiantur: à quo illæ, dein cætera quæ diximus, cum ipſa vnitate omnia mutuentur, & quà cum ipſo vnum ſunt, habeant, non ipſe itidem ab illis: eadem vi mentis & intellectu, τὸ ἀνενδεὲς τῆς θεότητος, (ſiue affluẽtia, nulliúſque indigentia rei; quod magis puto, adductus iſto liturgicæ cuiuſdam orationis ad oblationem incenſi, apud beatum Marcum argumento, Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ πάντων ἀπροσδεὴς δέξαι τὸ θυμίαμα τοῦτο, &c. ſiue perennitas eo vocabulo deſignatur) Patri propriè ob eãdem rationem tribui poſſit; atque adeò comparatione Filij, non modò ſancti Spiritus, dictus ἀνενδεὴς Pater videri: quemadmodum apertè in iſto altero eiuſdem Clementis loco, ex oratione ad conſecrationem liturgica; vbi cũ Patre ſic agitur, καὶ ἀξιοῦμέν σε ὅπως εὐμενῶς ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα ἐνώπιόν σου, σὺ ὁ

a E Pſal.87. Domine De᷒. verſ. 5.

b Lib.3. de ſide orth. c.24. ſed & cap.21. δι' ἐὰν ἰσχυρᾶς ἐπινοίας ἤτοι νοῦ λεπτῆς φαντασίας διέλῃς, &c. Vide & c. 5. lib.4.

ἀνενδεὴς Θεὸς καὶ εὐδοκήσης ἐπ᾽ αὐτοῖς εἰς τιμὴν τοῦ Χριστοῦ σου, &c. Pater (inquam) reſpectu Filij eſſe ἀνενδεὴς aliquatenus intelligi queat: quòd ipſe principium vt omnium, ſic Filij Pater, cùm à ſe habeat id quod eſt, alterius non eguerit vt eſſet; Filius autem (cùm ex ſe non ſit, ſed à Patre) ſeparatim & in abſtracto, non poſita priùs perſona Patris (quantum ad eſſentiam ſpectat) conſiderari non queat: & cùm non innatus ſit, ſed ex Patre ſit, quia genitus eſt; ſiue dum verbum eſt, ſiue dum virtus eſt, ſiue dum ſapientia eſt, ſiue dum lux eſt; & quidquid horum eſt, non aliunde quàm ex Patre eſt, cui originem ſuam debet (ſicuti Tertullianus [a] loquitur) quodammodo Patris eguiſſe videatur; à quo accepit omnia, ſed ipſum quoque id quod eſt, vt & illi debeat: ideoque ſicuti re vera æqualis Patri, vel propter meatum illum diuinitatis reciprocum, cuius idem Tertullianus [b] meminit: ſic principij (de quo iſto toto ſermone actum eſt) ſine principio ſummi, quadam cogitatione, ipſe Filius οὐκ ἀνενδεὴς; at abſolutè, ac ſummè ἀνενδεὴς Pater intelligatur. Quamobrem Deum beatum atque perfectum profectu non egere, cui nihil deſit: demutationéque nouum nó eſſe, qui origine careat, idque quod eſt ex ſe ac ſibi ſemper ſit, ex beati Hilarij [c] verbis capite quarto docuimus: Quod ad Patrem propriè pertinere inficiabitur nemo, qui Filium Dei æternum origine non carere, in memoriam ex iis quæ modò dicebamus, totóque capite decimo explicata ſunt, reuocauerit. Patrem profectò τὸν ἐνδείας πληρωτὴν, οὗ ἀνενδεὴς ἡ ζωὴ,

a *In lib. de Trin. ad fin.*

b *Ibid. videto & Damaſc. lib. 1. de fide orth. c. vlt. vbi Trinit. perſonas* ἀδιαστάτους, καὶ ἀνεκφοιτήτους ἀλλήλων εἶναι, ἀσύγχυτον ἐχούσας τὴν ἐν ἀλλήλαις περιχώρησιν ὥστε ἔχειν ἀλλήλων, *ſimiliter tradit.*

c *Enar. in 2. Pſal. Quare frem. gent. & ad fin. lib. 11. de Trin.*

ζωὴ, ἄτρεπτος καὶ ἀνελλειπὴς ἡ διαμονὴ, ἀκάματος ἡ ἐνέργεια, ſuperioris libri quodam loco [a], nuncupatum ab ipſo Clemente comperi. Alia haud dubiè ratione Pater ἀνενδεὴς, ad generationem quidem æternam Filij quod attinet; ſed non Filij tamen comparatione ſiue reſpectu, propriè nominatus à Clemẽte videri poſſit; quod à ſeipſo ſine cuiuſquã materiæ ope, atque (vt inter homines ſolet) permixtione, Filiũ æternũ genuerit: quod ipſum poſteaquàm hîc aliquantulum æſtuaram, Damaſceno itidem viſum, & ab ipſo explicatum reperi, vbi de generatione Dei (quam eſſe ἄνευ συνδυασμοῦ, ſine coniunctione, vel permixtione dixerat) hanc rationem reddit, διά τε τὸ ἀσώματον καὶ ἕνα μόνον εἶναι Θεὸν ἀπροσδεῆ ἑτέρου: eíque hoc quoque diſſimilem humanam ait, quòd ſit ἐνδεὲς τὸ ἄῤῥεν τῆς τοῦ θήλεως βοηθείας. Quô itidem iſtud Clementis ex eadem illa oratione (quæ tantum negotij nobis vſque adhuc faceſſit) pertinere non immeritò cuipiam videatur, de diuina Filij generatione: αὐτὸν δὲ πρὸ πάντων αἰώνων γεννήσας βουλήσει, καὶ δυνάμει, καὶ ἀγαθότητι ἀμεσιτεύτως υἱὸν μονογενῆ. Nam τὸ ἀμεσιτεύτως, quod interpretes immediatè, vel ſine vllo medio reddidére; licet ad æternitatem, & ad excludendam liberam, ſiue mediam, (quæ ſit generandi principium) voluntatem non malè referatur, vt ſignificet quod ante dixit πρὸ πάντων αἰώνων, & ſine interuallo temporis; quod ipſi Turriano [a] viro alioquin erudítiſſimo placere video: attamen, quia non ἀμέσως, ſed ἀμεσιτεύτως apud Clementem ſcriptum legitur; magis placet, vt ad

[a] In annotat. ad cap. 36. lib. 7. Apo. conſt. apud Clem. Rom.

propinquiora illa βουλήσει, καὶ δυνάμει, καὶ ἀγαθότητι ſpectet: vt ſit ἀπροσδεῶς ἄνευ συνδυασμοῦ, hoc eſt, ſine cuiuſquam materiæ aliúſve rei ope aut miniſterio; quemadmodum apud hunc noſtrum alibi [a] ἀμεσίτευτον ἔργον legiſſe me recordor: ſic intelligendum iſtud (niſi fallor) vt tamen ad mundi non modò reſtaurationem, ſed etiam creationem (licet aliter ipſi Turriano viſum) minimè pertineat, ſed ad res alias, quarum effectus non alius quàm ipſa Dei voluntas ἐνεργητική. Nam in prioribus illis; Filij ſapientiam, in quo & per quem mundus cum eius omnibus conditus fuit, non excludi conſtat: cùm & ibidem ſtatim ὁ σοφίας πατὴρ, ὁ δημιουργίας τῆς διὰ μεσίτου κτίσεως ὡς αἴτιος, ὁ προνοίας χορηγὸς nominetur; vbi μεσίτης non alius quàm Chriſtus eſt, Verbum & Sapientia æterni Patris per quem omnia facta ſunt, ſicuti ſymbolo Nicæno ex beati Ioannis [b] Euangelio definitũ fuit. Quamobrem & in præcedenti oratione, ὁ διὰ Χριστοῦ ποιήσας τὰ ὅλα, καὶ δι' αὐτοῦ ἐν ἀρχῇ κοσμήσας τὰ ἀκατασκεύαστα: & in ſequenti ſcriptum eſt, Κύριε παντοκράτωρ κόσμον κτίσας διὰ Χριστοῦ. Et verò Patri filium in mundi quoque creatione miniſtraſſe adhibito alio Clementis noſtri teſtimonio poſtea docebitur: ſic Deo, cùm in principio creauit cœlum & terram, opus materia non fuiſſe, ſed ſola voluntate ipſum feciſſe, quæ Chriſtus facere iuſſus ſit, cœlum dico, terram, &c. Et ad eundem quoque modum cunctos ſola voluntate ſuſcitaturum nullius auxilio vel cooperatione indigentem, ab ipſo Clemente noſtro antea quodam Apo-

ſtolica

a *Lib. 7. Apoconſtit. d. cap. 35. vide & 36. & 37.*

b *Cap. 1. verſ. 3. & 10. ex quo Clemens Alex. libr. 1. pædag. c. 11.*

ſtolicarum conſtitutionum loco [a] dictum fuerat: ex quo verba hoc lubentiùs exſcribam, quòd ipſis noſtra maximè illuſtratur, περὶ τοῦ ἀνενδεοῦς καὶ τοῦ ἀμεσιτεύτως explicatio: ὥσπερ οὖν ἐπείσθημεν Μωσῇ εἰπόντι (ait) ὅτι ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ γινώσκομεν ὅτι οὐχ ὕλης ἦν ἐνδεὴς, ἀλλὰ βουλήσει μόνῃ ἃ προσετάγη Χριστὸς, ταῦτα καὶ παρήγαγε. λέγομεν δὴ οὐρανὸν, γῆν, θάλασσαν, &c. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ πάντας ἀναστήσει θελήματι συνεργείας μὴ δεόμενος. τῆς γὰρ αὐτῆς δυνάμεώς ἐστιν ἔργον τὸ δημιουργῆσαι κόσμον, καὶ τὸ νεκροὺς ἀναστῆσαι, &c. Quæ omnia vt vera ſint; ac non modò cæterorum omnium conſideratione, diuinitas ipſa tota perſonarū trium, verùm ſubtili quadam cogitatione Patris quoque perſona, Filij perſonæ habita ratione aliquatenus intelligi ἀνενδεὴς queat: nihilomagis tamen propterea maior Patre Filius exiſtimandus, quia quod vt eſſet, nullius eguit auctoris, multò ſublimius fore eo, quod vt eſſet, aliquem habuerit auctorem, & à Tertulliano [b] aduerſus Hermogenianam materiæ æternitatem diſputante ſcriptum, & in creatis rebus verum ſit: cùm vera & catholica de ſanctiſſimæ Trinitatis æqualitate fides hoc ipſum reſpuat.

ERGO ita quoque omnipotens Pater ille non abſolutè ac ſimpliciter, ſed comparatione filij Chriſti rectè dictus ſine rege, ſine domino: propterea quòd omnium Dominus (qui poteſtatem omnem ſibi datam in cœlo & in terra pronunciauit in diui Matthæi [c] Euangelio,) in verum regem vnctus Chriſtus, verúſque rex Iſraël ſuper Sion montem ſanctum conſtitutus,

a *Lib.5.Cōſt. Apoſt. cap.6. cinus initium αὐτὸς γὰρ ἡμᾶς: ad quē locum eruditā & præclaram Fr. Torriani adnotationem videndā cenſeo.*

b *Lib. aduer. Hermog.*

c *Cap. vltim. verſ.pen.*

& dominator in Iſraël regnaturus in æternum, (vel ipſo B. Cypriano[a] teſte) compluribus ſacrarum literarum locis [b] nominatus; per incarnationem tamen, humanæ naturæ ſeruitutem aſſumpſerit; propter quam Patrem Dominúmque ſuum in ſacroſancto Euangelio [c], Chriſtus ipſe (quà homo ſcilicet) appellauit [d]: vt propter aſſumptæ carnis quandam communicationem ex vnione hypoſtatica, (ἑκατέρας σὺν τῇ ἑτέρᾳ ἐνεργείας θεωρουμένης καὶ περιφραστικῶς λεγομένης, iuxta Damaſcenum) Dei filius, ſed quà homo eſt, non ſit omnino ἀβασίλευτος habita Patris regum omnium regis ratione: immò etiam imperium hominum, nempe ditionẽ atque dominatum Romanorum experiri, tributúmque Cæſari reddere voluerit: ac poſtea Pilato Iudææ rectore iminente, ſub Tuberio Romanorum Imperatore dolores, ægritudinem, ac triſtitiam animæ [e], verberum animaduerſionem, & contumelias plurimas perferre, vltimúmq; ac ſeruile crucis ſupplicium ſubire denique noſtra cauſa dignatus fuerit. Hûc iſtud Ioãnis Damaſceni [f] pertinet de Chriſto; ἐὰν γὰρ τῇ ἐπινοίᾳ διέλῃς τὰ τῇ ἀληθείᾳ ἀχώρισα, ἤτοι τὴν σάρκα ἐκ τοῦ λόγου, λέγεται καὶ δοῦλος, καὶ ἀγνοῶν. καὶ γὰρ τῆς δούλης καὶ ἀγνοούσης φύσεως ἦν, & cx-

a *Lib. 2. teſtimon. adu. Iudæos. cap. 28. 29. 30. ſic & in hymno SS. Ambroſij & Auguſt. Chriſtus rex gloriæ dictus.*

b *Eſa. cap. 11. & 16. Ierem. ca. 23. Dan. c. 6. Dauid Pſ. 2. Quare fremu. verſ. 6. & Pſal 71. Deus iudicium. in prin. D. Matthæ Euan. c. vlt. D. Luc. c. 1. verſ. 32. & 33. Io. Euang. cap. 1. ver. 49. & 1. Pauli ad Corin. cap. 15. ver. 24. & 25. Vnde in Eccleſiaſticis ad Chriſtũ orationibus extrema clauſula, Qui viuis & regnas, &c.*

c *D. Ioan. cap. 20. verſ. 17.* ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου, καὶ πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεὸν μου, καὶ Θεὸν ὑμῶν.

d *Vide Cyril. in Theſ. lib. 5. cap. 5. & D. Ambroſ lib. 1. de fide. cap. 6.*

e *Dauid Pſal. 41. Quemadmodũ deſ. ver. 7. & 16. & Euã. ſec. Marc. c. 14. v. 34.*

f *Lib. 4. de fid. orth. cap. 19. vbi de his quæ de Chriſto dicuntur. Vide & D. Cyr. in Theſau. lib. 5. cap. 5. & rurſum adhibeto Damaſcen. ſubtilius explicantem, lib. 3. de fide orthod cap. 21.*

tera

tera quæ ſequũtur. Nam Filij ratione quà Deus eſt, Patrem ἀδέσποτον dictum; quaſi Filius nõ itidem fuerit ἀδέσποτος, ſed Patrẽ δεσπότην habuerit, ille quem diuus Paulus Κύριον τῆς δόξης quodã loco [a] gloriæ: vel (ſicuti Ambroſius [b] maluit) maieſtatis Dominum nuncupat; qui mea ſuſceptione ſeruus, ſua dominus poteſtate eſt, (vt idẽ Ambroſius [c] loquitur) & abſurdum & impium cenſeo: vtpote contra ſanctam illam & verãm de Trinitatis æqualitate catholicam fidem; ex qua etiam qualis Pater, talis Filius; Deus pater, Deus filius; Dominus pater, Dominus filius [d]: niſi quod lata κατὰ μεταφορὰν verbi ſignificatione, vt ἀδέσποτος ἐπιστολὴ, ἀδέσποτος λόγος, ἀδέσποτος φημὴ, à Græcis dicuntur, quarum rerum nullus auctor eſt; poſſit quis Patrẽ ἀδέσποτον, ſine auctore illum interpretari; quem alio Græco vocabulò Damaſcenus aliquot locis [e] vocauit ἀναίτιον, hoc eſt ſine origine: ad Filij diſtinctionẽ ſcilicet ita nuncupatum, quoniam Filius ſine auctore non ſit; qui ex illo qui vnus eſt Deus, originem naſcẽdo contraxerit. Patrem etenim auctorem Filij non ſemel vetuſti Patres atque Theologi [f] nominarunt; diuus Hilarius inprimis atque Ruffinus iis quos ſuperiùs attuli locis. Denique Patrem ſolum originem neſcire, vt verum eſt; ita ipſe Tertullianus his verbis tradit, Eſt ergo Deus pater (inquit [g]) omnium inſtitutor & creator, ſolus originem neſciens, inuiſibilis, immenſus, immortalis vnus Deus, &c. ex quo quando ipſe voluit ſermo Filius natus eſt, qui non in ſono percuſſi aëris, aut tono coactæ de viſceribus

vocis

a 1. ad Corin. epiſt. cap. 2. verſ 8.

b Lib. 3. de fide cap. 3.

c Cap. 7. libr. 3. de fide.

d Vide in ſymbolo D. Athanaſ. & apud Damaſc. lib. 4. de fid. ortho. cap. 19. vbi οὐχ ὡς δὲ ὀργάνου ἢ δούλου aliquid per filium à patre fieri negat, vt infra.

e Lib. 1. de fide orth. cap. 8. & 11.

f Tertu. in de Trin. & aliis pleriſque locis. Ruffin. in expoſ. ſymb. eo quem ante attuli loco.

g In de Trin.

vocis accipitur,ſed in ſubſtantia prolatæ à Deo virtutis cognoſcitur. Ita igitur à nobis erit intelligendus οὐκ αὐτόθεος,non ſine auctore Filius, qui Patrem habeat:nec propterea tamen re ipſa cenſendus, ſecundum gloriam, potentiam, aut maieſtatem inferior illo; cui æqualem prorſus Chriſtum ſecundum diuinatem, (vtpote gloriæ Dominum, ſicuti diuus Paulus [a] loquitur, & perfectum Deum) atque ideò iſtius maieſtati æqualem & Spiritui ſancto gloriam, coæternámque cum Patre authoritatem Athanaſiano fidei ſymbolo comprobatur; quemadmodum ἀνενδεοῖς appellationem,iure meritóque Patri attributam,Filium non ideò in ordinem ita cogere, vt minor Patre ſit, paulo ante oſtendimus: Quando re vera nihil priùs in hac Trinitate aut poſterius, nihil maius aut minus; ſed totas tres perſonas coæternas ſibi eſſe atque coæquales, catholica cum diuo illo Athanaſio credit, profitetur, ſingulíſque diebus dominicis decantat Eccleſia.

[a] 1. epiſt. ad Corinth. c. 2. verſ. 8. εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν.

QVAMOBREM hæſi multùm diúque circa τὸ ἀβασίλευτον,fateor; patríne omnipote[...]
priè tributum, ad Filij(qua D[...]
nem,non minùs quà[...]
ton pronuncia[...]
compara[...]
doc[...]
ſ[...]

Etenim ſi ἀβασίλευτος Pater eſt, in Filij, quà Deus eſt comparatione; non eſſe ἀβασίλευτον Filium ſequitur: quod longè tamen à vero abeſſe conſtat. Vnde Chriſtum ipſum (ne illa repetam quæ antè dixi, eôdem pertinentia) vt ſempiterni Patris Filium Eccleſia Catholica, ſic vbique regem gloriæ cum D.D. Ambroſio atque Auguſtino (à quibus ille celeberrimus hymnus eſt) immò & cum Dauide [a] ipſo Meſſiæ iſtud elogium adſcribente confiteatur identidem, ac prædicet. Nihil enim abſurdius, obtutu primo; quàm vt qui cœleſtis illius æternique imperij moderator cum Patre ac Spiritu ſancto eſt, conſors (inquam) ſupremæ ac immenſæ illius in omnes creaturas poteſtatis, quaſique collega & σύνθρονος [b] quidam; quem βασιλέα καὶ κύριον πάσης νοητῆς καὶ αἰσθητῆς φύσεως τὸν πρὸ πάντων, δι᾽ οὗ τὰ πάντα, regem dominúmque omnis intellectualis & ſenſilis naturæ, qui ſit ante omnia & per quem omnia, Clemens noſter paulò poſt vocat; cuius vnum cum Patre nec diuiſum regnum eſt, vt ait Ambroſius [c]: idem ipſe non ſit alieno exemptus imp[illegible], quemadmodum huius initio ſermoni[illegible]us. Verumtamen, qui Filius [illegible] gerit, nec ex conſilio ſuo [illegible] ſed imperiis paternis om[illegible] [o]bedit, vt quamuis probet [illegible]um, tamen morigera obe[illegible] [vo]luntatis (ex quo eſt) [illegible] [T]ertullianum alicubi [illegible] [q]uem & in ſacroſan[illegible] [illegible] [cons]ilij angelum, tamen hoc

a *Ad extremum Pſal.23. Domini eſt terra verſ. 9. 10. & 11. & Pſal.88. Miſericordias ver. 28. vide quæ de regis epithe to diximus initio huius cap. & 1. cap. ſuprà.*

b *Hoc vocabulum de ſancto Spiritu in B. Marci liturg. legitur, in oratione ad conſecrationẽ.*

c *Cap.6. lib.3. de fide ad Gratian. ex Euang. D. Matthæi cap. 13. & 16. & D Marci c.9. & Pauli ad Epheſ. epiſt. cap.5.*

d *In dict. lib. de Trinit. ad extremum.*

hoc eſt nuncium,& à Clemente Romano [a] abſolutè ac ſimpliciter ἄγγελον τοῦ πατρὸς,ac proinde miniſtrum & ipſum à Deo miſſum [b] (nō itidem Patrem [c])ad nos deſcendere [d] Apoſtolum atque confeſſionis noſtræ pontificem [e]; ac denique natiuitate naturæ, Patri eidémque ſupremo regum omnium regi (cuius maieſtatis & gloriæ plena terra,plenum cœlum eſt) ſubiectum quadamtenus eſſe decimo huius libri ſermone, adhibitis vetuſtorum Patrum teſtimoniis oſtendimus:non abſurdum fore,aut remotum à veritate arbitramur; ſi paterna ipſum, atque adeo æqua, moderata, & (qualia illa ſunt) regia verè imperia lubenter experiri, ſpontéque pro ſua ſapientia,& pro illa immenſa bonitate,ac in Patrem(cuius vnica ipſe potentia,efficax Verbum, voluntas & ſapiētia eſt [f])charitate, quà ipſi per Spiritum ſanctum connectitur [g], iuſſa capeſſere;nec inuitum,quaſi ſeruum contumacē [h], ſed

a Cap.19. lib. 5. Apoſtolic. conſt. De iſto Angeli magni conſilij nomine,quod Chriſto aſſignatur egimus ſuprà cap.1.

b Euang. ſecund.Ioan.ca. 17. verſ. 123. de miſſione Eilij ſiue ſapientia inuiſibili agitur, Sapiēt. c.9.apud Aug. lib. 4. de Trinit.cap.20.& Tho. in ſum. part. 1. quæſt. 43. art. 5. De Chriſti miſſione ſcripſimus nonnihil cap.10.ſuprà videto Clem.Roman.lib.6.Apoſt.conſtit.cap.11. B. Ambroſium lib.2.de fide cap.4.& Ioan.Damaſc.lib.4.de fide orthod. cap.19.

c Tertullian.in de Trinit. vide & B.Thom.in ſum.part.1.quæ.43 art.4.6.& 8.in 1.ar.poſt D.Auguſtin.lib.4.de Trinit.cap.vlt.in fi.& lib.2.cap.5.ſub init.

d Tertullian.in dict.lib. de Trinit. quod ſecundum incarnationem tamen intelligit Cyrillus lib.5.theſau.ca.5.& D.quoque Ambroſius lib.2.de fid.ad Gratian ca. 4. videto & Clem.Romam.lib.6.Apoſt.conſt.ca.11.cuius initium ἡ μεῖς δὲ.

e Epiſt.D.Pauli ad Hebræos cap.3.in princip.

f Vide Damaſcen.lib.1.de fide orthod.cap.16.& 18.

g Vide B.Thom.in ſum.part.1.quæſt.39.art.8.ex quo ſcripſi ſupra cap.10.

h Nam ita non eſſe ſubiectum cum Damaſ. fatendum eſt tanquam inobedientem ac peruicacem cogi oportuerit καὶ ὡς ἐναντίον ὑποτάττεσθαι quod ille ait lib. 4. de fide orth. ca. 19. Vnde neſcio an ſatis rectè ſubiecti nomē ſcriptura conprehenſum: hoc ſcio quòd aduer. Tertul.explicationem interpretatur.

vltro

vltro tanquam obſequentiſſimum Filiũ exequi mandata intelligamus: præſertim cùm apud beatum Ioannem [a] Chriſtus non ſe à Patre ſuo (qui eum miſerat) derelictum ſolum eſſe, ſempérque facere dicat, quæ ipſi Patri placeant; à quo etiã quæ audiſſet, ad homines ſe loqui, paulò antè protulerat, ὅτι ἐγὼ τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ ποιῶ πάντοτε. Hûc accedat quod cùm in eodẽ beati Ioannis Euangelio [b] pòſteà Chriſtus de ſe, non velut homine tãtùm (vt equidem arbitror) ſed quà Dei filio Deóque vero iſtud protulerit, διὰ τοῦτο ὁ πατήρ με ἀγαπᾷ, ὅτι ἐγὼ τίθημι τὴν ψυχήν μου, ἵνα πάλιν λάβω αὐτήν· οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ; & ſubiecerit iſtud, ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν quod haud dubiè ad potentiam diuinam pertinet) idem ipſe nihilominus hocce mandatum à Patre accepiſſe ponendæ ac reſumendæ (quod ſe per ſe poſſe dixerat) animæ ſeu vitæ, ſtatim his ferè verbis pronunciat: ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔλαβον παρὰ τοῦ πατρός μου. Denique Clemens ipſe noſter paulò poſt, in ea quæ conſecrationem præcedit, & hymnum Cherubicum ſequitur oratione [c] apertiſſimis verbis ſanctum vnigenitum Dei filium Dominum noſtrum & Deum Ieſum Chriſtum, Deo ſuo & patri ad omnia miniſtraſſe (hoc enim ipſi tanquam lenius & natiuæ Græci vocabuli ſignificationi propinquius; quàm, quod interpres facit, per omnia inſeruiſſe, malumus) tum in varia creatione rerum, tum in prouidentia cuiuſque earum accommodata, ad Patrem inquit; ſic ferè; ἅγιος εἶ καὶ

ὁ μονο

[a] ca. 8. Euãg. ſecund. Ioan. verſ. 29.

[b] Ca. 10. ver. 17. & 18. De mandato Patris & obediẽtia Filij quæ non à ſubiectione tamen ſeruili ſit, multa his omiſſis, videre eſt apud Franc. Turrianũ in annot. ad Clẽ. Apo. conſtit. cap. 6. lib. 5.

[c] Lib. 8. Apo. conſt. cap. 12. vide & cap. 19. lib. 5. vbi διαγγελιζόμεθα Θεὸν λόγον ὑπηρετούμενον τῷ Θεῷ αὐτοῦ καὶ πατρὶ εἰς τὴν τοῦ ὅλου δημιουργίαν, &c. & item ca 6. Vbi de mandato ac iuſſu Patris, de ſubiectione & obedientia ſeu obſequio Filij, Turrianus eruditiſſimus videndus eſt.

ὁ μονογενὴς σου υἱὸς ὁ κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστός· ὃς εἰς πάντα ὑπηρετησάμενός σοι τῷ Θεῷ αὐτοῦ καὶ πατρὶ, εἴς τε δημιουργίαν διάφορον, καὶ πρόνοιαν κατάλληλον, οὐ περιεῖδε τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπολλύμενον, &c. Nam quod de miniſterio in creatione rerum adhibito Clemens protulit; nemo eſt, quin ad Filium, quà Deus, non quà homo eſt, referri debere videat. Quod ſic tamen explicandum cenſeo; vt non ſeruilem in modum ac *διακονικῶς*, ſed *αὐτεξουσίως* & liberè, ac (ſi fas homini de Deo ſic loqui) tanquam ſui iuris Filius, *τῇ τοῦ πατρὸς εὐδοκίᾳ* pro beneplacito Patris operatus fuerit: Quando eadem facit opera Filius, quæ Pater facit; & quos vult viuificat Filius (ſicut ſcriptum eſt) nec differens poteſtate, & liber eſt voluntate, quemadmodum à diuo Ambroſio [a] traditur: ita vnitas ſeruatur, quia & virtus Dei in diuinitatis proprietate eſt, & libertas non in aliqua differentia, ſed vnitate eſt voluntatis. Adde quod non aliter de ipſo ſancto Spiritu in diui Marci liturgia ſcriptum legitur [b] τὸ πανταχοῦ παρὸν, καὶ τὰ πάντα πληροῦν ἐνεργοῦντι αὐτεξουσίως οὐ διακονικῶς ἐφ' οὓς βούλεται τὸν ἁγιασμὸν τῇ εὐδοκίᾳ τῇ σῇ. Rectè igitur (ſi vnquam aliàs) Damaſcenus [c] quædam de Filio dicta refert; ea quæ voluntatis paternæ ſunt implente, non velut inſtrumento aut ſeruo, ſed tanquam ſubſtantiali & hypoſtatico ipſius verbo, ſapientia & virtute; propterea quod in Filio & Patre vna conſideretur motio: τὰ δὲ ὡς τῆς πατρικῆς εὐδοκίας (inquit) διὰ τῆς αὐτοῦ ἐνεργείας πληρούμενα, οὐχ ὡς δι' ὀργάνου ἢ δούλου, ἀλλ' ὡς δι' οὐσιώδους καὶ ἐνυποστάτου αὐτοῦ λόγου καὶ σοφίας καὶ δυνάμεως;

a *Lib. 1. de fide cap. 7.*

b *In orat. ad conſecrationẽ ſanguinis Chriſti: ſed caueto ne τὴν αὐτεξουσιότητα de Deo dictam aliter quàm ὑπερφυσίως intelligas: iuxta præceptum Damaſceni cap. 14. lib. 3. de fide orthodoxa.*

c *Cap. 19. lib. 4. de fide orthod. Vide & cap. 9. lib. 1.*

μιως; διὰ τὸ μίαν ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ θεωρεῖσθαι κίνησιν, &c. quibus verbis non tam ὑπουργία Filij, quàm συνεργία demonſtratur: qualem omnino credere, ac aſſerere debemus. Sanè cùm ex pietate naturali ſit, τοὺς γονέας τιμᾷν, pietatis (inquam) in parentes ratio, ad quam honor, obſequium & reuerentia (quam Græci vocant τιμὴν) pertinet, omnino conſtare debeat; quod gentiles ipſi quoque intellexerint [a]: nec dubitari poſſit, quin ſit optimus ac perfectiſſimus Filius ille, qui Deus eſt [b]. Chriſtum ideò hanc reuerentiam Deo patri ſuo æternóque Regi atque hunc honorem detuliſſe, vt ad ipſum principium auctorémque ſuum pro nobis omnem implens iuſtitiam noſtræ reconciliationis gratia, & ad ſternendam nobis ad cœlum viam, preces funderet, his verbis Damaſcenus [c] tradit: προσεύχεται, ἡμῖν ὁδοποιῶν τὴν πρὸς Θεὸν ἀνάβασιν, ὑπὲρ ἡμῶν πᾶσαν δικαιοσύνην πληρῶν, ὡς ἔφη πρὸς Ιωάννην καὶ καταλλάττων ἡμῖν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, καὶ ὡς ἀρχὴν καὶ αἰτίαν ἑαυτοῦ τοῦτον τιμῶν, καὶ δεικνὺς, ὡς οὐκ ἔστιν ἀντίθεος. Iſta enim, τὸν πατέρα τε ὡς ἀρχὴν, καὶ αἰτίαν τιμῶν: de honore Patri ſummo à Filio, quà Deus ipſe ſit, exhibendo, vix eſt vt accipienda eſſe quiſquam dubitet. Quamuis enim, ſicuti iuxta illam in Chriſto agnitam à Dionyſio Areopagita θεανδρικὴν ἐνέργειαν propter duarum naturarum hypoſtaticam ἡνωμένως ἑκάστην φύσιν μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας ἐνεργοῦσαν τοῦθ' ὅπερ ἴδιον ἔσχηκεν, cum Damaſceno [d] fateri debemus; (οὔτε γὰρ τὰ ἀνθρώπινα ἀνθρωπίνως ἐνήργησεν, οὐ γὰρ ψιλὸς ἦν ἄνθρωπος: οὔτε τὰ θεῖα κατὰ Θεὸν μόνον· οὐ γὰρ ἦν γυμνὸς Θεὸς, ἀλλὰ Θεὸς ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος)

a L. 3. & 4. C. de patri. poteſtat. l. 1. in princ. & l. 2. D. de obſeq. parent. præſt. Auſonius epiſtol. 1. ad Patrem,
— Tua quò reuerẽtia creſcat.

b B. Tho. in ſum. part. 1. q. 33. art. 3. in probat. concluſ. ait perfectam rationẽ paternitatis & filiationis inueniri in Deo patre & Deo filio, quia Patris & Filij vna eſt natura & gloria.

c Lib. 3. de fide orth. c. 24. vbi hoc ipſum bis ponitur.

d Li. 3. de fide orth. c. 19. vide & c. 7. 15. & 17.

ita non ſit admittendum vllam naturarum in Chiſto factam confuſionem; ſed humanæ patienti diuinam ita coniunctam adſtitiſſe, vt ipſa quidem carnis paſſionum immunis permaneret, gloriam tamen corpori; ſicut in ipſa transfiguratione, communicaret: (quemadmodum ab illo ipſo Damaſceno alibi [a] traditur, ἐκ μὲν οὖν τῆς θεότητος ἡ δόξα φυσικῶς προϊοῦσα, ἑκατέρᾳ κοινὴ διὰ τὴν τῆς ὑποστάσεως ἐγγίνεται ταυτότητα.) Quamobrem caro ſecundum ſui naturam non adorabilis, in verbo tamen incarnato propter Deum Verbum ipſi ſecundum ὑπόστασιν coniunctum adoratur [b]. Attamen, cuius diuinæ voluntati humana ſe ſubmittebat, eámque ſequebatur (Damaſceno [c] teſte) ipſe Patri ſe, hoc eſt non humanitatem nudam, ſed cui perſonæ diuinitas adiuncta eſſet, liberè voluit ſubiicere; vt ad omnia dicto audiens foret: nec tantùm quà homo voluit (quod ſentire tamen is videtur [d]) ſed & quà Dei filius ὑπερούσιος atque perfectiſſimus: Adeò quidem, vt imminente omnium hominum interitu; conſilio & voluntate paterna, ipſe hominis conditor & legiſlator, homo & ſub lege fieri etiam deſtinauerit; ſicuti à Clemente noſtro eiuſdem liturgiæ alio [e] loco traditur: his admodũ verbis,

a Cap. 5. & 15. καὶ πασχούσης γὰρ τῇ σαρκὶ συνημμένης αὐτῇ ἡ θεότης ἀπαθὴς διαμένουσα, &c. τῶν μὲν οὖν οἰκείων αὐχημάτων ἡ θεότης τῷ σώματι μεταδίδωσιν. αὐτὴ δὲ τῶν τῆς σαρκὸς παθῶν διαμένει ἀμέτοχος. Vide & cap. 17. & 18. in fi. de humana Chriſti volũtate φυσικῶς μὲν οὐ παντοδύναμος ὑπάρχων ὡς δὲ τοῦ Θεοῦ λόγου ἀληθῶς καὶ κατὰ φύσιν γενομένη καὶ παντοδύναμος.

b Vide Dam. cap. 2. lib. 4. & cap. 3.

c Libr. 3. cap. 18. εἴπερ δὲ καὶ ὑπετάσσετο τῷ αὐτοῦ θελήματι τὸ ἀνθρώπινον μὴ κινούμενον γνώμῃ ἰδίᾳ, ἀλλὰ ταῦτα θέλον ἃ τὸ θεῖον αὐτοῦ ἤθελε θέλημα.

d In illo loco eiuſd. cap. αὐτὸς ὡς ἄνθρωπος ἐν ἑαυτῷ καὶ δι' ἑαυτοῦ ὑπέταξε τὸ ἀνθρώπινον τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, &c. καὶ ὑπήκοος τῷ πατρὶ γέγονεν. αὐτεξουσίως δὲ ἤθελε τῷ θείῳ καὶ τῷ ἀνθρωπίνῳ θελήματι.

e In orat. ad conſecrationem quo aſpexit Damaſce. cap. 18. lib. 3. de fide orthodox. ἡ τοῦ Κυρίου ψυχὴ ὡς ἀληθῶς ἀνθρώπου γενομένου κατ' εὐδοκίαν αὐτοῦ.

εὐδόκησεν αὐτὸς γνώμῃ σῇ ὁ δημιουργὸς ἀνθρώπου γενέσθαι, ὁ νομοθέτης ὑπὸ νόμοις, &c.

IGITVR his omnibus de cauſis; & è contrario, cùm ipſi Filio non itidem Pater pareat; non ipſum oret, aut pro nobis interpellet; non ab ipſo mittatur, nec porrò Angelus in Scripturis nominetur: à Clemente cœleſtem ac omnipotentem regem, ἀβασιλεύτου nomine haud impiè, immò ſat commodè propriéque diſtinctum à Filio interpretari poſſumus. Quod equidem fieri debere lubens aſſeuerarem, niſi me Gregorij Theologi ac Damaſceni quoque contraria, quodammodo reuocaret ab iſta opinione definitio: iſtud aſſerentium filium Dei Chriſtum Dominum (quà Deum) neque obedientem nec inobedientem Patri eſſe; tantùm abeſt, vt ſit ipſe βασίλευτος, aut dici queat: cùm illa obedientis & inobedientis vocabula, ſubiectorum & in manu poteſtatéque poſitorum ratione pronuncientur; ſed Chriſtum quà hominem duntaxat, Patri cœleſti eidémque regi obtemperaſſe: ἡ ὑπακοὴ τοῦ ὄντος θελήματός ἐστιν ὑποταγὴ, οὐ τοῦ μὴ ὄντος (inquit iſte [a]) οὐ γὰρ τὸ ἄλογον ὑπήκοον, ἢ παρήκοον λέξομεν. ὑπήκοος γὰρ τῷ πατρὶ γενόμενος ὁ Κύριος, οὐ καθὸ Θεὸς γέγονεν, ἀλλὰ καθὸ ἄνθρωπος· καθὸ γὰρ Θεὸς, οὔτε ὑπήκοος, οὔτε παρήκοος; τῶν ὑπὸ χεῖρα γὰρ ταῦτα, καθὼς ὁ θεοφόρος ἔφη Γρηγόριος, Quamquam ita iſti rationi poſſe reſponderi video, appoſitè ſatis ac probabiliter (ſi non verè) cum beato Cyrillo [b]; qui perſpicuum omnibus eſſe ait, non deſtrui æqualitatem ſubiectione; ſubiicitur enim æquali æquale plerumque

a *Lib. 3. de fide orthodo. cap. 14.*

b *In Theſ. lib. 10. cap. 8.*

ἀνενδεὴς Θεὸς καὶ εὐδοκήσης ἐπ' αὐτοῖς εἰς τιμὴν τοῦ Χριστοῦ σου, &c. Pater (inquam) reſpectu Filij eſſe ἀνενδεὴς aliquatenus intelligi queat: quòd ipſe principium vt omnium, ſic Filij Pater, cùm à ſe habeat id quod eſt, alterius non eguerit vt eſſet; Filius autem (cùm ex ſe non ſit, ſed à Patre) ſeparatim & in abſtracto, non poſita priùs perſona Patris (quantum ad eſſentiam ſpectat) conſiderari non queat: & cùm non innatus ſit, ſed ex Patre ſit, quia genitus eſt; ſiue dum verbum eſt, ſiue dum virtus eſt, ſiue dum ſapientia eſt, ſiue dum lux eſt; & quidquid horum eſt, non aliunde quàm ex Patre eſt, cui originem ſuam debet (ſicuti Tertullianus[a] loquitur) quodammodo Patris eguiſſe videatur; à quo accepit omnia, ſed ipſum quoque id quod eſt, vt & illi debeat: ideóque ſicuti re vera æqualis Patri, vel propter meatum illum diuinitatis reciprocum, cuius idem Tertullianus[b] meminit: ſic principij (de quo iſto toto ſermone actum eſt) ſine principio ſummi, quadam cogitatione, ipſe Filius οὐκ ἀνενδεὴς; at abſolutè, ac ſummè ἀνενδεὴς Pater intelligatur. Quamobrem Deum beatum atque perfectum profectu non egere, cui nihil deſit: demutatiónéque nouum nó eſſe, qui origine careat, idque quod eſt ex ſe ac ſibi ſemper ſit, ex beati Hilarij [c] verbis capite quarto docuimus: Quod ad Patrem propriè pertinere inficiabitur nemo, qui Filium Dei æternum origine non carere, in memoriam ex iis quæ modò dicebamus, totóque capite decimo explicata ſunt, reuocauerit. Patrem profectò τὸν ἐνδείας πληρωτὴν, οὐ ἀνενδεὴς ἡ ζωὴ,

a *In lib. de Trin. ad fin.*

b *Ibid. videto & Damaſc. lib. 1. de fide orth. c. vlt. vbi Trinit. perſonas ἀδιαστάτους, καὶ ἀνεκφοιτήτους ἀλλήλων εἶναι, ἀσύγχυτον ἐχούσας τὴν ἐν ἀλλήλαις περιχώρησιν ὥστε ἔχεσθαι ἀλλήλων, ſimiliter tradit.*

c *Enar. in 2. Pſal. Quare frem. gent. & ad fin. lib. 11. de Trin.*

ζωὴ, ἀτρεπῆος καὶ ἀνελλειπὴς ἡ διαμονὴ, ἀκάματος ἡ ἐνέργεια, ſuperioris libri quodam loco[a], nuncupatum ab ipſo Clemente comperi. Alia haud dubiè ratione Pater ἀπροσδεὴς, ad generationem quidem æternam Filij quod attinet; ſed non Filij tamen comparatione ſiue reſpectu, propriè nominatus à Cleméte videri poſſit; quod à ſeipſo ſine cuiuſquá materiæ ope, atque (vt inter homines ſolet) permixtione, Filiũ æternũ genuerit: quod ipſum poſteaquàm hîc aliquantulum æſtuaram, Damaſceno itidem viſum, & ab ipſo explicatum reperi, vbi de generatione Dei (quam eſſe ἄνευ συνδυασμοῦ, ſine coniunctione, vel permixtione dixerat) hanc rationem reddit, διά τε τὸ ἀσώματον καὶ ἕνα μόνον εἶναι Θεὸν ἀπροσδεῆ ἑτέρου: eique hoc quoque diſſimilem humanam ait, quòd ſit ἐνδεὲς τὸ ἄῤῥεν τῆς τοῦ θήλεως βοηθείας. Quô itidem iſtud Clementis ex eadem illa oratione (quæ tantum negotij nobis vſque adhuc faceſſit) pertinere non immeritò cuipiam videatur, de diuina Filij generatione: αὐτὸν δὲ πρὸ πάντων αἰώνων γεννήσας βουλήσει, καὶ δυνάμει, καὶ ἀγαθότητι ἀμεσιτεύτως υἱὸν μονογενῆ. Nam τὸ ἀμεσιτεύτως, quod interpretes immediatè, vel ſine vllo medio reddidére; licet ad æternitatem, & ad excludendam liberam, ſiue mediam, (quæ ſit generandi principium) voluntatem non malè referatur, vt ſignificet quod ante dixit πρὸ πάντων αἰώνων, & ſine interuallo temporis; quod ipſi Turriano[a] viro alioquin eruditiſſimo placere video: attamen, quia non ἀμέσως, ſed ἀμεσιτεύτως apud Clementem ſcriptum legitur; magis placet, vt ad

a *In annotat. ad cap. 36. lib. 7. Apo. conſt. apud Clem. Rom.*

propinquiora illa βουλήσει, καὶ δυνάμει, καὶ ἀγαθότητι ſpectet: vt ſit ἀπροσδεῶς ἄνευ συνδυασμοῦ, hoc eſt, ſine cuiuſquam materiæ aliúſve rei ope aut miniſterio; quemadmodum apud hunc noſtrum alibi [a] ἀμεσίτευτον ἔργον legiſſe me recordor: ſic intelligendum iſtud (niſi fallor) vt tamen ad mundi non modò reſtaurationem, ſed etiam creationem (licet aliter ipſi Turriano viſum) minimè pertineat, ſed ad res alias, quarum effectus non alius quàm ipſa Dei voluntas ἐνεργητική. Nam in prioribus illis; Filij ſapientiam, in quo & per quem mundus cum eius omnibus conditus fuit, non excludi conſtat: cùm & ibidem ſtatim ὁ σοφίας πατὴρ, ὁ δημιουργίας τῆς διὰ μεσίτου κτίσεως ὡς αἴτιος, ὁ προνοίας χορηγὸς nominetur; vbi μεσίτης non alius quàm Chriſtus eſt, Verbum & Sapientia æterni Patris per quem omnia facta ſunt, ſicuti ſymbolo Nicæno ex beati Ioannis Euangelio [b] definitũ fuit. Quamobrem & in præcedenti oratione, ὁ διὰ Χριστοῦ ποιήσας τὰ ὅλα, καὶ δι᾽ αὐτοῦ ἐν ἀρχῇ κοσμήσας τὰ ἀκατασκεύαστα: & in ſequenti ſcriptum eſt, Κύριε παντοκράτωρ κόσμον ἐκτίσας διὰ Χριστοῦ. Et verò Patri filium in mundi quoque creatione miniſtraſſe adhibito alio Clementis noſtri teſtimonio poſtea docebitur: ſic Deo, cùm in principio creauit cœlum & terram, opus materia non fuiſſe, ſed ſola voluntate ipſum feciſſe, quæ Chriſtus facere iuſſus ſit, cœlum dico, terram, &c. Et ad eundem quoque modum cunctos ſola voluntate ſuſcitaturum nullius auxilio vel cooperatione indigentem, ab ipſo Clemente noſtro antea quodam Apoſtolica

a *Lib. 7. Apoſt. conſtit. d. cap. 35. vide & 36. & 37.*

b *Cap. 1. verſ. 3. & 10. ex quo Clemens Alex. libr. 1. pædag. c. 11.*

ſtolicarum conſtitutionum loco [a] dictum fuerat: ex quo verba hoc lubentiùs exſcribam, quòd ipſis noſtra maximè illuſtratur, περὶ τοῦ ἀνενδεοῦς καὶ τοῦ ἀμεσιτεύτως explicatio: ὥσπερ οὖν ἐπείθημεν Μωσῇ εἰπόντι (ait) ὅτι ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ γινώσκομεν ὅτι οὐχ ὕλης ἦν ἐνδεὴς, ἀλλὰ βουλήσει μόνῃ ἃ προσετάγη Χριστὸς, ταῦτα καὶ παρήγαγε. λέγομεν δὴ οὐρανὸν, γῆν, θάλασσαν, &c. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ πάντας ἀναστήσει θελήματι συνεργείας μὴ δεόμενος. τῆς γὰρ αὐτῆς δυνάμεώς ἐστιν ἔργον τὸ δημιουργῆσαι κόσμον, καὶ τὸ νεκροὺς ἀναστῆσαι, &c. Quæ omnia vt vera ſint; ac non modò cæterorum omnium conſideratione, diuinitas ipſa tota perſonarũ trium, verùm ſubtili quadam cogitatione Patris quoque perſona, Filij perſonæ habita ratione aliquatenus intelligi ἀνενδεὴς queat: nihilomagis tamen propterea maior Patre Filius exiſtimandus, quia quod vt eſſet, nullius eguit auctoris, multò ſublimius fore eo, quod vt eſſet, aliquem habuerit auctorem, & à Tertulliano [b] aduerſus Hermogenianam materiæ æternitatem diſputante ſcriptum, & in creatis rebus verum ſit: cùm vera & catholica de ſanctiſſimæ Trinitatis æqualitate fides hoc ipſum reſpuat.

a Lib. 5. Cõſt. Apoſt. cap. 6. cuius initium αὐτὸς γὰρ ἡμᾶς: ad quẽ locum eruditã & præclaram Fr. Turriani adnotationem videndã cenſeo.

b Lib. aduer. Hermog.

Ergo ita quoque omnipotens Pater ille non abſolutè ac ſimpliciter, ſed comparatione filij Chriſti rectè dictus ſine rege, ſine domino: propterea quòd omnium Dominus (qui poteſtatem omnem ſibi datam in cœlo & in terra pronunciauit in diui Matthæi [c] Euangelio,) in verum regem vnctus Chriſtus, verúſque rex Iſraël ſuper Sion montem ſanctum conſtitutus,

c Cap. vltim. verſ. pen.

& dominator in Iſraël regnaturus in æternum, (vel ipſo B. Cypriano[a] teſte)compluribus ſacrarum literarum locis [b] nominatus ; per incarnationem tamen , humanæ naturæ ſeruitutem aſſumpſerit;propter quam Patrem Dominúmque ſuum in ſacroſanсto Euangelio [c] , Chriſtus ipſe (quà homo ſcilicet) appellauit[d] :vt propter aſſumptæ carnis quandam communicationem ex vnione hypoſtatica , (ἑκατέρας σὺν τῇ ἑτέρᾳ ἐνεργείας θεωρουμένης καὶ περιφραστικῶς λεγομένης , iuxta Damaſcenum)Dei filius,ſed quà homo eſt , non ſit omnino ἀβασίλευτος habita Patris regum omnium regis ratione : immò etiam imperium hominum , nempe ditioné atque dominatum Romanorum experiri,tributúmque Cæſari reddere voluerit:ac poſtea Pilato Iudæę rectore iminente,ſub Tuberio Romanorum Imperatore dolores,ægritudinem,ac triſtitiam animæ [e],verberum animaduerſionem , & contumelias plurimas perferre,vltimúmq; ac ſeruile crucis ſupplicium ſubire denique noſtra cauſa dignatus fuerit. Hûc iſtud Ioãnis Damaſceni [f] pertinet de Chriſto;ἐὰν γὰρ τῇ ἐπινοίᾳ διέλης τὰ τῇ ἀληθείᾳ ἀχώριστα,ἤτοι τὴν σάρκα ἐκ τοῦ λόγου , λέγεται καὶ δοῦλος, καὶ ἀγνοῶν. καὶ γὰρ τῆς δούλης καὶ ἀγνοούσης φύσεως ἦν,& cæ-

a *Lib. 2. teſtimon. adu. Iudæos. cap. 28. 29. 30. ſic & in hymno SS. Ambroſij & Auguſt. Chriſtus rex gloriæ dictus.*

b *Eſa. cap. 11. & 16. Ierem. ca. 23 Dan. c. 6. Dauid Pſ. 2. Quare fremu. verſ. 6. & Pſal 71. Deus iudicium. in prin. D. Matthæ Euan. c. vlt. D. Luc. c. 1. verſ. 32. & 33. Io. Euang. cap. 1. ver. 49. & 1. Pauli ad Corin. cap. 15. ver, 24. & 25. Vnde in Eccleſiaſticis ad Chriſtũ orationibus extrema clauſula, Qui viuis & regnas, &c.*

c *D. Ioan. cap. 20. verſ. 17.* ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου , καὶ πατέρα ὑμῶν , καὶ Θεὸν μου , καὶ Θεὸν ὑμῶν.

d *Vide Cyril. in Theſ. lib. 5. cap. 5. & D. Ambroſ lib. 1. de fide. cap. 6.*

e *Dauid Pſal. 41. Quemadmodũ deſ. ver. 7. & 16. & Euã. ſec. Marc. c. 14. v. 34.*

f *Lib. 4. de fid. orth. cap. 19. vbi de his quæ de Chriſto dicuntur. Vide & D. Cyr. in Theſau. lib. 5. cap. 5. & rurſum adhibeto Damaſcen. ſubtiliùs explicantem, lib. 3. de fide orthod cap. 21.*

tera

tera quæ ſequũtur. Nam Filij ratione quà Deus eſt, Patrem ἀδέσποτον dictum; quaſi Filius nõ itidem fuerit ἀδέσποτος, ſed Patrẽ δεσπότην habuerit, ille quem diuus Paulus Κύριον τῆς δόξης quodã loco [a] gloriæ: vel (ſicuti Ambroſius [b] maluit) maieſtatis Dominum nuncupat; qui mea ſuſceptione ſeruus, ſua dominus poteſtate eſt, (vt idẽ Ambroſius [c] loquitur) & abſurdum & impium cenſeo: vtpote contra ſanctam illam & veram de Trinitatis æqualitate catholicam fidem; ex qua etiam qualis Pater, talis Filius; Deus pater, Deus filius; Dominus pater, Dominus filius [d]: niſi quod lata κατὰ μεταφορὰν verbi ſignificatione, vt ἀδέσποτος ἐπιστολὴ, ἀδέσποτος λόγος, ἀδέσποτος φημὴ, à Græcis dicuntur, quarum rerum nullus auctor eſt; poſſit quis Patrẽ ἀδέσποτον, ſine auctore illum interpretari; quem alio Græco vocabulò Damaſcenus aliquot locis [e] vocauit ἀναίτιον, hoc eſt ſine origine: ad Filij diſtinctionẽ ſcilicet ita nuncupatum, quoniam Filius ſine auctore non ſit; qui ex illo qui vnus eſt Deus, originem naſcẽdo contraxerit. Patrem etenim auctorem Filij non ſemel vetuſti Patres atque Theologi [f] nominarunt; diuus Hilarius inprimis atque Ruffinus iis quos ſuperiùs attuli locis. Denique Patrem ſolum originem neſcire, vt verum eſt; ita ipſe Tertullianus his verbis tradit, Eſt ergo Deus pater (inquit [g]) omnium inſtitutor & creator, ſolus originem neſciens, inuiſibilis, immenſus, immortalis vnus Deus, &c. ex quo quando ipſe voluit ſermo Filius natus eſt, qui non in ſono percuſſi aëris, aut tono coactæ de viſceribus

vocis

a 1. *ad Corin. epiſt. cap.* 2. *verſ* 8.

b *Lib.* 3. *de fide cap.* 3.

c *Cap.* 7. *libr.* 3. *de ſide.*

d *Vide in ſymbolo D. Athanaſ. & apud Damaſc. li.* 4. *de fid. ortho. cap.* 19. *vbi* οὐχ ὡς δὲ ὀργάνου ἢ δούλου *aliquid per filium à patre fieri negat, vt infra.*

e *Lib.* 1. *de fide orth. cap.* 8. *&* 11.

f *Tertu. in de Trin. & aliis pleriſque locis. Ruffin. in expoſ. ſymb. eo quem ante attuli loco.*

g *In de Trin.*

vocis accipitur,ſed in ſubſtantia prolatæ à Deo virtutis cognoſcitur. Ita igitur à nobis erit intelligendus ἐκ ἀδ᾽ἑαυτοῦ,non ſine auctore Filius, qui Patrem habeat:nec propterea tamen re ipſa cenſendus, ſecundum gloriam, potentiam, aut maieſtatem inferior illo; cui æqualem prorſus Chriſtum ſecundum diuinatem, (vtpote gloriæ Dominum, ſicuti diuus Paulus [a] loquitur, & perfectum Deum) atque ideò iſtius maieſtati æqualem & Spiritui ſancto gloriam, coæternámque cum Patre authoritatem Athanaſiano fidei ſymbolo comprobatur; quemadmodum ἀγεννήτου appellationem,iure meritóque Patri attributam,Filium non ideò in ordinem ita cogere, vt minor Patre ſit, paulo ante oſtendimus: Quando re vera nihil priùs in hac Trinitate aut poſterius, nihil maius aut minus; ſed totas tres perſonas coæternas ſibi eſſe atque coæquales, catholica cum diuo illo Athanaſio credit, profitetur, ſingulíſque diebus dominicis decantat Eccleſia.

[a] 1. *epiſt. ad Corinth. c. 2. verſ. 8.* εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν.

QVAMOBREM hæſi multùm diúque circa τὸ ἀβασίλευτον,fateor; patríne omnipotenti propriè tributum, ad Filij(qua Deus eſt) diſtinctionem,non minùs quàm ſuperiora, iſtud epitheton pronunciarem:quod Chriſti(quà homo eſt) comparatione, Deo patri omnino conuenire, docuimus modò. Nec ſtatim reperias (niſi forſan intenſis omnibus animi neruis conſideraueris)quemadmodũ ex iſto labyrintho exeas,ex abyſſo iſta emergas,ex hac nodorum tricarúmque replicata ſæpiùs inuolutione tete expedias.

Etenim

Etenim ſi ἀβασίλευτος Pater eſt, in Filij, quà Deus eſt comparatione; non eſſe ἀβασίλευτον Filium ſequitur: quod longè tamen à vero abeſſe conſtat. Vnde Chriſtum ipſum (ne illa repetam quæ antè dixi, eôdem pertinentia) vt ſempiterni Patris Filium Eccleſia Catholica, ſic vbique regem gloriæ cum D.D. Ambroſio atque Auguſtino (à quibus ille celeberrimus hymnus eſt) immò & cum Dauide [a] ipſo Meſſiæ iſtud elogium adſcribente confiteatur identidem, ac prædicet. Nihil enim abſurdius, obtutu primo; quàm vt qui cœleſtis illius æternique imperij moderator cum Patre ac Spiritu ſancto eſt, conſors (inquam) ſupremæ ac immenſæ illius in omnes creaturas poteſtatis, quaſique collega & σύνθρονος [b] quidam; quem βασιλέα καὶ κύριον πάσης νοητῆς καὶ αἰσθητῆς φύσεως τὸν πρὸ πάντων, δι᾽ οὗ τὰ πάντα, regem dominúmque omnis intellectualis & ſenſilis naturæ, qui ſit ante omnia & per quem omnia, Clemens noſter paulò poſt vocat; cuius vnum cum Patre nec diuiſum regnum eſt, vt ait Ambroſius [c]: idem ipſe non ſit alieno exemptus imperio, quemadmodum huius initio ſermonis attigimus. Verumtamen, qui Filius nihil ex arbitrio ſuo gerit, nec ex conſilio ſuo facit; nec à ſe venit, ſed imperiis paternis omnibus & præceptis obedit, vt quamuis probet illum natiuitas Filium, tamen morigera obedientia ipſum paternæ voluntatis (ex quo eſt) miniſtrum adſerat (ſicuti Tertullianum alicubi [d] loquutum aduertimus) quem & in ſacroſanctis libris, licet magni conſilij angelum, tamen hoc

a *Ad extremum Pſal.23. Domini eſt terra verſ. 9. 10. & 11. & Pſal.88. Miſericordias ver. 28. vide quæ de regis epithe to diximus initio huius cap. & 1. cap. ſuprà.*

b *Hoc vocabulum de ſancto Spiritu in B. Marci liturg. legitur, in oratione ad conſecrationẽ.*

c *Cap.6. lib.3. de fide ad Gratian. ex Euang. D. Matthæi cap. 13. & 16. & D Marci c.9. & Pauli ad Epheſ. epiſt. cap.5.*

d *In dict. lib. de Trinit. ad extremum.*

hoc eſt nuncium,& à Clemente Romano [a] abſolutè ac ſimpliciter ἄγγελον τοῦ πατρὸς,ac proinde miniſtrum & ipſum à Deo miſſum [b] (nó itidem Patrem [c])ad nos deſcendere [d] Apoſtolum atque confeſſionis noſtræ pontificem [e]; ac denique natiuitate naturæ, Patri eidémque ſupremo regum omnium regi (cuius maieſtatis & gloriæ plena terra,plenum cœlum eſt) ſubiectum quadamtenus eſſe decimo huius libri ſermone, adhibitis vetuſtorum Patrum teſtimoniis oſtendimus:non abſurdum fore,aut remotum à veritate arbitramur; ſi paterna ipſum, atque adeo æqua, moderata, & (qualia illa ſunt) regia verè imperia lubenter experiri, ſpontéque pro ſua ſapientia,& pro illa immenſa bonitate,ac in Patrem(cuius vnica ipſe potentia,efficax Verbum, voluntas & ſapiétia eſt [f])charitate, quà ipſi per Spiritum ſanctum connectitur [g], iuſſa capeſſere;nec inuitum,quaſi ſeruum contumacé [h], ſed

a *Cap.19. lib. 5. Apoſtolic. conſt. De iſto Angeli magni conſilij nomine,quod Chriſto aſsignatur egimus ſuprà cap.1.*

b *Euang. ſecund.Ioan.ca. 17. verſ. 123. de miſsione Eilij ſiue ſapientia inuiſibili agitur, Sapiẽt. c.9.apud Aug. lib. 4. de Trinit.cap.20.& Tho. in ſum. part. 1.quæſt. 43. art. 5. De Chriſti miſsione ſcripſimus nonnihil cap.10.ſuprà videto Clem.Roman.lib.6.Apoſt.conſtit.cap.11.B.Ambroſium lib.2.de fide cap.4.& Ioan.Damaſc.lib.4.de fide orthod. cap.19.*

c *Tertullian.in de Trinit.vide & B.Thom.in ſum.part.1.quæ.43 art.4.6.& 8.in 1.ar.poſt D.Auguſtin.lib.4.de Trinit.cap.vlt.in fi.& lib.2.cap.5.ſub init.*

d *Tertullian.in dict.lib. de Trinit. quod ſecundum incarnationem tamen intelligit Cyrillus lib.5.theſau.ca.5.& D.quoque Ambroſius lib.2.de fid.ad Gratian ca. 4. videto & Clem.Romam.lib.6.Apoſt.conſt.ca.11.cuius initium ἡ μεῖς δὲ.*

e *Epiſt.D.Pauli ad Hebræos cap.3.in princip.*

f *Vide Damaſcen.lib.1.de fide orthod.cap.16.& 18.*

g *Vide B.Thom.in ſum.part.1.quæſt.39.art.8.ex quo ſcripſi ſupra cap.10.*

h *Nam ita non eſſe ſubiectum cum Damaſ. fatendum eſt tanquam inobedientem ac peruicacem cogi oportuerit καὶ ὡς ἐναντίον ὑποτάττεσθαι quod ille ait lib. 4. de fide orth. ca. 19. Vnde neſcio an ſatis rectè ſubiecti nomẽ ſcriptura conprehenſum: hoc ſcio quòd aduer. Tertul.explicationem interpretatur.*

vltro

vltro tanquam obſequentiſſimum Filiũ exequi mandata intelligamus: præſertim cùm apud beatum Ioannem [a] Chriſtus non ſe à Patre ſuo (qui eum miſerat) derelictum ſolum eſſe, ſempérque facere dicat, quæ ipſi Patri placeant; à quo etiã quæ audiſſet, ad homines ſe loqui, paulò antè protulerat, ὅτι ἐγὼ τὰ ἀρεστὰ αὐτοῦ ποιῶ πάντοτε. Hûc accedat quod cùm in eodẽ beati Ioannis Euangelio [b] pòſteà Chriſtus de ſe, non velut homine tãtùm (vt equidem arbitror) ſed quà Dei filio Deóque vero iſtud protulerit, διὰ τοῦτο ὁ πατήρ με ἀγαπᾷ, ὅτι ἐγὼ τίθημι τὴν ψυχήν μου, ἵνα πάλιν λάβω αὐτήν· οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ᾽ ἐμοῦ, ἀλλ᾽ ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ; & ſubiecerit iſtud, ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν quod haud dubiè ad potentiam diuinam pertinet) idem ipſe nihilominus hocce mandatum à Patre accepiſſe ponendæ ac reſumendæ (quod ſe per ſe poſſe dixerat) animæ ſeu vitæ, ſtatim his ferè verbis pronunciat: ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔλαβον παρὰ τοῦ πατρός μου. Denique Clemens ipſe noſter paulò poſt, in ea quæ conſecrationem præcedit, & hymnum Cherubicum ſequitur oratione [c] apertiſſimis verbis ſanctum vnigenitum Dei filium Dominum noſtrum & Deum Ieſum Chriſtum, Deo ſuo & patri ad omnia miniſtraſſe (hoc enim ipſi tanquam lenius & natiuæ Greci vocabuli ſignificationi propinquius; quàm, quod interpres facit, per omnia inſeruiſſe, malumus) tum in varia creatione rerum, tum in prouidentia cuiuſque earum accommodata, ad Patrem inquit; ſic ferè; ἅγιος ὁ καὶ

[a] *ca.8. Euãg. ſecund. Ioan. verſ.29.*

[b] *Ca.10. ver. 17. & 18. De mandato Patris & obediẽtia Filij quæ non à ſubiectione tamen ſeruili ſit, multa his omiſſis, videre eſt apud Franc. Turrianũ in annot. ad Clẽ. Apo. conſtit. cap. 6. lib. 5.*

[c] *Lib. 8. Apo. conſt. cap. 12. vide & cap. 19. lib. 5. vbi διαγγελιζόμεθα Θεὸν λόγον ὑπηρετούμενον τῷ Θεῷ αὐτοῦ καὶ πατρὶ εἰς τὴν τῶν ὅλων δημιουργίαν, &c. & item ca 6. Vbi de mandato ac iuſſu Patris, de ſubiectione & obedientia ſeu obſequio Filij. Turrianus eruditiſſimus videndus eſt.*

ὁ μονογενής σου υἱὸς ὁ κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστός; ὃς εἰς πάντα ὑπηρετησάμενός σοι τῷ Θεῷ αὐτοῦ καὶ πατρὶ, εἴς τε δημιουργίαν διάφορον, καὶ πρόνοιαν κατάλληλον, οὐ περιεῖδε τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπολλύμενον, &c. Nam quod de miniſterio in creatione rerum adhibito Clemens protulit; nemo eſt, quin ad Filium, quà Deus, non quà homo eſt, referri debere videat. Quod ſic tamen explicandum cenſeo; vt non ſeruilem in modum ac διακονικῶς, ſed αὐτεξουσίως & liberè, ac (ſi fas homini de Deo ſic loqui) tanquam ſui iuris Filius, τῇ τοῦ πατρὸς εὐδοκίᾳ pro beneplacito Patris operatus fuerit: Quando eadem facit opera Filius, quæ Pater facit; & quos vult viuificat Filius (ſicut ſcriptum eſt) nec differens poteſtate, & liber eſt voluntate, quemadmodum à diuo Ambroſio [a] traditur: ita vnitas ſeruatur, quia & virtus Dei in diuinitatis proprietate eſt, & libertas non in aliqua differentia, ſed vnitate eſt voluntatis. Adde quod non aliter de ipſo ſancto Spiritu in diui Marci liturgia ſcriptum legitur [b] τὸ παντοκράτορον, καὶ τὰ πάντα πληροῦν ἐνεργοῦντι αὐτεξουσίως οὐ διακονικῶς ἐφ' οὓς βούλεται τὸν ἁγιασμὸν τῇ εὐδοκίᾳ τῇ σῇ. Rectè igitur (ſi vnquam aliàs) Damaſcenus [c] quædam de Filio dicta refert; ea quæ voluntatis paternæ ſunt implente, non velut inſtrumento aut ſeruo, ſed tanquam ſubſtantiali & hypoſtatico ipſius verbo, ſapientia & virtute; propter eà quod in Filio & Patre vna conſideretur motio: τὰ δὲ ὡς τῆς πατρικῆς εὐδοκίας (inquit) διὰ τῆς αὐτοῦ ἐνεργείας πληρούμενα, οὐχ ὡς δι' ὀργάνου ἢ δούλου, ἀλλ' ὡς δι' οὐσιώδους καὶ ἐνυποστάτου αὐτοῦ λόγου καὶ σοφίας καὶ δυνάμεως;

a Lib. 1. de fide cap. 7.

b In orat. ad conſecrationẽ ſanguinis Chriſti: ſed caueto ne τὴν αὐτεξουσιότητα de Deo dictam aliter quàm ὑπερφυσῶς intelligas: iuxta præceptum Damaſceni cap. 14. lib. 3. de fide orthodoxa.

c Cap. 19. lib. 4. de fide orthod. Vide & cap. 9. lib. 1.

μίως; διὰ τὸ μίαν ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ θεωρεῖσθαι κίνησιν,&c. quibus verbis non tam ὑπουργία Filij, quàm συνεργία demonſtratur: qualem omnino credere, ac aſſerere debemus. Sanè cùm ex pietate naturali ſit, τοὺς γονέας τιμᾶν, pietatis (inquam) in parentes ratio, ad quam honor, obſequium & reuerentia (quam Græci vocant τιμὴν) pertinet, omnino conſtare debeat; quod gentiles ipſi quoque intellexerint [a]: nec dubitari poſſit, quin ſit optimus ac perfectiſſimus Filius ille, qui Deus eſt [b]. Chriſtum ideò hanc reuerentiam Deo patri ſuo æternóque Regi atque hunc honorem detuliſſe, vt ad ipſum principium auctorémque ſuum pro nobis omnem implens iuſtitiam noſtræ reconciliationis gratia, & ad ſternendam nobis ad cœlum viam, preces funderet, his verbis Damaſcenus [c] tradit: προσεύχεται, ἡμῖν ὁδοποιῶν τὴν πρὸς Θεὸν ἀνάβασιν, ὑπὲρ ἡμῶν πᾶσαν δικαιοσύνην πληρῶν, ὡς ἔφη πρὸς Ἰωάννην καὶ καταλλάττων ἡμῖν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, καὶ ὡς ἀρχὴν καὶ αἰτίαν ἑαυτοῦ τοῦτον τιμῶν, καὶ δεικνὺς, ὡς οὐκ ἔστιν ἀντίθεος. Iſta enim, τὸν πατέρα ὡς ἀρχὴν, καὶ αἰτίαν τιμῶν: de honore Patri ſummo à Filio, quà Deus ipſe ſit, exhibendo, vix eſt vt accipienda eſſe quiſquam dubitet. Quamuis enim, ſicuti iuxta illam in Chriſto agnitam à Dionyſio Areopagita θεανδρικὴν ἐνέργειαν propter duarum naturarum hypoſtaticam ἡνωμένως ἑκάστην φύσιν μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας ἐνεργοῦσαν τοῦθ' ὅπερ ἴδιον ἔσχηκεν, cum Damaſceno [d] fateri debemus; (οὔτε γὰρ τὰ ἀνθρώπινα ἀνθρωπίνως ἐνήργησεν, οὐ γὰρ ψιλὸς ἦν ἄνθρωπος: οὔτε τὰ θεῖα κατὰ Θεὸν μόνον· οὐ γὰρ ἦν γυμνὸς Θεὸς, ἀλλὰ Θεὸς ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος)

a L. 3. & 4. C. de patri. poteſtat. l. 1. in princ. & l. 2. D. de obſeq. parent. præſt. Auſonius epiſtol. 1. ad Patrem,
— Tua quò reuerẽtia creſcat.

b B. Tho. in ſum. part. 1. q. 33. art. 3. in probat. concluſ. ait perfectam rationẽ paternitatis & filiationis inueniri in Deo patre & Deo filio, quia Patris & Filij vna eſt natura & gloria.

c Lib. 3. de fide orth. c. 24. vbi hoc ipſum bis ponitur.

d Li. 3. de fide orth. c. 19. vide & c. 7. 15. & 17.

ita non ſit admittendum vllam naturarum in Chiſto factam confuſionem; ſed humanæ patienti diuinam ita coniunctam adſtitiſſe, vt ipſa quidem carnis paſſionum immunis permaneret, gloriam tamen corpori; ſicut in ipſa transfiguratione, communicaret: (quemadmodum ab illo ipſo Damaſceno alibi [a] traditur, ἐκ μὲν οὖν τῆς θεότητος ἡ δόξα φυσικῶς προϊοῦσα, ἑκατέρου κοινὴ διὰ τὴν τῆς ὑποστάσεως ἐγένετο ταυτότητα.) Quamobrem caro ſecundum ſui naturam non adorabilis, in verbo tamen incarnato propter Deum Verbum ipſi ſecundum ὑπόστασιν coniunctum adoratur [b]. Attamen, cuius diuinæ voluntati humana ſe ſubmittebat, eámque ſequebatur (Damaſceno [c] teſte) ipſe Patri ſe, hoc eſt non humanitatem nudam, ſed cui perſonæ diuinitas adiuncta eſſet, liberè voluit ſubiicere; vt ad omnia dicto audiens foret: nec tantùm quà homo voluit (quod ſentire tamen is videtur [d]) ſed & quà Dei filius ὑπερούσιος atque perfectiſſimus: Adeò quidem, vt imminente omnium hominum interitu; conſilio & voluntate paterna, ipſe hominis conditor & legiſlator, homo & ſub lege fieri etiam deſtinauerit; ſicuti à Clemente noſtro eiuſdem liturgiæ alio [e] loco traditur: his admodũ verbis,

a *Cap. 5. & 15.* καὶ πασχούσῃ γὰρ τῇ σαρκὶ συνημμένη οὖσα ἡ θεότης ἀπαθὴς διαμένουσα, *&c.* τῶν μὲν οὖν οἰκείων αὐχημάτων ἡ θεότης τῷ σώματι μεταδίδωσιν. αὐτὴ δὲ τῶν τῆς σαρκὸς παθῶν διαμένει ἀμέτοχος. *Vide & cap. 17. & 18. in fi. de humana Christi voluntate* φυσικῶς μὲν οὐ παντοδύναμος οὖσα, ὡς δὲ τοῦ Θεοῦ λόγου ἀληθῶς καὶ κατὰ φύσιν γενομένη καὶ παντοδύναμος.

b *Vide Dam. cap. 2. lib. 4. & cap. 3.*

c *Libr. 3. cap. 18.* εἴπερ δὲ καὶ ὑπετάσσετο τῷ αὐτοῦ θελήματι τὸ ἀνθρώπινον μὴ κινούμενον γνώμῃ ἰδίᾳ, ἀλλὰ ταῦτα θέλον ἃ τὸ θεῖον αὐτοῦ ἤθελε θέλημα.

d *In illo loco eiuſd. cap.* αὐτὸς ὡς ἄνθρωπος ἐν ἑαυτῷ καὶ δι᾽ ἑαυτοῦ ὑπέταξε τὸ ἀνθρώπινον τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, *&c.* καὶ ὑπήκοος τῷ πατρὶ γέγονεν. αὐτεξουσίως δὲ ἤθελε τῷ θείῳ καὶ τῷ ἀνθρωπίνῳ θελήματι.

e *In orat. ad conſecrationem quo aſpexit Damaſce. cap. 18. lib. 3. de fide orthodox.* ἡ τοῦ Κυρίου ψυχὴ ὡς ἀληθῶς ἀνθρώπου γενομένου κατ᾽ εὐδοκίαν αὐτοῦ.

ἐυδὸ

εὐδόκησεν αὐτὸς γνώμῃ σῇ ὁ δημιουργὸς ἀνθρώπου γενέσθαι, ὁ νομοθέτης ὑπὸ νόμοις, &c.

IGITVR his omnibus de cauſis; & è contrario, cùm ipſi Filio non itidem Pater pareat; non ipſum oret, aut pro nobis interpellet; non ab ipſo mittatur, nec porrò Angelus in Scripturis nominetur: à Clemente cœleſtem ac omnipotentem regem, ἀβασιλεύτου nomine haud impiè, immò ſat commodè propriéque diſtinctum à Filio interpretari poſſumus. Quod equidem fieri debere lubens aſſeueratem, niſi me Gregorij Theologi ac Damaſceni quoque contraria, quodammodo reuocaret ab iſta opinione definitio: iſtud aſſerentium filium Dei Chriſtum Dominum (quà Deum) neque obedientem nec inobedientem Patri eſſe; tantùm abeſt, vt ſit ipſe βασίλευτος, aut dici queat: cùm illa obedientis & inobedientis vocabula, ſubiectorum & in manu poteſtatéque poſitorum ratione pronuncientur; ſed Chriſtum quà hominem duntaxat, Patri cœleſti eidémque regi obtemperaſſe: ἡ ὑπακοὴ τοῦ ὄντος θελήματός ἐστιν ὑποταγὴ, οὐ τοῦ μὴ ὄντος (inquit iſte [a]) οὐ γὰρ τὸ ἄλογον ὑπήκοον, ἢ παρήκοον λέξομεν ὑπήκοος δὲ τῷ πατρὶ γενόμενος ὁ Κύριος, οὐ καθὸ Θεὸς γέγονεν, ἀλλὰ καθὸ ἄνθρωπος· καθὸ γὰρ Θεὸς, οὔτε ὑπήκοος, οὔτε παρήκοος; τῶν ὑπὸ χεῖρα γὰρ ταῦτα, καθὼς ὁ θεοφόρος ἔφη Γρηγόριος. Quamquam ita iſti rationi poſſe reſponderi video, appoſitè ſatis ac probabiliter (ſi non verè) cum beato Cyrillo [b]; qui perſpicuum omnibus eſſe ait, non deſtrui æqualitatem ſubiectione; ſubiicitur enim æquali æquale plerumque

a *Lib. 3. de fide orthodo. cap. 14.*

b *In Theſ. lib. 10. cap. 8.*

diſpenſationis modo quodam: Et addit; Nónne conceditis vnum eundémque ſpiritum in Prophetis eſſe? Cur igitur Paulus ſcripſit [a] ſpiritus Prophetarum Prophetis ſubiici? quomodo autem ſubiectio ab æqualitate Patris repellere Filium poterit? nónne in hominibus quoque filij patribus ſubiiciuntur, nec tamen minores vllo modo ſunt, quantum ad ſubſtantiæ naturæque rationem, &c. Et poſtea, ſed ſenſum verborum Apoſtoli, modò conſideremus; Omnia per Filium Pater operatur; ídque ſubiectionis conditio eſt, vt voluntatem Patris in omnibus Filius habeat: vna enim voluntas amborum eſt, & cætera quæ ſequuntur; quibus oſtendit miniſtrationem atque ſubiectionem, quà mediatio Filij nos ad Patrem adducentis deſignatur, ipſum à naturali Filij dignitate non repellere. Tum ad extremum addit; Subiicimur nos Filio, nec tamen propter ſubiectioné natura noſtra in aliud mutatur, volũtatis enim atque cognitionis ſubiectio eſt; hactenus ille. Igitur verum eſt, cum æqualitate diuinarum inter ſe perſonarum, obſequium Patri debitum à Filio minimè pugnare; Propterea quòd naturaliter hoc in ipſo inſit nomine Filij, hæc ſit huius vocabuli poteſtas ac notio; rei quoque ipſius natura, proprietas, & ratio; vt quem Pater amat ſicuti Filium [b], in quo ſibi (quemadmodum Euangelio ſacroſancto [c] continetur) bene complacuit, is viciſſim Patrem redamet, honoret, ac reuereatur [d]: cui per Spiritum ſanctum mutuo charitatis quaſi vinculo (ſicut antè dixi) iunctus eſt; nam & inter homi

a 1. Paul. epi. ad Cor. c. 14. verſ. 32. καὶ πνεύματα προφητῶν προφήταις ὑποτάσσεται, quæ videto vt Cyrillus in ſupradicto loco explicet.

b Euang. ſec. Ioan. cap. 3. verſ. 35. cap. 5. verſ. 20. vide quæ ſcripſi ſup. cap. 10.

c Sec. Matth. extremo c. 3. ſec. Marcum cap. 1. verſ. 11. ſecũd. Lucam cap. 3. ver. 22.

d Euã. ſec. Io. c. 8. verſ. 49. τιμῶ τὸν πατέρα dicebat Dominus, καὶ ὑμεῖς ἀτιμάζετέ με, & verſ. 55. ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτὸν, &c. καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ τηρῶ.

homines(ſecundum quos de Deo quadamtenus cum Scripturæ ſacroſanctæ teſtimoniis atque oraculis loquimur) filius non modò patrifamilias(cuius tamen eſt,ex ipſo Comici teſtimonio, particeps; etiamſi in manu ſit paterna: ita vt viuo patre bonorum omnium cum eo dominus quodammodo exiſtimetur [a]) verùm & manumiſſori patri, ſiue naturali qui eum poteſtate liberarit ſua, ſed & matri [b] reuerentiam iſtam naturali iure debere dicitur. Ergo vt ad diuinitatem redeam; eſt quidem vna eadémq; vtriuſque Patris ac Filij voluntas, atque operatio: vel (ſicuti diuus Ambroſius [c] loquitur) operis vnitas,eadem ſapientia,ſubſtantia, eſſentia, (quod capite decimo admonuiſſe me recordor) vna ſanctificatio,imago,ſimilitudo,diuinitas, maieſtas,æternitas,gloria; ſed nec ſine pietatis tamẽ naturalis ratione,ſpontaneóque ſecundæ in primam perſonæ obſequio, æqualitas: iuxta illud Pauli ad Philippenſes [d], ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων (de Chriſto loquitur) οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, quæ vt Patri non adimit, quòd vnus, atq; adeò primus natura ſit, (quamuis ipſi Verbum eſſe συνάναρχον καὶ συναΐδιον, ſicuti diui Marci liturgia [e] continetur, veréque dici, cùm περὶ ἀνάρχου agerem, perſpicuè oſtendi:) quódque ſit

a *L. in ſuis. D. de liber. & poſthum.*

b *L. 4. C. de patr. poteſt.*

c *D. Ambr. lib. 1. de fid. c. 2. & lib. 2. cap. 3. & 4. & lib. 3. c. 4. vide Damaſc. lib. 1. de fide ortho. cap. 16. & lib. 3. c. 14. 18. & 24. vbi τὸν υἱὸν ὡς μετὰ Θεὸν ταυτοθελῆ ὄντα τῷ πατρὶ, ſcribit poſt D. Ambr. lib. 1. de fid. ad Gratia. cap. 7. Vide alios ex Damaſceno; Baſilio, & Thoma locos à me allatos in hanc rem ſup. c. 10. & addito alium Cyrilli in Theſaur. cap. 2. lib. 4. & c. 3. lib. 10. Ergo filio non parcit pater, ſed ipſum tradit, Epiſt. Paul. ad Roman. cap. 8. verſ. 32. quin & ipſe filius humiliauit, exinaniuítque ſe, factus obediens vſque ad mortem, vt idem Paulus ſcribit ad Philippenſ. cap. 2. verſ. 7. & 8. quod vti ſanè rectéque intelligas, videto Damaſc. d. cap. 14. & 18.*

d *Cap. 2. verſ. 6. vide & in Euang. ſec. Ioan. cap. 5. ver. 18.* ἀλλὰ καὶ πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεὸν ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ Θεῷ. *Ex quo vide B. Amb. lib. 2. de fid. c. 4. & lib. 1. c. 2.*

e *Orat. liturgica ad Chriſtum, fol. 57. 59. 63. lib. Lutet. excuſi.*

ἀνενδεὴς, id eſt, nullius ope ac miniſterio, aut nulla re indigens, qua de re pluribus verbis paulò ante diſſerui, nec etiam quod Creator[a], quamuis ad creationem tres perſonæ diuinitatis concurrerint: ſic etiam Rex gloriæ Chriſtus, ad dexteram Patris ſedens, ac σύνθρονος, ex illo primogenituræ iure, de quo nonnihil octauo ſermone diximus; adeóque ipſe quoque ἀβασίλευτος, non adimat Patri, (à quo, id quod eſt, Filius habet) iſtud quod primò in Patre, τῷ τρόπῳ τῆς κατὰ ψιλὴν ἐπίνοιαν διαιρέσεως[b], hoc eſt diuiſionis (quæ nulla tamen in rei veritate intercedere poteſt) quodam ſecundum ſubtilem cogitationem modo, ipſum iſtud de quo agimus ἀβασιλεύτου nomen; quando id ſpecialiter Patri, cum illis quas ante videmur ſatis explicaſſe, τοῦ ἀγεννήτου, τοῦ παντὶ ἀνενδεοῦς, τοῦ πάσης αἰτίας καὶ γενέσεως κρείττονος, τοῦ ἀδεσπότου, καὶ γνώσεως ἀνάρχου appellationibus, ad Filij diſtinctionem alio loco iam antea [c] Clementem ipſum tribuiſſe, vel ex eo conſtat; quod ibidem in oratione ſiue imploratione ad ordinationem Epiſcoporum, de ipſo Patre hoc quoque adſcriptum legitur, ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ σου τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν: ne quis epitheta ſuperiora diuinitati toti, non ſoli Patris perſonæ attributa exiſtimare poſſit. Atque iſtud quidem ſatis eſſe perſpicuum arbitror.

a *Hoc apertè Tho. explicat q. 45. art. 6. in probat. concl. & ſolu. 2. arg. vide & ſymb. Nicænum.*

b *Sic Damaſ. loquitur, cap. 19. libr. 4. de fid. orth.*

c *Initio ipſius liturgiæ ex li. 8. Clementis Apo. conſti. c. 5. fol. 47. liturgiæ Pariſiis excuſæ anno 1583.*

SED manum de tabula; ne, inuitante licet materia, quod tamen à primo facturum eſſe me negaueram, Theologũ agere velle videar. Nam etſi non alienus iſte forſitan quem in Rep. obtinemus huic Philoſophiæ locus; temporis verò (ſi vn

(ſi vnquam aliàs) in iſta Galliæ prouincia miſeri, difficultatibus, ad cogitandum de Deo, ipſiúſque auxilium implorandum, inuitamur: illius tamen præcepti nos eſſe memores decet, ac expedit; cuius & ab Eccleſiaſte [a], de Deo parum loquendum eſſe, ne in ſtultitiam incidamus; ſed & ab Ægyptio illo Sigalione ſiue Harpocrate digitum labiis admouente, tam prudenter quàm tacitè admonemur. Quamquam hoc totum de Dei nomine, quod aut cum aliis, aut contra prætérve alios exaraui; nec ſine ipſius Eccleſiæ Dei approbatione publicatam volui; cum veritate, ac Dei laude coniunctum fore confido: cui, vt cæterorum omnium, ita laboris noſtri huius omnem deberi gratiam ſentio, & eſſe in æternum gloriam ipſi apud nos opto.

a Capit. 5. in princ. vide & Eccleſiaſtic. c. 3. Dion. Areo. in de diui. nomin. ſub init. Aug. lib. 4. de Geneſ. ad lit. cap. 9. Neque enim temerè aliquid tale de Deo dicere debemus, quod in Scriptura eius non legimus. Denique ex ſentētia ſapientum periculoſum eſſe de Deo etiam vera dicere. Ruffi. Aquileienſ. presbyter docet in expoſ. ſymbo. Apoſt. ſub initium. Ideóque vbi de Trinitate loquimur, cautè ac modeſtè diſſerendum B. Thom. admonet in ſum. part. 1. q. 31. art. 2. in prob. concl. meminit & q. 36. art. 2. arg. 1. ex Dionyſ. B. Ambr. lib. de fide ad Grat. cap. 5. vbi de generatione filij diuina. Tu quoque manum ori admoue, ſcrutari non licet ſuperna myſteria, licet ſcire quod natus ſit: non licet diſcutere quemadmodum natus ſit.

PETRVS FABER
LECTORI BENEVOLO
SACRARVM LITERA-
rum ſtudioſo.

ERIT hæc tibi, vel tanquam epicitharíſma poſt fabulam [a], vel potius corollarij cuiuſdam vice Satyra, bone lector; in quam ea contuli ſimul, quæ ad varios Dodecameni noſtri ſermones illuſtrandos pertinere viſa ſunt: quorum pleraque ipſis ab initio inſerere potueram; ſed cùm eos (decimum præſertim ac duodecimum) excreſcere in immenſum conſpicarer, ne ſua quadam mole animum tuum tædio affectum obruerent, veritus fui. Quamobrem ſi tu ex eorum numero es (nam aliis aliud ſapit) qui variorum circa rem eandem teſtimoniorum cumulatione non offenduntur, ac potius quod alterum inuicem ab altero explicetur, iuuari atque delectari ſolent: petere hinc tibi licebit, vnde animum illum eruditionis antiquæ auidum explere poſſis. Hoc etiam feci non inuitus, vt quibuſdam de ſumma Trinitate pronunciatis, vt in iſta tam graui ſeriáque materia nihil non abſtruſum eſt ac difficile; ſi quæ obſcuriora viſa ſunt, lucē aliquam adhibita

[a] *Ex Tertull. aduerſus Valent.*

adhibita clariſſimorum Eccleſiæ luminum ope adferrem ſedulò; meámque tibi ſententiam aut opinionem, vt ingenuè aperueram à primo; ita nunc quoque aliquantò plenius exponerem. Cui toti opellæ noſtræ, non aliud quàm grati tui (quod certè mereri me arbitror) animi præmium expecto, aut etiam expeto.

Pro Iuſtino, de Chriſti etymo, ab eo quod & vngatur Dominus, & nos vngat. Emendatus obiter Petri Chryſologi locus.

Igitvr quod ſermone primo ad extremum, circa notationem Chriſti nominis Iuſtinum Philoſophum & Martyrem ſequi me non poſſe ſcripſi, iure feciſſe videor; quemadmodum iis quæ protuli perlectis nemo non mecum (vt ſpero) ſentiet. Verumtamen, vt ne quid diſſimulem, &(quoad eius fieri poſſit) ſancti Martyris opinionem tuear, ipſúmque ab inſcitiæ ſuſpicione vindicem: etſi, quà ſecundum naturam hominis vnctus ſit oleo Spiritus ſancti Dominus Deúſque noſter Ieſus, ideò Chriſtus propriè nuncupatur; poſſit forſitan haud incommodè intelligi vnxiſſe ipſe nos, hoc eſt carnem noſtram & naturam totam, quando eam, ſed peccati exortem induit, ac ſuſcepit: ipſe (inquam) qui vnum cum Patre ac Spiritu ſancto eſt incommutabiliter, ita vt vna trium voluntas & operatio eſſe cenſeatur [a]; & vnctus fuerit Dominus Ieſus myſtica vnctione, tunc ſcilicet quando veniente ad beatam Mariam virginem vterus repletus eſt

[a] *Hac de re videto quæ ſcripſi inferius, itémque c.10. ac 11.*

Spiritu ſancto [a], atque ita quà homo eſt: & verò nos, quà Deus, in ſua hominis carne, vel noſtram in ſe naturam inuiſibiliter ac ſpiritualiter ipſe Chriſtus vnxerit. Atque huc aſpexiſſe Iuliũ Firmicum exiſtimo; quo loco [b] poſtquàm diabolum ſuos Chriſtos habere dixit; illicò ſubiicit, aliud eſt vnguentum quod Deus pater vnico tradidit Filio, quod Filius credentibus diuina nominis ſui maieſtate largitur. Chriſti vnguentum immortali compoſitione conficitur, & ſpiritualibus pigmentorum odoribus temperatur. Hoc vnguentum à mortalibus laqueis putres hominum artus exuit, vt ſepulto primo homine, ex eodem ſtatim homine, homo alius fœlicius naſcatur. Et ſtatim, Regnum perpetuum, & cœli diadema Domino noſtro cum vnguenti maieſtate collatum eſt. Præterea pro Iuſtino etiam facere videtur, quod diuus Athanaſius aduerſus Arium [c] de Dei filio Domino noſtro, Vnctus eſt (ait) vt chriſmatis ipſius vnctione malo prioris hominis delicto purgemur: denique hoc quoque quod Petrus Chryſologus Rauennas Archiepiſcopus, erudititiſſimus & eloquentiſſimus (animo quidem meo) Theologus, ſermone ſeptimo & quinquageſimo in ſymbolum Apoſtolorum: Sicut Reges triumphorum ſuorum titulis nuncupantur (ait) & ſubiectarum gentium nominibus conquirunt numeroſiſſima cognomenta; ita Chriſtus honorum (ſic lego pro bonorum) ſuorum titulis nuncupatur; à chriſmate enim vocatus eſt Chriſtus, qui diuinitatis vnguentum aridis iam mortalium mem

a *Vide Albinum Flaccum Alcuinum in de diuin. officiis, vbi de celebratione Miſſæ in explicatione canonis. fol. 83.*

b *Firm[illegible] Matern. in de error proph. relig. cap. 23. & 24.*

c *In diſputat. cõtra Arium Laodiceæ habita. fol. 529.*

membris pius medicator infudit; & vt à chriſmate Chriſtus, ſic Ieſus vocatus eſt à ſalute, qui ob hoc nos diuino infudit vnguento, vt ægris certam ſalutem, perditis perpetuam redderet ſanitatem: Item alibi [a], Poſteaquàm Dei filius ſicut pluuia in vellus toto diuinitatis vnguento noſtram ſe fudit in carnem, ab vnguento nuncupatus eſt Chriſtus; & huius nominis extitit ſolus auctor, qui ſic Deo ſuperfuſus eſt & infuſus, vt homo Deúſque eſſet vnus Deus: Hoc ergo vnguenti nomen effudit in nos, qui à Chriſto dicimur Chriſtiani. Quibus extremis verbis adiuuari quodammodo videtur illud Auguſtini circa notationem nominis eiúſdem; Ideò autem nos vnxit, quia luctatores contra diabolum fecit; quod eodem capite primo expreſſimus: quamquam alluſio iſta potius vtrobique (ſi verum amamus) ad etymon nominis, quàm vera notationis expoſitio eſt. Poſtea ſanè (iuxta id quod à diuo Petro apud Lucam [b] hac de re clariſſimè pronunciatum fuerat) idem Chryſologus Chriſtum à Deo vnctum, nomen ſortiri ex vnguine ſcribit: itémque ſermone 58. vbi, Chriſtum (inquit) vnctum accipe; non communi oleo; ſed ſancto, quo natus eſt, Spiritu: quod & ſermone 59. plenius explicat. Vtvt ſit; hoc quidem conſtat, nullo modo conuenire verbo nato ex Patre, vt vnctus ſit Filius, quà Deus: ſed Chriſto ipſi, quà corporaliter vnctus eſt. Atq; hac de re, præter locos à me allatos ſuperiùs [c], diuum Cyrillū videre eſt in libro de recta fide ad Reginas; itémq; diuum Athanaſium in dia

a *Sermo. 60.*

b *Act. Apoſt. cap. 10. verſ. 78. meminit & D. Amb. libr. 1. de Spiritu ſancto c. 3. & B. Cyril. in de recta fide ad Theodo.*

c *Cap. 1.*

in dialogo quinto de ſancta Trinitate: Tertullianũ denique libro aduerſus Marcionẽ tertio.

De Iehouæ nomine Patriarchis inaudito. Verbum pro re quæ verbo deſignatur. Nomen pro perſona, & nomen Chriſti pro Chriſto.

IAM verò quod ſermone ſexto Iehouæ nomen, Patriarchis ante Moſem minimè notum fuiſſe comprobauimus: in hac ſententia magis magíſque in dies confirmor. Accedit enim ad cætera hoc quoque argumentum, quod poſt apparitionem illam à Deo factam Iacobo, de qua ex capite 28. Geneſeos eo ſermone à nobis actũ eſt; cùm deinde Angelus, aut Deus ipſe cum Iacobo luctatus Elohim ſe dixerit c. 32. Geneſeos; vix eſt vt probabilis ratio (mea quidem opinione) reddi poſſit, quamobrem ſi iam tum id nominis in vulgus innotuerat, de nomine præſertim ſuo interrogatus Deus nequaquam id exprimendum duxerit. Nàm ita Moſes, vel apud ipſum Deus eo loci; Si contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis? Interrogauit eum Iacob, Dic mihi, quo appellaris nomine? Reſpondit, cur quæris nomen meum? & benedixit ei in eodem loco, vocauítque Iacob nomen loci illius Phanuel, dicens, Vidi Dominũ facie ad faciem, &c. Quamquam enim Filium fuiſſe nõ Patrem, quòd Angelus quoque dictus ſit, qui cum Iacobo loqueretur; ex vetuſtorum Patrum [a] (Tertulliani [b] præſertim) ſententia concedamus: attamen Iehouæ nomen nõ minus Filio,

a *Qui Filiũ nõ Patrẽ apparuiſſe exiſtimant.*
b *In libr. de Trin.*

Filio, quàm Patri conuenire, ac in ſacris litteris tribui conſtat. Id igitur ſi Patriarchis notum erat; cur obticere Dominus voluerit, non video: niſi quod non abſque magna ratione Iſidorus peluſiota [a], vnigenitum Dei filium ita loquutum de ſuo auguſto illo & nobis ſalutari (Ieſu ſcilicet) nomine exiſtimat: ἀλλ' ἵνα τι ἐρωτᾷς τὸ ὄνομά μου, ἀκούει, οὐ τοῦ νόμου ἐστὶ, οὐδὲ τῶν πρὸ νόμου τοῦτο μαθεῖν ἐκπαιδευόντος. ὀψὲ γὰρ καιροῦ ὅτε ἐλεύσεται τῶν χρόνων τὸ πλήρωμα καὶ πληθυνθῶσι τῶν ἀνθρώπων τὰ πλημμελήματα Ἰησοῦς ἐνανθρωπήσας κληθήσομαι, ὅπερ σωτὴρ ἑρμηνεύεται. ἐπὶ σωτηρίᾳ γὰρ τῶν ἁμαρτόντων τὴν οἰκονομίαν ἐκείνην ποιήσομαι.

a *Ad Theod. epiſt.* 453.

RVRSVM quòd illo ipſo capite verbum in Scriptura ſacra, pro re ipſa poſitum ex idiotiſmo Hebraico adnotauimus: ſic equidem diui Lucæ iſtud accipio, quod apud ipſum paſtores ita proferunt, interpretis Latini fide; Tranſeamus vſque Bethlehem, & videamus hoc verbũ quod factum eſt, quod fecit Dominus, & oſtendit nobis (ſic enim in Breuiario Romano, ex vulgata ſiue Hieronymi tranſlatione legitur) vel quod factũ eſt ad nos (vt habuiſſe videtur ipſe Chryſologus [b]) vbi è Græco interpres vertere debuit, verbũ hoc factum quod Dominus oſtẽdit nobis: καὶ ἴδωμεν τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ γεγονὸς; ὃ ὁ Κύριος ἐγνώρισεν ἡμῖν. Equidem non ignoro, quemadmodum beatus Ambroſius ibi verbum quod factum eſt interpretetur, μυστικώτερον profectò ac θεολογικώτερον, quàm vt de verbo Dei filio eiúſque incarnatione licuerit paſtoribus ex Angeli reuelatione coniicere; qui de Saluatoris

b *Quẽ vid. initio ſermo* 159.

Chriſti Domini natiuitate verbum duntaxat vnum quàm breuiſſimè fecerat: feſtinans (ait ille grauiſſimus doctor atque ſanctiſſimus [a]) verbũ videre; etenim cùm caro Domini videtur, verbum videtur, quod eſt Filius. Atqui de Verbo Dei filio, ne cogitatum quidem à paſtoribus fuit; cùm ne ipſi quidem beati diſcipuli perfectam certè de eius diuinitate ſententiam, antequàm in die Pentecoſtes Spiritus ſanctus ipſos viſitaſſet (ſi diuo Athanaſio [b] credimus) habuerint; ſed de cernendo puello recens nato, quem Chriſtum Dominum & ſeruatorem Angelus nuncupauerat: ídque ex eo ſatis apparet, quod viſum infantem in præſepio, beatus Lucas ab ipſis adoratum neutiquam refert, ſed ipſos dũtaxat cognouiſſe, de verbo quod dictum illis erat de puero hoc. Quamobrem illud (videamus hoc verbum quod factum eſt) aliud prorſus nihil ſignificat, niſi videamus rem ipſam; nempe Seruatoris pueri natiuitatem, de qua verbum ab Angelo factum, de qua ſermo nobiſcum eſt habitus. Cæterùm vt pro perſona nominis vocabulum vſurpetur, eodem ac primo item capite, multos me locos indicare memini: quibus & iſtũ Athenagorę adiũgere poſſis, ex legatione pro Chriſtianis ad extremũ: *οὓς οὖν ἀδελφοὺς, καὶ ἀδελφὰς, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ γένους νοοῦμεν ὀνόματα περὶ πολλοῦ ἡμῖν ἀνύβριστα καὶ ἀδιάφθορα τὰ αὐτῶν σώματα μένειν*. Nec enim nominũ, ſed perſonarũ corpora vlla vel eſſe, vel intelligi omnino queũt; etſi nominum ibi dicta ſint corpora. Igitur & quod ibidem in extremo, Chriſti nomẽ ante Solem permane

a *D. Ambroſ. epiſt. lib. 2. in Lucam.*

b *In de communi eſſentia Patris, Filij, & Spiritus ſancti in cap. de obtrectatione Filij & Spiritus ſancti.*

manere, quòd ipſum Dei ſiue Iehouæ nomen ab æterno eſſe, ita expoſuimus; vt ipſe Chriſtus Dei filius ab æterno eſſe, itèmque ipſe Deus, hoc loquendi genere deſignetur: iſtã ne quis interpretationẽ reſpuat, nonnullis Hieronymi & aliorũ auctorum locis conſimilibus munitam quos ibi attulimus; Tertulliani adhuc teſtimonio confirmari poſſe admoneo: cuius hæc ferè verba, ſunt ex libro aduerſus Marcionẽ quinto, Cuius nomen æternum (inquit) niſi Chriſti? ante Solẽ manebit nomen eius: ante Solẽ enim ſermo Dei, id eſt Chriſtus.

De Patris nomine per Chriſtum manifeſtato.

DEINDE quod eodem capite manifeſtatum à Chriſto Dei nomen quà Pater eſt, auctore beato Hilario ſcripſimus: hoc ipſum alio eiuſdem Hilarij loco probari & illuſtrari poteſt; cuius hæc verba ſunt, Eſt autem & nomen aliud Deo, quod in Euangeliis cognoſcimus (tanquam ſignificet ante Chriſti aduentũ, eiúſque Euangelij prædicationem fuiſſe obſcurum & ignotum hominibus) Domino dicente: Pater, venit hora; honorifica Filium tuũ, vt & Filius honorificet te: Et poſt multa alia, ſequitur, Manifeſtaui nomen tuum hominibus; & quod nomen eſſet, ſuperius oſtendit. Iſtud idem inſuper beatus Anaſtaſius lib. 3. de rectis fidei noſtræ dogmatibus, docuit his ferè verbis, Eius ſanè nomen (inquit, illud Chriſti explicans: Manifeſtaui nomen tuum hominibus) manife-

ſtauit,

ſtauit, non tanquam Dei, innotuerat enim iam olim,& à longiore vſque principio; ſed nomen Patris,ſiquidem ipſe propalam fecit,vt agnoſceremus Patrem,ſua vnius reuelatione.

Chriſtus quà Patris σύνθρονος. Cyrilli expenſus locus. Prorſus diuinitatis ſiniſtrum conſeſſum non eſſe. Ne dextrum quidem propriè,ſed figuratè.

OCTAVO capite,quod de ſeſſione Filij ad Patris dexteram ſcripſimus, quódque ipſum Patris σύνθρονον quaſi quendam ſermone duodecimo nuncupauimus:id ſic habet, vt cùm nō diuinitatis,ſed carnis ſedere aut ſtare ſit; vnde beatus Stephanus apud Lucam dicebat videre ſe Filium hominis ſtantem à dextris virtutis Dei:non ſedeat quidem cum Deo, ſecundum naturam genita natura (ſic eſt in Cyrilli verſione, quo loco forſitan ἀντὶ τῆς φύσεως auctor, vel υἱὸς id eſt Filius,vel θεότης id eſt diuinitas) ſed Filius hominis conſideat, Deus autem ſecundum vnionem diſpenſatiuam Verbo ex Patre facto carne,vt Cyrillus in libr.de recta fide ad reginas adnotat [a]. Eundem Cyrillum illud σύνθρονος nomen,Chriſto tanquam Dei filio tribuiſſe, in altero de recta fide ad reginas libro; iſta interpretis verba (nam Cyrilli Græcum codicem non habeo) ſatis manifeſtum faciunt: ſciendum autem, quod & gloriæ eſt Dominus, vt Deus; & eiuſdem cum Patre throni, & nullo modo minor; quàm is qui genuit, excellentia & gloria, quantum attinet ad diuinitatis naturam.Ex hac ſeſſione

[a] *Vbi ex cap. 22. Euang. ſecund. Lucā teſtimonium citat.*

ſeſſione Chriſti ad Patris dexteram, Athanaſius [a] colligebat paracletum eſſe à ſiniſtris; quod illo cap. ipſe vt κίβδηλον notaui, nec Theologoſophorum erudita cohors (Latinorum ſaltem) vnquã probauerit. Petrus ſanè Chryſologus [b] ſuis Patrem nihil habere à ſiniſtris diſertè ſcribit: hoc addito, Confeſſio noſtra non diuini conſeſſus loca, ſed virtutis aſſignat indicia, Deus loca neſcit, diuinitas recipit nihil ſiniſtrũ. Idem alio ſermone [c], verba eadem explicans; rectè, ne Patrem quidem ipſum Filio à ſiniſtris eſſe, ita colligit; vt dextrũ quidem, non autem ſiniſtrũ conſeſſum diuinã recipere naturã, admittere videatur: Sed Patrem (inquit) non habet ad ſiniſtram, diuinitatis conſeſſus recipit nihil ſiniſtrũ; ſedet ad dexteram Patris, vt Patris deitate vna, ne ſit minor gradu, poſterior ordine; ſed Patri diuinitate vna æqua poteſtate conregnat; & ſermone ſequenti ad eadem verba hoc adponit, vt quia Patris & Filij vna eſt deitas, par poteſtas; in cæleſti conſeſſu nulla ſit ſiniſtræ ſeſſionis iniuria. Idem non modò conſeſſum Chriſto, ſed ipſi Dei filio ante incarnationem eius atque adeò diuinitati diſertè tribuit [d]; quo loco, qui in cœlo ſemper conſedit Patri (ait), nunc ſedem Dauid accipit in terra. Quibus ex omnibus hoc σύνθρονος nomen ad diuinitatem referri debere non propriè, ſed μεταφορικῶς καὶ ἀνθρωποπαθῶς (opinor) intelligimus: nec ſanè abſurdius ipſe Pater ſedere dicitur, quàm egredi de loco ſuo, & deſcendere; aut aſcendere in voce tubæ ſuper cœlum cœli, & aſcenſionem

a *In de cõmuni eſſentia.*

b *Serm. 57. illud ſymbol. Apoſt. explicans, Sedet ad dexteram Patris.*

c *59. Serm.*

d *Serm. 144. de ſeſſione ad dexteram variè vetuſtis patribus Græcis & Latinis expoſita. Videto quæ his omiſſis locis eruditiſſimè traduntur à G. Genebrad. ad fin. lib. 1. de ſancta Trinit.*

ſuam ædificare (vt in ſacris libris [a] non ſemel) aut quàm habere dexteram & cætera humana membra, quæ Deo Scriptura ſacra, noſtrum ad modulum ſeſe demittens paſſim tribuit; quemadmodum D. D. Hieronymi & Auguſtini verbis allatis eò loci docuimus. Sedere quidem Deus ipſe à propheta dicitur; quo loco ſic cecinit [b], Dominus diluuium inhabitare facit,& ſedebit Dominus Rex in æternum. Cæterùm ordinem diuinum ibi eſſe non humanum, ea ipſa verba exponens octauo & quinquageſimo ſermone idem Chryſologus anteà dixerat:hoc addito, Sic à dextris ſedet Filius vt Pater non ſedeat à ſiniſtris. Vnica & ſingularis eſt diuina confeſſio; vbi ſuperna virtus recipit nihil ſiniſtrum. Conſidere filius patri cœleſti ac Deo dicitur, μεταφορικῶς nimirum & per humanam ſimilitudinem qui ſemper conregnare Patri ſuo, ſemper regnare in Patre intelligendus eſt, ſicut idem alibi [c] Chryſologus loquitur; quod prorſus cum beati Hieronymi, quem illo capite teſtem adduximus, interpretatione congruit. Nec aſpernandum putó,quod diuus Auguſtinus, cùm ex ipſo Euangelij ſecundùm Ioannem initio intelligamus, Verbum in principio fuiſſe & quidem Deum apud patrem Deum; iſta ſymboli de Filij ſeſſione ad Patris dexteram retuliſſe videtur ad illam perſonarum diuinitatis περιχώρησιν, iuxta quam Filius in Patre,Pater apud Filium eſſe dicitur: quo loco [d], Sedet ad dexteram Patris (inquit) credite. Sedere intelligite habitare: quomodo dicimus de quo

a *Geneſ. 10. cap. & Mich. 1.c. & Amos 9. & Pſal. 67. Exurgat De' verſ. 39.*

b *Dauid Pſ. 28. Afferte Domino. ver. penult.*

c *Serm. 57.*

d *Lib. 1. de ſymb. ad Catechum. cap. 4*

quocunque homine, In illa patria ſedit per tres annos. Dicit illud & Scriptura ſediſſe quendam in ciuitate tantum tempus. Nunquid ſedit & nunquam ſurrexit? Ideo hominum habitationes, ſedes dicuntur. Vbi habentur ſedes, nunquid ſemper ſedetur? non ſurgitur, non ambulatur, non iacetur? & tamen ſedes vocantur. Sedium profectò nomen pro habitatione ac domicilio vſurpatum, vt ab ipſo Auguſtino [a] alibi, & Iuris quoque noſtri auctoribus [b]; ita & à claſſicis illis, Cicerone, Cæſare, ac aliis vetuſtis [c]. De humani conſeſſus honore, qui non vnius, ſed duorum eſt aut plurium; alibi plurima dicere (ſi Deus dederit) quæ locus iſte non ſinit; certum eſt.

Domini appellationem ſpecialiter Filio tribui. Interpretis verſio apud Anaſtaſium obiter notata.

PORRÒ eodem capite appellationem Domini, Filio peculiariter à Scripturæ ſacræ auctore Dei Spiritu, in comparatione Patris; hoc eſt ad ipſum à Patre, de quo ſimul verba fiunt, diſtinguendum, tribui docuimus: de quo viſum nobis hîc quoque, quando ab aliis ea nominis proprietas non obſeruatur; præclarum Anaſtaſij ex lib. de rectis fidei noſtræ dogmatibus appingere teſtimonium: Non is ſolus (ait, agens de Filio ſaluatore) Domini appellationem ſibi adſciuit: Dominus quippe eſt Pater, Dominus item & Spiritus ſanctus;

a *Cap.6. lib. poſt collat. cõtra Donat. & in de vrbis excidio cap.6.*

b *L. ſi eum §. vlt. de fideic. liber. l. in lege de verb. ſign. l. vlt. C. de reſtitut. mil. l. vlt. C. Quib. nõ obeſt longi temp. præſc. l. 2. C. de off. præf. præt. Afr.*

c *Cicer. pro Sylla, pro Flacc. & Philip. 2. Cæſar. lib. 1. de bello Gal. Tibul. lib. 1. eleg. 10. Petron. Arbiter Satyrico, Seneca de conſol. ad Albinam cap. 6. Corn. Tacitus lib. 14. Iuſtinus lib. 12. Vegetius lib. 3. c. 4. & c. vlt. Ammianus Marcellinus lib. 14. & lib. 17.*

quemadmodum & ipſe Filius, & Deus eſt, & Spiritus dicitur,& ſanctus. Ipſa autem appellationum cõmunis acceptio,vt ita dicam, diſpenſatoriè enunciatur; vt ne homines impietatis occaſionem vllo pacto atripiant,ac proinde tres exiſtiment eſſe Deos. Quapropter Scriptura diuina omnibus præſidens, omnem huiuſmodi ſuſpectam opinionem; patrem quidem vocat Deum,Dominum autem filium,paracletum verò Spiritum ſanctum: etſi Scriptura pædagogi in morem diſpenſauit hoc, ne ſic quidem diuina voce (malim ſcriptum ab interprete, Dei appellatione) Filium priuauit; non item Spiritum ſanctum. Hactenus ille, ſatis commodè ad ea comprobanda, quæ illuſtrando carmini Dauidico præter communem cæterorum opinionem, octauo illo ſermone fœliciter(vt ſpes eſt) attulimus.

Deus ob vnitatem dictus expers omnis numeri. Emendatus apud Theophilum, vel potius apud eius interpretem locus.

SERMONE decimo, diuinas ſanctiſſimæ Trinitatis perſonas ita natura, eſſentia,ſubſtantia, diuinitate denique, ac maieſtate; non æquales modò, ſine ordinis aut gradus differentia; ſed vnum idémque eſſe, vt rectè ſuper omnem numerum ὑπερφυῶς eſſe dicerentur, comprobauimus: Athanaſiano fidei ſymbolo hac in re illuſtrato veterum teſtimoniis. Quibus hæc etiam poſſis adiungere: inprimis quod

beatus

beatus Ambroſius ita protulit [a]; Quomodo enim pluralitatem recipit vnitas diuinitatis, cùm pluralitas numeri ſit, numerum autem natura diuina non recipiat? qua de re agens apud beatum Athanaſium orthodoxus [b], pluralem numerum in diuinam ſubſtantiam, quæ vna eſt, dixit non cadere; non magis quàm proprietatem, quæ cæteris perſonis non ſit etiam communis: οὔτε ἰδιότητα ἔχει μὴ οὖσαν κοινὴν τῶν τῆς οὐσίας ὑποστάσεων, οὔτε ἀριθμὸν πληθυντικὸν ἐπιδέχεται μία οὖσα. Sed rectè Ambroſius; qui, vt Philo περὶ φυτουργίας vnitatem numerorum principium vocauit, ἀρχὴν τῶν ἀριθμῶν εἶναι μονάδα; ſic ipſe monada, non numerum, ſed elementum numeri, quibus ea cura eſt appellaſſe: atque ideò in denario quidem, Cæſaris; in dragma verò, Dei eſſe imaginem, ad Iuſtum ſcribit [c], eo quem iſto capite attulimus loco. Vnde alibi idem auctor [d], ipſam Patris, & Filij, & Spiritus ſancti venerabilem Trinitatem, ſine tempore, ſine ordine, auctorem numeri non ſub numeri lege deuinctam tradidit. Tertullianus [e] itidem; exceſſa vnione, poſt duo eſſe multitudinem; & quæcunque ratio plura ſumma magna non patitur admitti, eadem nec duo, vt ipſa plura poſt vnum: poſt vnum enim numerus, quem diuinitati ait non competere, id eſt non conuenire. Hilarius quoque eo loco [f], cuius verba iſto capite protuli; numerorum nuncupationem diuinam ſubſtantiam non recipere, optimè ſcripſerat; vbi perperam in excuſis, numerum nuncupationum hodie legitur. Non abſi-

a *Cap. 14. lib. 3. de Spiritu ſancto.*

b *Dialogo 1. de Trinitat.*

c *Epiſt. 1.*

d *Epiſt. 19. lib. 6.*

e *Lib. 1. adu. Marcio.*

f *In de ſyn. aduer. Arian.*

militer diuus Cyrillus [a] fidem noſtram nullum deorum numerum ſuſcipere; ſed vnum eſſe Deum patrem, & ad eandem vnitatem Filium ſimul cum Spiritu ſancto conſcendere: Lactantius [b] quidem (cuius verba iſto ipſo capite, ſed aliam ad rem attulimus) huc aſpexit, vt ſentio: cùm Oſeæ quendam locum explicans, ita ſcribit; Tamen ad vtramque perſonam referens intulit (& præter me non eſt Deus) cùm poſſet dicere, præter nos; ſed fas non erat plurali numero ſeparationem tantæ neceſſitudinis fieri: vnus eſt enim ſolus liber Deus ſummus, carens origine; quia ipſe eſt origo rerum, & in eo ſimul & Filius & omnia continentur. Similiter beatus Ambroſius [c]; quem lubenter nomino; Vnus ergo pater Deus (inquit) & vnus Dei filius, vnus & vnus, quia non duo Dij: & ſtatim, Ergo vnus, & non eſt ſecundus: vnus eſt, qui ſecundum non habet. Eôdem pertinet, quod in Trinitate quæ Deus eſt, & patrem Deum, & filium Deum, & Spiritum ſanctum Deum eſſe; & ſimul hos tres vnum Deum, beatus Auguſtinus tradidit [d]: hoc inſuper adiecto, Nec huius Trinitatis tertia pars eſt vnus, nec maior pars duo, quàm vnus eſt ibi; nec maius aliquid ſunt omnes, quàm ſinguli: quia ſpiritalis hæc, non corporalis eſt magnitudo. Idem ipſe, alio anteà loco [e], de Trinitate agens, diuinitatis potentiam excedere numeri rationem dixerat; valde ad id quo de agimus (mea quidem opinione) appoſitè. Nam eius iſta ſunt, quæ proponã, bone lector, tibi vt gratificer: Nec tamen dicimus tres omnipotentes (inquit)

a *Libr. 1. in Ioan. cap. 3.*

b *Cap. 29. lib. 4. diuin. inſt.*

c *Cap. 10. de inſt. virginis.*

d *Libr. 3. contra Maximinum cap. 10.*

e *Lib. 1. contra Maximinum.*

(inquit) quomodo non dicimus tres Deos, ſed ſicut ſimul illi tres vnus omnipotens eſt, & inuiſibilis; vnus Deus Pater & Filius & Spiritus ſanctus eſt: ſine cauſa ergo putas, nos numero coarctari cùm diuinitatis potentia etiam rationem numeri excedat. Placet verò in hanc rem mihi maiorem in modum, quod beatus Anaſtaſius libro 1. de rectis fidei noſtræ dogmat. Illæ tres perſonæ (ait) & prædicantur, & ſunt Deus vnus; quod vnius eiuſdémque ſint eſſentiæ, non diſſectæ in tria: & per ſe vnaquæque nominatur, at neque in multitudinem excreſcit aut porrigitur; quando perſonæ tres inter ſe ſimul nominantur. Itaque veritatem detorquet ac deprauat, quiſquis pro vno tres opinatur eſſe Deos. Idem Anaſtaſius paulò antè, ad illud quod ex Baſilio Magno & aliis circa Trinitatem attulimus commodè, tradit hæc ferè; Trinitatem ipſi dicimus, non eam, quæ vnitatum compoſitione conflatur; non item quæ ab vnitate progreditur ad ternionem: hunc enim numerum prægreditur vnitas, dein duernio; dein ternionem conſequitur quaternio, & quæ deinceps: hac autem Trinitate non vnitas prior, non perſonarum duernio; non ipſam Trinitatem quaternio deinceps conſequetur. Trinitas namque hæc ſuapte natura conſimilem in modum ſe habet ad ſeipſam ſemper; cui deſit nihil, nihil quod æquo plus ſit ſupereſt: vnitas enim cùm ſit, conſpicitur eſſe Trinitas; Trinitas nihilominus animaduerſa, vnitas eſt: Eſſentiam enim quando cogitamus, ſimplicem contemplamur vnitatem;

cùm verò perſonas, ipſam glorificamus Trinitatem. Ibidem Iſidori Peluſiotæ locum emendaſſe me recordor; vt pro κατέδραμε, reponerem κατέδρακε nimirum idem eſt cùm κατεδέδορκε vel κατεδέδρακε: ab illo δέρκειν, quod eſt videre, atque acutum cernere: vnde Draco dictus, tanquàm ὀξὺ βλέπων vel ὄψει καταπλήττων, vt ex Nicandro Theriacis, Apollonio in 4. Argonaut. alij notarunt. Itaque mendum fœdiſſimum ex Theophilo Antiocheno ad Autolycum [a], in eius verbi explicatione tollendum eſt; vbi Diabolus quoque Draco nominatur: at eius nominis etymologia deriuatur, ἀπὸ τοῦ δεδρακέναι, id eſt qui fugerit ceu fugitiuus à Deo, &c. Nam illud totum, id eſt, à praua interpretis opinione eſt, tanquam δεδραμηκέναι Theophilus ſcripſiſſet; cùm δεδρακέναι ſit, vidiſſe.

[a] Lib. 3.

Filium quæ habeat, naturaliter à Patre accepiſſe iure generationis, ipſamque adeò ſcientiam & potentiam non indigendo, itémque dominationem, ac iudicium, ſed ita vt habere Pater non deſinat. Athanaſij expenſus locus & forſitan purgatus.

EODEM ipſo decimo capite ad mentem Clementis omnino exponendam; à nobis tractatum memini, vtrùm Pater αὐτοδίδακτος σοφία ad Filij diſtinctionem dictus ſit: qua de re quæ ſunt à nobis tradita, eatenus pro veris aut etiam noſtris haberi volumus, quà Catholicæ fidei non repugnant; quà pias eruditorum animas non offendunt. Equidem non eſſe prorſus αὐτοδίδακτον σοφίαν Filium, ſed ipſum à Patre ſummo

doceri cùm gignitur, & quatenus ab illo eſt; non quod etiam velut ſi rudis, ignarus & imperfectus eſſet cùm ederetur, doctrina dein atque inſtitutione paterna opus habuerit, apertè ſatis ibidem oſtendimus. Sed quoniam hac de re non ita paſſim in ſcholis diſceptari ſolet, commodum facturus videor, ſi ſententiam noſtram aliis inſuper vetuſtorum Patrum teſtimoniis illuſtrauero. Igitur, vt mittam illud beati Auguſtini [a] quod paulò antè retuli; quoniam Filius de Patre ſit, non iſte de illo, ideò doceri eum à Patre, cùm ipſe paterna doctrina ſit: hoc veriſſimum putamus; quemadmodum quod Filius & Pater vnum ſunt, non hoc Filium accepiſſe per gratiam, ſed naturaliter vt Filium poſſidere credi, beatus Ambroſius auctor eſt [b]: ita cætera omnia quæ habet, à Patre Filium cùm gigneretur, accepiſſe; καὶ οὐ μεταδοτικῶς, οὔτε διδακτικῶς, quemadmodum ſuo loco enarraui: adeò quidem vt ſine initio genitus Filius illa vnquam habere non cœperit; tanquam ipſis anteà deficeretur, & careret, atque ita inopi ſubuentum oportuerit: vel vt quæ Filio communicauerat, nihilò magis habere Pater ea deſierit. Vnde Ambroſius quodam loco [c], Dedit Pater Filio (inquit) ſed dedit iure generationis, non munere largitatis, &c. & alibi [d], Omnis ſcientia aut ex natura aut ex diſciplina eſt; cùm ergo multis animantibus ſuppetat ex natura facere, & ſcire quæ non didicerunt; quid cenſes de Dei filio, vtrum ex inſtitutione habeat ſcientiam? Si ex inſtitutione, ergo non eſt natus ſapientia; & ex proceſſu

a *Cap. 34. cōtra ſermon. Arian.*

b *Lib. 4. de fide ad finem cap. 2.*

c *Cap. 6. lib. 4. de fide. Vide & lib. 5. cap. 2.*

d *Cap. 8. lib. 5.*

cœpit eſſe perfectus, nec erat ſemper: quod ſi naturalem ſcientiam habet, vtique perfectus in principio erat, perfectus ex Patre proceſſit; & ideò præſcientia non eguit futurorum. Ergo rectè ſcriptor elegantiſſimus Petrus Chryſologus [a], Neſcit inchoari Filius (ait) quia deficere Pater neſcit; nec creſcit genitus, vbi genitor non ſeneſcit. Et alio loco [b], habuiſſe Filium non conceptum, non inchoatum, non ſeparatum partu, non auctum tempore, non minoratum gradu, non ætatibus immutatum; ſed intra æternum genitorem germen permanens in æternum. Sed ad rem qua de agimus prorſus intelligendam, iuuat quidem, quod cùm cognitionis ac ſapientiæ omnes theſauros in verbo eſſe abſconditos Paulus dixerit, credere oportere Cyrillus ait [c], non ab alio ipſum diſcere; ſed cùm in Patre ſit, omnia Patris, tanquam perfectam eius ſapientiam naturaliter ſcire. Theophylactus etiam in Ioannem [d], Quando audis (ait) quod Chriſtus loquitur, illa quæ audiuit à Patre; ne putes illum indigere vt ſcientiam ab illo diſcat: ſed quia quæcunque ſcit Filius, à Patre naturaliter ſcit, quaſi illi conſubſtantialis; eius gratia dicitur à Patre audire quæ ſcit, &c. Illud autem illuſtre inprimis arbitror beati Auguſtini teſtimonium, quod in Theologiæ ſtudioſorum gratiam, hîcce non granabor appingere: Fatemur & nos (inquit aduerſus Maximinum [e]) Filium ab illo accepiſſe potentiam; de quo natus eſt potens: Patri verò potentiam nullus dedit; quia nullus eum genuit. Gignendo enim dedit poten

a *Serm. 58. in ſymbol.*

b *Serm. 59.*

c *Libr. 1. in Ioan. cap. 4.*

d *Euang. c. 3. ſed & in cap. 18. in iſtud. Ergo Rex es tu* ὅταν ἀκούσῃς ὅτι ζωὴν ἔδωκε τῷ υἱῷ ὁ πατὴρ καὶ κρίσιν καὶ τἄλλα πάντα, ἄλλο νόει τὸ ἔδωκεν ἀντὶ τοῦ ἐγέννησεν αὐτὸν ὥστε ἔχειν ζωὴν οὐσίαν καὶ κρίσιν; καὶ φυσικῶς ταῦτα πάντα πρόσεστι τῷ υἱῷ ἐκ πατρός. *quẽ locum citat doctiſſimus Genebr. lib. 1. de Trin.*

d *Sub initiũ lib. 3.*

tentiam Pater Filio, ſicut omnia quæ habet in ſubſtantia ſua gignendo dedit ei, quem genuit de ſubſtantia. Et aliquanto poſt[a], Omnia ergo quæ habet Pater, dedit ille gignẽdo, accepit iſte naſcendo; nec dando ille amiſit quod habuit; nec iſte, cùm eſſet & non haberet, accepit: ſed ſicut ille permanſit habens omnia, cùm ea quæ habet Filio dederit omnia; ſic iſte nunquam fuit ſine omnibus, quæ non egendo, ſed naſcendo accepit, vt Filius, &c. Ac per hoc dedit ille vitam, quia genuit vitam; accepit iſte vitam, quia natus eſt vita: ſi minor, ſi diſcolor, ſi diuerſa; non ergo quam Pater habuit, hanc dedit Filio. Et poſteà, vbi autem qui dedit gignendo dedit, & qui accepit naſcendo accepit, non inopi ſubuentũ eſt; ſed ipſa copia generata eſt: nec poteſt qui accepit ei qui dedit eſſe inæqualis; quia & hoc accepit, vt eſſet æqualis. Itẽ poſteà, præceptum quoque aut vt homo accepit, aut vt Deus: ſi vt Deus, non hinc oſtenditur minor, quia naſcendo id accepit, non indigendo; in Verbo enim vnico Dei, omnia præcepta ſunt Dei, quæ ille gignens dedit naſcenti; non cùm genuiſſet, addidit indigenti: ac per hoc tantum genuit, quantus eſt ipſe; quia de ſe ipſo genuit verum Filium, & perfectum; genuit plenitudinem diuinitatis, non perficiendam ætatis acceſſu. Et ibidem ad finem eius capitis, Refer nunc te ad Dei filium, de Deo patre natum Deum; qui vtique imperfectus eſt natus, ſi præceptum accepit indoctus: quia verò perfectus eſt natus, præceptum dedit ille gignendo, accepit iſte naſcendo. Nunquam

a *Cap. 14. eiuſdem lib.*

quam enim verus Dei filius indoctus fuit: Filius autem nunquam non fuit. Item alio loco, Si enim tanquam Deo data eſt hæc poteſtas; naſcenti eã Pater dedit, non indigenti; quia gignendo dedit, non augendo. Hactenus ille. Cui aſſentitur diuus Athanaſius [a], cùm ita diſputat aduerſus Arium: Dedit Filio Pater omnipotens, omnipotentiam, maieſtatem maieſtati, virtutem dedit virtuti, prudentiam dedit prudenti, præſcientiam præſcienti; æternitatem æternitati, diuinitatem diuinitati, coæqualitatem æqualitati, immortalitatem immortalitati, viſibilitatem inuiſibilitati, (vbi forſitan inuiſibilitatem legi potius debeat, ob ea quæ ſequuntur, & non aliam, & quantam; præſertim cùm inuiſibilis Patris Filium eſſe inuiſibilem imaginem docuerimus capite tertio) regi regnum, vitam vitæ; & nõ aliam ab ea quam habet, dedit; & quantam habet, tantam dedit: vel ſi qua alia, quæ Pater Filio indiuiſibiliter & inſeparabiliter contuliſſe monſtratur. Sed hæc omnia naſcenti potius, quàm indigenti dediſſe probatur; cui à Filio dicitur, Omnia mea tua ſunt, & omnia tua mea ſunt. Atque in iſta quidem quam diximus (æterna ſcilicet) Filij generatione, Pater vt diuinitatẽ in Filium, ſic dominationẽ contulit, quatenus certè mundi dominatio ſibi omnium auctori competebat. Etenim Tertulliani aduerſus Marcionem [b] iſta ſunt, in hanc rem ſatis expreſſa, vt arbitror: Porrò patri etiam Domini nomen accedere, ob poteſtatem; quod & Filius per Patrem capiat. Ergò Theophylactus quoque [c] illud Ioannis expli

a *In diſputat. contra Arium Laodiceæ habita.*

b *Ex libr. 5.*

c *In Ioan. cap. 3.*

explicans (Pater diligit Filium & omnia dedit illi in manum) iuxta humanitatem inquit: ſi autem & ſecundum diuinitatem, quid hoc? dedit Pater omnia Filio, ratione naturæ, ſed non gratiæ: quoniam & eſſe à Patre habet, meritò & omnia à Patre dicitur habere. Habet igitur omnia Filius tam quæ in cœlo, quàm quæ in terra: dominatur enim omnibus, etiamſi quidam nolint. Hæc ille; quibus illa valde confirmantur, quæ περὶ ἀδιδάκτου σοφίας modò diximus: itémque quod de dominatione breuiter Tertullianus protulerat, illuſtratur ſatis. Cui conuenienter Petrus Chryſologus Symboli Apoſtolici verba iſta explicans [a] (vnicum Dominũ noſtrum) hoc conuenit ad vtrumque (inquit) quia & vnicus Patris eſt, & vnicus Dominus noſter eſt: alij Filij, alij Domini eſſe per gratiam perceperunt; ſolus Chriſtus eſſe filius, eſſe Dominus, habet & poſſidet per naturam. Sanè ad iſtã dominationem quod ſpectat; ita per Patrem capit & Domini nomen, & rem nominis Filius: vt tamen conceſſa Filio, nihilo magis abſceſſiſſe à Patre intelligi debeat: ſicuti nec iudiciũ ipſum, quòd omne Filio dediſſe dicitur, quemadmodum capite viij, declarauimus. Nam vates ille idémque Rex præſtantiſſimus Filium à Patre non diſtinguens, alicubi [b]; Et annunciabũt cœli (ait) iuſtitiam eius: quoniam Deus Iudex eſt. Quamobrem diuus Athanaſius [c] contra Arianos, Non enim quia dedit omne iudicium Filio ſuo, ipſe dominatu ſpoliatus eſt: neque ideo quia dictum eſt, omnia tradita eſſe Filio, ipſe non

a *Serm. 6c.*

b *Dauid Pſa. 49. Deus Deorũ ver. 8.*

c *Orat. contra Arian. in hoc dictum. Omnia mihi tradita ſunt à Patre.*

non præeſt omnibus: ita enim ſegregãt manifeſtè vnigenitũ Dei à Deo à quo inſegregabilis eſt natura. Itémq; diuus Ambroſius [a], Sacrilegium putamus (ait) dicere quod Pater ita iudicium detulit Filio, vt ipſe non habeat: habet enim, nec poteſt amittere, quod habet naturaliter, diuina maieſtas. Vnde nec Dominum filium auferre patri quod Dominus eſt, nec Deum patrem filio quòd Deus eſt; idem ipſe anteà [b] docuerat: quod & à nobis octauo capite huius operis demonſtratum fuit.

a *Lib. 5. de fide cap. 3.*

b *Cap. 2.*

Quâ ſubiectus Deo Patri Chriſtus, aut miniſter, mandatum ab ipſo accipiat, eique obediat: Expoſiti & inter ſe conciliati Theologorum veterum loci. De miſſione Filij & Paracleti, eorúmque ad nos deſcenſu. Patrem non dici miſſum; & caſtigatus obiter Auguſtini locus. Patri Deo ab æquali Filio & conſubſtantiali honorem haberi. Pater quà Chriſto maior; allata Veterum ſententiæ. Filium non ideò minorem aut inæqualem Patri, quòd ei pareat. Nullum in eſſentia vel natura diuinitatis ordinem aut gradum.

EODEM, atque etiam duodecimo capite, filium Dei vnigenitum, adeò verum & perfectum eſſe dixi; vt ſponte atque vltrò paternæ voluntati ſeſe ſubiiciat, morigerúmque in omnibus non quaſi ſeruum, ſed velut obſequẽtiſſimum ac pientiſſimum Filiũ præbeat; qua de re, plenè ſatis ac perſpicuè ad id quod volebã, diſſerui; adiuuando nimirum Hilario, qui Filium Patri ſubiectũ natiuitate naturę ſcripſerat. Cùm autem

auté omnes Hilarij libros mira eruditione conſcriptos, ſanctus Hieronymus ad Lætam, ſine vlla erroris ſuſpicione legi poſſe teſtetur; iſtis verbis; Hilarij libros inoffenſo decurrat pede [a]: nihilominus tamen, vt ne quem ex eo Hilarij dicto ſcrupulum in teneris imperitiorum animis ingenerari atque offenſionem contrahi ſinerem quod in me quidem eſſet; lubens feci, vt illi beati Hilarij ſententiæ, diuum quoque Cyrillũ accedere quodam loco; neque Gregorium atque Damaſcenum, ſi rectè ipſorum verba expenderentur, obſiſtere docerem: præſertim cùm nihil eſſet, quamobrem ab illa tam ſpontanea & libera, quàm naturali erga patrem obedientia filij, detractum aut imminutum quidquam de huius ad omnia ipſi æqualis maieſtate videri poſſit. Cæterùm in Trinitate nihil eſſe ſeruiliés, neque ſubiectum capite 4. De eccleſiaſticis dogmatibus traditur [b], in hanc rem citato à D. Thoma in Summa, 3. part. quæſt. 20. [c] Itaque vnitatem poteſtatis, opinionem iniurioſæ (vt puta ſeruilis) ſubiectionis excludere diuus Ambroſius [d] ſanctè ac piè cum illis tradidit; & filium hominis ſubiectionem, vtique per conditionem carnis, non per maieſtatem diuinitatis agnoſcere [e]. Nam quòd nihil à ſe Filius faciat, hoc per inſeparabilem vnitatem euenire; quoniam nihil vult, quod Pater nolit (quod vtique non infirmitatis, ſed vnitatis eſt) idem ille præſtantiſſimus Theologus antea [f] docuerat: nihil

a *Hoc deſumptum ex lectione ad B. Hilarij feſtũ 14. Ianuar. in Breuia. Rom.*

b. *Qui liber extat inter opera Aug. tõ. 3.*

c *Art. 1. arg. 1 in cuius ſolutione. Chriſtũ ſecundum humanam naturam dũtaxat patri ſubiectũ eſſe intelligẽdum definiuit, vt & in ſolutione. 2. arg. In ipſa autem eiuſdem articuli concluſ. Chriſtũ Deo patri ſubiectũ fuiſſe ſecundum bonitatem, ſeruitutẽ & obedientiam.*

d *Lib. 5. de fide cap. 6. & 7. vbi ex profeſſo hac de re & ſtrictim c. 1 lib. 4.*

e *Videſis Auguſt. in 1. de Trin. cap. 7. & Athan. diſpu. contra Arium Laodicena. fol. 528.*

f *Lib. 4. de fide. cap. 3.*

enim

enim conſiliarium Filium facere, quod cum Patris non conueniat voluntate; & vt ſcias quia ſemper auditur à Patre (ait) non quaſi ſeruus, nec quaſi Propheta, ſed quaſi Filius; & ego (inquit) ſciebam, quia ſemper me audis. Tale illud eſt, quod in ſanctiſſima Trinitate idem alibi definit,[a] nullum ſecundum; quia quod vult facit, non quod imperatur: & quod Cyrillus[b], ſanctum Spiritum non ſubditi modo miniſtrare ſanctificationem creaturæ, neque quaſi ab alio datam; ſed eam per ſeipſum, in nobis operante Deo, vt per Spiritum. Quòd ſi non eſt miniſter Patris, aut ſubditus ei Spiritus; qui tamen à Filio procedit pariter atque à Patre; multò minus erit Filius Patris miniſter, aut ei ſubditus dicendus: Sanè licet non ſubditi ſeruuli in morem, aliquo tamē modo Patri miniſtraſſe Filium in creatione mundi, atque adeò ipſius hominis, cum Clemente noſtro fatendum eſt; & cum Tertulliano itidem; qui aduerſus Marcionem[c], Igitur cum cognoſcendo (inquit) Deo hominem proſpexiſſet, bonitas Dei ipſius adhibet operi bono optimum etiam miniſtrū, ſermonē ſuum. Quin & in apparitione Patriarchis facta, de qua in vetuſti fœderis hiſtoria legitur; ὑπηρετῆσαι, hoc eſt miniſtraſſe, vel obſequutum Filium Patri, non ſemel à Iuſtino Martyre in dialogo aduerſus Tryphonem traditur: cùm ait, ὅτι οὗτος ὁ ὀφθεὶς τοῖς πατριάρχαις λεγόμενος Θεὸς, καὶ ἄγγελος, καὶ Κύριος λέγεται, ἵνα καὶ ἐκ τούτων ἐπιγνῶτε αὐτὸν ὑπηρετοῦντα τῷ τῶν ὅλων πατρὶ, ὡς ἤδη συνέθεσθε. Et poſtea, καὶ μετέπειτα Κύριον αὐτὸν ὄντα καὶ Θεὸν σημαίνων, τὸν

αὐτὸν

a In de inſt. virg. cap. 10.

b In lib. quod ſpiritus ſit Deus, vide & lib. 10. in Ioā. cap. 6.

c Lib. 2.

αὐτὸν λέγει, ὃν καὶ διὰ πολλῶν τῶν λελεγμένων ὑπηρετοῦντα τῷ ὑπὲρ κόσμον Θεῷ· ὑπὲρ ὃν ἄλλος οὐκ ἔστι, σημαίνει. Et aliquanto poſt, *ὅτι γὰρ Ἰησοῦς ἦν ὁ Μωσεῖ, καὶ τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἁπλῶς πατριάρχαις φανεὶς, καὶ ὁμιλήσας, τῷ τοῦ πατρὸς θελήματι ὑπηρετῶν, ἀπέδειξα.* Verumtamen quod miniſtraſſe Patri Filium in creatione mundi traditur; idem Cyrillus miniſtrationis nomini non ita inhærendũ admonet [a], vt ſeruum pro libero, & cultorem pro Domino eum ſomniemus; quin potius amouendam longiſſimè in eo quod per Filium Pater operatur, à ſimplici ac vniformi diuinitate, illius quæ in miniſtris eſt humilitatis ſuſpicionem: operari enim Patrem, vt propria virtute vtentem Filio, & viuificare; nec alia quàm illum, ſecundum quod eſt Deus ex Deo, & in Deum naturaliter: licet vtrique accidat in exiſtentia propria intelligi. Ac præclarè Damaſcenus [b] iſtud ipſum explicans, *λέγομεν τὸν πατέρα πάντα ὅσα ποιεῖ διὰ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ υἱοῦ ποιεῖν, οὐχ ὡς διὰ ὀργάνου λειτουργικοῦ, ἀλλὰ φυσικῆς, καὶ ἐνυποστάτου δυνάμεως, καὶ ὥσπερ λέγομεν τὸ πῦρ φωτίζειν, καὶ πάλιν φαμὲν τὸ φῶς τοῦ πυρὸς φωτίζειν, οὕτω πάντα ὅσα ποιεῖ ὁ πατὴρ, ὁμοίως καὶ ὁ υἱὸς ποιεῖ. ἀλλὰ τὸ μὲν φῶς οὐκ ἰδίαν ὑπόστασιν παρὰ τὸ πῦρ κέκτηται. ὁ δὲ υἱὸς τελεία ὑπόστασίς ἐστι τῆς πατρικῆς ἀχώριστος ὑποστάσεως,* &c. Et adiicit, *ἀδύνατον εὑρεθῆναι ἐν τῇ κτίσει εἰκόνα ἀπαραλλάκτως ἐν ἑαυτῇ τὸν τρόπον τῆς ἁγίας τριάδος παραδεικνύουσαν.* Rurſum quod ex Tertulliano, non Patrem, ſed Filium à Patre ad nos miſſum Scriptura ſacra contineri admonuimus: hoc idem Cyrillus ita explicat eodem libro; morem eſſe diuinæ Scri-

a *In altero libro de recta fide ad regin.*

b *Lib. 1. de fide orth. ad finem cap. 9. Vide & lib. 4. cap. 19. ſub initium.*

pturæ, talibus etiam interdum vti vocibus, & non locis atque circumſcriptionibus diuinam & cœleſtem ſubiicere naturam: nouit enim eam eſſe incorpoream & incircumſcriptam, & alienam ab his imaginationibus locorum; ſed potius tentat nobis (ait) ea quæ ſuper mentem noſtram ſunt, humanis vocibus ſignificare: quia & ipſe Saluator dicebat mittere ſe ad nos Paracletum, quamuis ſanctus Spiritus omnia impleat: Spiritus enim Domini (inquit) repleuit orbem terrarum. Non abſimiliter filium Dei vt Deum deſcendere de cœlo, diſpenſatiuè ſcilicet propter nos, miſſúmque eſſe à Deo, & Patre (quamuis omnia impleat) non dimittendo quod erat natura Deus, ſed aſſumendo magis id quod non erat; ille ipſe ibidem [a] poſtea ſcribit. Verbum denique Dei prodiens in humana forma, eſſe appellatum Apoſtolum; miſſum enim eſſe, vt prædicet captiuis remiſſionem, & cæcis viſum [b]. Neſtorius quidem humanitatem miſſam dicebat (meram ſcilicet vt opinor) Catholici verò diuinitatem (fortaſſe incarnatam, vt adhuc ſentio, aut certè illicò incarnandam) id quod ex illius quaternione quarto in beati Cyrilli opera relato, manifeſtum eſt. Sic accipe quod diuus Athanaſius, primùm à Patre Filium mitti, & tum demum naſci ex fœmina; & miſſioni à Patre ſuccedere natiuitatem eiuſdem è fœmina ſcripſit, in ſermone de ſanctiſſima Deipara [c]. Et adiicit; Iam inde & ipſe incarnatus de ſeipſo ſuis verbis confitetur; Miſſus ſum à Patre (inquit) & miſit me Pater; eadem multis ſermonibus conteſtata

a *Vbi de obedientia Christi.*

b *Cyril. ibidē in cap. de eo quod Christus in virtute Patris ex mortuis reſurrexiſſe dicitur.*

c *Vbi videto ex Eſaia cap. 42. & 48. & Zach. cap. 2.*

teſtata

teſtata reddidit : ergo non vt homo miſſus eſt, ſed vt Deus & homo filius à Domino Patre,&c. Deus itaque filius verbum ſcilicet, itémque Paracletus & miſſus eſt, & deſcendit, circa ipſam è Spiritu ſancto conceptionem filij in beatæ Mariæ ſemper virginis vtero : ſolus quippe Pater, non legitur miſſus(Auguſtino teſte)[a] :quoniam ſolus non habet auctorem à quo genitus ſit, vel à quo procedat : & ideò non iam(ſic lego pro nulla)propter naturæ diuerſitatem quæ in Trinitate nulla eſt ; ſed propter ipſam auctoritatem, ſolus Pater non dicitur miſſus. Eadem ratione cùm Deus pater gignens, & Deus filius genitus coæterni ſint ; quia tamen iſte eſt de illo,non ille de iſto, ideò(inquit idem auctor[b]) & mandatum accepit à Patre, cùm mandatum ipſe ſit Patris ; & docet eum Pater, cùm ipſe ſit paterna doctrina: ſic enim accepit à Patre vitam, cùm ſicut Pater ipſe ſit vita ; ita eſt & Patri ſimilis, vt in nullo ſit diſſimilis. Igitur vt mittitur ; ita mandatum Filius, quà verbum eſt, à Patre videtur accipere. Quin & cùm Ariani creaturæ conditione ſubiectum Deo Chriſtum dicerent ; Catholicos, Patris vel Filij nomine ſubiectũ exiſtimaſſe Phœbadius epiſcopus memorat,aduerſus Arianos ita ſcribens ex ipſorum quidem opinione; Subiectus deinde Patri filius dicitur(à vobis, Arianis ſcilicet)nõ tamen vt Filius Patri, ſed vt ſeruus domino ; cùm legamus ſeruum heredem eſſe non poſſe. Denique cum omni creatura ſubiectus Deo refertur ; inuiſibilis, immortalis Pater nunciatur, vt ſcilicet in

a *Contra ſer. Arianorum. cap.4.de miſſione duplici vide Petri Lõbard.lib.1. Sent.diſt.15.*

b *Contra ſer. Arian.c.34.*

contrariis eorum Filius iaceat: ſubiectum enim Patri Filium, non Patris vel Filij nomine, vt ſancta & catholica dicit Eccleſia; ſed (vt ſuprà diximus) creaturæ conditione profitemini. Hactenus ille. Quibus ex locis non iniuria quiſpiam, velut ex ἀντιδιαστολῆς colligat, ſenſiſſe Phœbadium, dici Filium Patri ſubiectum, non vt creaturam (quod Ariani prædicabant, talem exiſtimantes Filium) ſed vt filiū Dei & ipſum Deum, Patris inquam & Filij nomine; quod Eccleſiam catholicam dicere oſtendit. Verius tamen eſt (niſi fallor) non in hoc reprehenſos Arianos à catholicis, aut ab ipſis diſceſſiſſe, quòd Chriſtum quà creaturam, hoc eſt hominis filium Deo ſubiectum eſſe dicerent, (nam & hoc admittunt Catholici, ſicuti ex Ambroſio & Auguſtino diximus) ſed quòd Chriſtum verum Dei filium negarent Ariani, aſſerentibus contrà Catholicis. Etenim Arius Filium de Patre natum eſſe ſono tantummodò vocis, & ſimulata verborum confeſſione, non veritatis profeſſione confidebat (teſte Athanaſio [a]) dum eum à paternæ naturæ ſubſtantia ſeparabat; & conditione naturæ, non diſpenſationis ratione, Patri ſubiectum affirmabat; quemadmodum idem Athanaſius tradit; Catholici verò cū ipſo Athanaſio, Chriſtum filium Dei in forma ſerui quam aſſumpſit ex Virgine, Patri dici eſſe ſubiectum. Illum itaque dici eſſe ſubiectum, qui ſub legē ex muliere dicitur generatus, & in ea forma minorem indicat Patre, quam aſſumpſit ex Virgine. Nam in forma Dei patris Angelicus ei chorus probatur præbuiſſe

[a] *In diſputatione contra Ariū Laodiceæ habita, ſub initium in fol.518.& 528.*

præbuiſſe miniſterium. Filium igitur Dei & ipſum Patri ſubiectum, propter vnionem duarum in Chriſto naturarum hypoſtaticam; non tamen quà Dei filium ac Verbum, ſed quà hominem omnino rectè profitebantur: quà etiam iuſſis Patris obtemperaſſe Filium videtur aduerſus Arianos Auguſtinus[a] accipere; quo loco, iuſſui verò obaudiiſſe Filium antequàm acciperet carnem, vnde iſti exiſtiment neſcio: an accipere carnem iuſſus eſt, vt hoc videatur feciſſe iuſſus, quod fecit miſſus? &c. Atque hinc intelligant, quia non Patris iuſſio, tanquam ſuæ non fuerit poteſtatis compulerit, ſed ſemetipſum exinaniuit. Quibus verbis miſſum ſentit rectè dici, nondum incarnatum, ſed non iuſſum; item non obtemperare. Quod ſubtilius equidem eſſe fateor, quàm vt omnino à me poſſit diſpici; cùm ex eodem Auguſtino, mandatum à Patre Filium accepiſſe quà Deum, antea dixerimus: niſi quod ab ipſo Auguſtino alibi[b] ſic ſcriptum etiam recordor, Quia natura diuinitatis æquales ſunt, æqualiter ſe inuicem diligunt: facit autem Filius ſicut homo mandatum Patris; nam ſicut Deus ipſe eſt mandatum Patris, quia ipſe eſt verbum Patris. Verumtamen Anaſtaſius libro primo de rectis dogmatis fidei noſtræ; Filio mandatum à Patre datum ait, non quaſi mancipio ſeruituti obnoxio; ſed tanquam ei qui ſecum eſt compatis naturæ, ſimúlque Deus: & de ſancto Spiritu (inquit) idem ſentimus; in Trinitate enim ſeruile eſt nihil, nihil item creatum. Sed rurſum ne miſſum quidem eſſe Filium aliter quàm

a *Contra ſermonem Arianorum. cap. 4.*

b *Lib. 3. cōtra Maximinum. cap. 24.*

ſecundum carnem, non obſcurè diuus Ambro-
a Cap. 4. ſius libro de Fide quinto [a] ſignificat. Vtut ſit, in hac veterum controuerſia, nihil eſſe periculi video, ſi Cyrilli ſequamur opinionem; exiſtimantis, vt eo quem ſermone duodecimo expreſſimus loco, ita etiam ad finem libri quinti de Trinitate, obedientiam Filij nihil æqualitati ſubſtantiæ ac naturæ derogare: vbi hoc etiam adiicit, ſemper ſcopum eſſe Filio Patrem honorare, quia & ex ipſo ſecundum naturam eſt, æqualíſque & ſimilis per omnia, & nullo modo minus habens. Honorem quidem haberi à Filio Patri, quem hactenus maiorem ipſe Chriſtus dixerit, qui tamen haudquaquam ideò minoraretur; atque adeò quà Deus, Deíque filius, & Patri conſubſtantialis (nam quà homo, & Angelis minor
b Pſal. 8. Domine Deus noſter. verſ. 6. eſſet, iuxta vaticinium Dauidicum [b]) à diuo Baſilio aduerſus Eunomium [c] traditur ſic ferè:
c Lib. 4. τιμὴν τοίνυν μᾶλλον τὸ ῥηθὲν υἱοῦ πρὸς πατέρα, οὐκ ἐλάττωσιν τοῦ εἰπόντος δείκνυσιν, &c. Et poſtea, ὥστε εἰ καὶ μείζων ὁ πατὴρ λέγεται, οὐκ εὐθὺς καὶ οὐσίας ἑτέρας. καθόλου δὲ τὰ συγκριτικὰ ἐπὶ τῶν ὁμοουσίων, καὶ οὐκ ἐπὶ τῶν ἑτερουσίων λέγεται: μείζων γὰρ ἄνθρωπος ἀλόγου οὐ κυρίως λέγεται, οὐδὲ ἄλογον ἀψύχου· ἀλλ᾽ ἄνθρωπος ἀνθρώπου, καὶ ἄλογον ἀλόγου. ὁμοούσιος οὖν ὁ πατὴρ τῷ υἱῷ, κἂν μείζων λέγηται. Nam quod diuus Athanaſius in
d Sub initiũ. ſermone de ſanctiſſima Deipara [d], Patrem quatenus eſt auctor geniti, Filium vt genitum ſub ſe habere; item Filium ſuum ſtatum habere ſub Patre ſcribit: hoc aliò pertinet, quàm vt inde vel minorem Patre Filium, vel cum Patri ſubiectum colligere meritò quis poſſit: cùm ibi

Athanaſius de notatione ſeu etymo hypoſta-ſeos agat, cuius vocabuli interpretatione id quod ſubſiſtit deſignari ait, hoc eſt quod quaſi ſecundo ordine conſiſtit;& præpoſitionum iſta-rum ὑπὸ & πρὸς ſub & apud, eandem vim eſſe: atque ita Filium ſub Patre & apud Patrem eſſe, vtpote non ab eo ſegregatum, ſed ſemper exi-ſtentem apud Patrem; neque aliam voluntatem ſeorſum à Patre ſuo poſſidentem, neque aliam poteſtatem, neque aliam operationem, immò nec diuerſam ſubſtantiam obtinere. Præterea quod orthodoxus apud ipſum Athanaſium alio loco [a], Patrem Filio maiorem prædicat, non di-gnitate, tempore, aut natura, ſed vt Patrem Filij incarnati; per incarnationem verò Filium mi-norem eſſe etiam Angelis ſecundum Apoſto-lum, οὔτε ὄγκῳ, οὔτε φύσει, ἀλλ' ὡς πατέρα τοῦ ἐνανθρω-πήσαντος. διὰ δὲ τὴν ἐνανθρώπησιν, καὶ τῶν ἀγγέλων ἠλαττῶσθαι αὐτὸν, λέγει ὁ ἀπόστολος, aliò ſpectaſſe vi-deri poſſit, vt propter incarnationem per quam diuinitas Filij noſtræ carni vnita eſt; & διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, propter illam quæ eſt ſecun-dum hypoſtaſin vnionem, (cuius & Iuſtinianus noſter alicubi [b] commeminit) Pater incarnati Filij ſit maior ipſo dictus, non quà Filius iſte ſit, ſed quà forma ſerui, hoc eſt carnem huma-nam aſſumpſerit: ſecundum quam & honorare Patrem exiſtimandus eſt. Nam & aliquanto poſt ſubiicit, μείζονα τὸν πατέρα λέγει, μορφὴν δούλου λαβὼν καὶ τιμῶν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, qui formam ſerui acceperat, & honorabat Patrem ſuum, maio-rem Patrem dicebat. Cæterùm Patre Filium

a *Dialo.8.de Trin.*

b *In edicto de fide adiuncto conſtitutioni eiuſdem Imperatoris, l. inter claras. C.de ſum.Trinit. & fid. cath.*

nullo modo minorem eſſe quà Deum, & niſi quà homo eſt; prędicare nos cum diuo Cyrillo [a] conuenit: iuxta illam Athanaſianam fidei confeſſionem [b], cui ab Eccleſia catholica receptæ omnino ſtandum eſt. Itaque quamuis Phœbadius [c] epiſcopus, poſt aſſertam aduerſus Arianos Patris & Filij æqualitatem, poſtea Patrem quodammodo maiorem dixerit, ſic ferè: Meritò maior, quia ſolus hic auctor ſine auctore eſt; &, meritò maior, quia non ipſe deſcendit in Virginem: quæ videtur fuiſſe Tertulliani ſententia, quam & capite decimo attulimus; ſed & aliorũ aliquot veterum (ſicuti capite illo adnotaſſe me recordor) atque in his Gregorij Bætici (qui in libro de Fide, Patrem maiorem de ſacramento ſolo generationis tradit; hac ratione adpoſita, perfectus enim exiſtens, perfectum genuit) etſi
„ ergo quà Deus Deo æqualis eſt, Filius tamen
„ quà Filius, minor dicitur Patre, id eſt quia Filius
„ de Patre ſit: attamen Baſilius ille, quo ante diximus loco, maiorem Filio Patrem & quà auctorem negat; licet à Filio ſic honoris cauſa vocatus fuerit: *τὸ μεῖζον* (ait) *ἢ μεγέθει, ἢ χρόνῳ, ἢ ἀξιώματι, ἢ δυνάμει, ἢ ὡς αἴτιον μεῖζον λέγεται*. Et ſtatim, cur maiorem dici Patrem *ὡς αἴτιον* neget, hanc rationem ſubiicit; *ἐπεὶ ὁμοίως καὶ αὐτοῦ, καὶ ἡμῶν μείζων, εἴγε αὐτοῦ καὶ ἡμῶν αἴτιος*: de qua hîc amplius quærendum non video. Illud dico, æqualitatem perſonarum in ſanctiſſima & indiuidua Trinitate ab ipſis Filij, ſanctíque Spiritus proprietatibus (per quas & inuicem & à Patre diſtinguuntur) minimè conuelli; proinde nec à

ſpon

a *Quem vide hac de re agentem ex profeſſo libr. 10. in Euang. Ioan. cap. 9. & lib. de recta fide ad Theod.*

b *Præter quã video quæ hac ipſa de re Athanaſius tradit in diſput. contra Arium Laodiceæ habita. fol. 527.*

c *In lib. adu. Arianos.*

ſpontanea Filij ſubiectione, hoc eſt amore, honore, obedientia, quibus Patrem vt Filius vnigenitus proſequitur: quemadmodũ allata beati Cyrilli auctoritate modò dicebamus, ac decimo etiam huius libri ſermone plenius demonſtratum fuit. Huc illud diui Auguſtini pertinet [a], Iam quantumuis obſequatur Deo patri Deus filius (quoniam video te non intelligere, quanta ſit illa in generatione geniti, & generatoris æqualitas) nunquid & hominis Filij, quoniam intolerabile in vobis; quia de obſequio Filij diuerſam vultis probare ſubſtãtiam Patris & Filij. Proinde ſi admittit ratio veritatis, vt æquali Patri Filius obſequatur æqualis; non negamus obſequium: ſi autem per obſequium, minorem natura vultis credere; prohibemus: nullo enim modo Deus pater, vt habere vnici Filij poſſet obſequium, vellet denegare naturam. Iſtud Lactantij [b] denique, quo ea confirmantur itidem, quæ de obedientia & obſequio Filij verbi in Patrem, ſermone duodecimo tradita fuêre: Sed hic mundus (inquit) vna Dei domus eſt, & Filius ac Pater qui vnanimes incolunt mundum, Deus vnus eſt, quia & vnus, tanquam duo; & duo tanquam vnus. Neque id mirum, cùm & Filius ſit in Patre, quia Pater diligit Filium, & Pater in Filio, quia voluntati Patris fideliter paret; nec vnquam faciat aut fecerit, niſi quod Pater aut voluit aut iuſſit. Quod ipſum ita volumus accipi, vt videatur quidẽ nobis hominibus, & humanum in morem de Deo loquentibus, quà in eius vnitate tres perſonæ ſunt, parêre Filius Patri:

a *Cap.18 lib. 3. contra Maximin. vide & cap.14.*

b *Lib.4. diu. Inſtit. cap.29.*

cùm tamen & ſingulæ perſonæ vnus Deus, & tres perſonæ non dij plures, ſed vna diuinitatis eſſentia, natura, ſubſtantia (vt ſæpè iam [a] dictum eſt à nobis) & in hac maieſtas, & voluntas vna & eadem exiſtimari debeat; quin & communis operatio, & vnitas poteſtatis eſt, (quemadmodum beatus Ambroſius definit [b]) vt ſine Patre nihil Filius faciat, nihil niſi quod placeat Patri: quia vna voluntas, vna ſententia eſt, (quod idem ipſe alibi ſcribit [c]) vna eſt vera charitas, vnus operationis effectus. Quamobrem nec verè imperat Pater, nec verè obſequitur Filius, quà Deus; ſed ita, perſonas eorum vt diſtinguamus, humana quadam ſpecie loquimur. Cætetùm in diuinitate nullus ſecũdus, (beato Ambroſio teſte [d]) quia quod vult facit, non quod imperatur. Vnus ergo pater Deus, & vnus Dei Filius; vnus & vnus, quia non duo dij: vnus Filius, quia cum Patre vnum eſt, &c. Et ſtatim, Vnus itaq; Deus, vnum nomen, vna diuinitas, vna maieſtas. Nullus ergo ſecundus; quia principium omnium Trinitas eſt, & Trinitatis primatus ſuper omnia eſt. Ergo vnus, & non eſt ſecundus; vnus eſt qui ſecundum non habet, quia vnicus, ſolus ſine peccato, ſolus ſine adiutorio, &c. Et alio loco [e], Faceſſant ſacrilegæ commenta diſcretionis, vbi vnitas poteſtatis eſt: neſcit hunc ordinem fides, neſcit diſcretum Patris, & Filij honorem; non legi, non audiui, nec aliquem in Deo inuenio gradum, nuſquam ſecundum, nuſquam tertium Deum legi; primum legi, primum ac ſolùm audiui. Ergo in Trinitate ſanctiſſima præter nominum,

a *Vide quæ ſcripſi c. 10. et 12. Vide & Athan. in dial. de ſanct. Trin. 1. & 3. & in ſermo. de ſanctiſsima Deipara ſub initium. in fol. 401.*

b *Epiſt. 20. lib. 5. Vide & Cyril. lib. 10. in Ioan. cap. 13. & Athan. in ſupra dicto ſerm.*

c *Amb. lib. 4. de fide. cap. 3.*

d *Cap. 10. de inſt. virgin.*

e *Libr. 5. de fide. c. 5. & 6.*

num, id eſt perſonarum omnem aliam diſtinctionem, (ſicuti noſter ille, quem iam ſæpius appello, Cyrillus admonet [a]) recuſandam; nec quicquam intereſſe aut intermediare [b], quod alterum ab altero ſeparet, cenſeamus. Non enim imperare (inquit ille) nec tanquam ad ſeruum aut miniſtrum dicere, fac hominem; ſed vt cùm indiuiſibiliter & ſecundum naturam cõiunĉto, (dicam enim humano more) colloqui ac deliberare: non antecedens quidem, cùm aliquid intelligat, cognitionem Filij, ſed ſicuti mens indiuiſibiliter impreſſo & inſito verbo ſemper manifeſtus. Tum deinde adiicit vir ille pius, quod animo altè inſigendum iudico: Semper autem ſeparari à diuinis in infinitum exempla, atque ſimilitudines iſtas credendas eſſe; has nimirum quæ ſcilicet ab hominum more deductæ ſunt, ſecundum quem Scripturarum ſacrarum *auctor Spiritus, imbecillo ſe captui noſtro accommodans, loquitur. Ideò vt illam Patris & Filij vnitatis ſubſtantiam pleniùs noſceremus, quædam nobis diuinæ Scripturæ rerum viſibilium exempla poſuerunt; quibus nos ad inuiſibilium intelligentiam religioſius prouocarẽt. Nam paterni luminis ſplẽdorem, & bonitatis eius imaginem Filium poſuêre; non quod ad res diuinas metiendas corporaliũ ſatisfaciant exempla ſpecierum: ſed quia ineffabilis illa natura exprimi non potuit, quædam ex his quæ vidẽtur, ſimilitudinis proferũtur teſtimonia; quemadmodum diuus Athanaſius [c] etiã docet. In iſto deniq; Trinitatis ſacramento, cùm tres vnũ ſint, & hi tres

a Lib. 1. in Ioannẽ cap. 5.

b Hæc ſunt à Cyrilli Latino interprete, quæ immutare non ſum auſus, licet parum Latina, cum Græcum Cyrilli codicẽ non habeam.

c In diſputa. contra Ariũ Laodiceæ habita.

vnus

vnus Deus ſibi æqualis & ſimplex; ſi quo alio modo iſta ſacramenti tanti profunditas, quæ in Ioannis epiſtola legitur, exponi atque intelligi poterit ſecundum catholicam fidem; quæ nec confundit nec ſeparat Trinitatem, nec abnuit tres perſonas, nec diuerſas facit eſſe ſubſtantias: nulla ratione (ſicuti B. Auguſtinus [a] prudenter ſenſit) reſpuendum eſt. Quod enim (inquit ille) ad exercendas mentes fidelium, in Scripturis ſacris obſcurè ponitur, gratulandum eſt; ſi multis modis non tamen inſipienter exponatur.

[a] *Libr. 3. contra Maximin. cap. 32.*

De ingeniti nomine. Item confirmata loci apud Proclum emendatio. Athanaſij lectio in dubium vocata. Gazæi correcta interpretatio.

DVODECIMO capite quod circa τὸ ἀγέννητον diximus, non intellectum Damaſceni locum à diuo Thoma videri, hoc ſatis ex Damaſceni verbis quæ ibi trãſcripſimus, apparet. Non negamus tamen, τοῦ ἀγεννήτου per ν vnicum ſcripti duplicem, iuxta ipſum diuum Athanaſium, ſignificationem eſſe: alteram, vt oſtendat τὸ ἀγένητον, quod non eſt genitum, quod ortum non habet, vt Cicero loquitur; alteram τοῦ ἀκτίστου μὴ πεποιημένου eius quod factũ quod creatum non eſt. Illud intereà dicimus, vix eſſe, vt apud alios quàm Theologorum libros Ingenitum negatiuè poſitum reperiatur; deinde Ingeniti vocabulum Latinis non eſſe ambiguum: nec enim ipſo id quod infectum, quod increatum eſt, deſignari; ſed quod non eſt genitum, quod ortum,

quod

quod natum non eſt, τ͂ ἀγεννήτου itidem per geminum ν. vna eſt non generati ſignificatio; nõ etiam non facti. Tum quod eo ipſo capite monui emendandum eſſe Procli [a] ad Armenios locum, vt pro ἀράστως quod nihili eſt, vel ἀῤῥήτως reponatur, quomodo viſum interpreti; aut potius ἀοράτως, vel ἀῤῥεύστως: prius illud quod interpres reſtituerat, firmari poſſe diui Athanaſij [b] auctoritate haud dudum comperi; cuius ex Dialogo de Trinitate primo iſta ſunt, πιστεύω ὅτι καὶ υἱὸς γεννᾶται ἀῤῥήτως καὶ ἀπαθῶς, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεται ἀῤῥήτως καὶ ἀπαθῶς: vbi ἀῤῥήτως nihil aliud ſignificat, quàm quod ineffabiliter Latinis verbis ab Athanaſio [c] ipſo (vbi de iſta æterna verbi generatione agebat aduerſus Arium) eſſe prolatum didicimus; Aggredior ipſius opitulatione munitus (inquit) Filium de Patris ſubſtãtia ineffabiliter natum eſſe, diuinis oraculis approbare, &c. Poſterius autem illud, quod à nobis eſt ἀῤῥεύστως: quódque Athanaſius ipſe forſitã ſcripſerat, vt è coniunctione τοῦ ἀπαθῶς equidem ſuſpicor καὶ γὰρ τὸ πάθος ἡ ῥεῦσις; vt mittam, quod auctoritate Theodoreti ſtabilitum capite iſto indicauimus; firmari mirum in modum arbitramur, hoc Iuſtini Martyris teſtimonio; quo Filium ex Patre genitum, vt lumen de lumine oſtendit, ſecundum quod Nicæno Symbolo cõtinetur: ἡ δὲ πάλιν φῶς καὶ τὸ γεννώμενον, ἀπαθὴς ἡ γέννησις ἂν εἴη. οὐ γὰρ κατὰ τομὴν ἢ ῥεῦσιν ἢ διάστασιν τοῦ φωτὸς, ἡ ἔκλαμψις γίνεται; ἀλλ᾽ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἀπαθῶς προέρχεται. Nam quid eſt aliud, τὴν ἔκλαμψιν τοῦ φωτὸς ἐν τῷ Θεῷ οὐ κατὰ ῥεῦσιν γίνεσθαι, quod Iuſtinus

a Cuius iſta ad Armenios epiſtola citatur ab ipſo Iuſtiniano ad Epiphan. in li. 7. γνώσκειν ad finem C. de ſum. Trin. & fid. Cathol.

b Quem videto orat. 2. aduerſ. Arianos fol. 96. vbi de multiplic. τ͂ ἀγεννήτου ſignificatione. tom. 1. & in ſynodi Nicænæ decret. tom 2. fol. 247. 248. 249. & in de ſynod. Arimi. & Seleuc. fol. 338.

c In diſput. cõtra Arium. Laodiceæ habita fol. 527.

dixit: niſi quod Proclus τὸν υἱὸν ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ Θεοῦ ἀῤῥεύστως ἐκλάμψαι; Qua de re Petrus Chryſologus ſermone 62. breuiter ac eruditè, vt ſolet omnia; Non ergo conceptione temporum, non paſſione viſcerum, ſed Pater Filium generat, nobis dum reuelat. Æneas itidẽ Gazæus in Theophraſto, neque verò paſſus eſt quicquam generando, quippe qui nec aliqua neceſſitatis vi, nec aſſumpto generationis conſorte (quanquam non eſſet quiſquam alius) neque exhauſta per hoc ſua potentia generauit: ſemper enim in ſe eum quem genuit, totum in toto replentem & repletum habet. Sed auctoris verba ipſa græca in quæ nũc nuper [a] incidi, iuuat proponere ἀεὶ γὰρ τοῦ λόγου καὶ σοφίας πατὴρ, οὐ πάθει γεννήσας. οὐ γὰρ ἐξ ἀνάγκης. οὐδὲ συναίτιον τῆς γεννήσεως λαβὼν. οὐ γὰρ ἦν ἄλλο. οὐδὲ ἑαυτὸν τῆς δυνάμεως κένωσας· ἀεὶ γὰρ ἐν ἑαυτῷ ὃν τέτοκεν ἔχει, ὅλον ἐν ὅλῳ πληροῦντα καὶ πληρούμενον. ex quibus in Latina Ioannis Vvolfij ſuperius allata interpretatione, pro Quanquam, apparet Quoniam reponendum eſſe.

[a] *Poſt priorẽ editionem.*

Ἀνενδεῆ filium ut patrem Deum. Theophili Antiocheni reſtitutus locus, Clementis Romani ſententia circa illam ἀνενδεοῦς tributam Patri appellationem explicatur. Figuratè per extenuationem dictus ſine Domino, ſine rege Deus & item liber.

PRÆTEREA illo ipſo cap. 12. & vltimo περὶ ἀνενδεοῦς καὶ ἀβασιλεύτου quæ de ſummo & omnipotente Deo, non ſatis magnificè, ſed κατὰ λεπτότητα proferuntur; quòd eum longè aptius tantá

tantáque maieſtate dignius (vt videtur) αὐτάρκη καὶ βασιλέα βασιλέων appellaturus fuerat Clemens Romanus, quíque hunc ſequuti non pauci ex veteribus; agitata quæſtio eſt, vtrùm ad Filij diſtinctionem à Clemente Patri aſſignentur. Iam quidem diſerta diui Auguſtini verba quæ ſuperiùs [a] attuli, eſſe ἀνενδεῆ Filium, id eſt nullius indigum rei, iam inde ex eo quod natus eſt Dei filius, comprobant ſatis: & ſanè ſi eſſet vllius rei ἐνδεὴς, verè Deus non foret, nec Patri coæqualis; qualem nos Chriſtiani, Catholici & orthodoxi, iure meritóque profitemur & credimus. Sanè ipſam in Deo eſſentiam eſſe ἀνενδεῆ, in explicatione fidei orthodoxæ per Anaſtaſium & Cyrillum his verbis oſtenditur: Τί ἐστιν οὐσία; πρᾶγμα αὐθύπαρχον, μὴ δεόμενον ἑτέρου πρὸς τὴν ἑαυτοῦ σύστασιν. Prætereà idem alibi Cyrillus eum qui verè & natura Deus eſt, rem quandam intelligi fortiſſimam, & per ſe perfectam, & ad omnia ſua nullius indigentem; fontem omnis & originem boni tradidit [b]: Filium à Patre neutiquam diſtinguens, vt minimè debuit. Idem alio loco [c], Chriſtum quà Verbum Dei filium ἀνενδεῆ fuiſſe, vt ne Patre quidem ipſo eguerit; apertiſſimè demonſtrat: Nunquid & ipſum Verbum ex Deo natum (inquit) opus auxilio habuiſſe dicimus? Sed id valdè ſtultum foret dicere; dominatur enim cum Deo & patre; & firmat quidem cœlos cum ſuo Patre, Domi-

a Adn. ad ca. 10. vbi περὶ αὐτοδιδάκτου σοφίας.

b Libr. 4. contra Iulianum. Videto etiam libr. 1. vbi vnius & boni, Deo tribuendam præ cæteris appellationẽ qua circa ipſum ſimplicitas ac per hoc ſufficiẽtia deſignatur, Ethnicos etiã Philoſophos Platonem ac Porphyrium ſenſiſſe: nullo enim opus habere Deum, nec partibus, nec ſubſtantia, nec virtutibus, nec efficacia, ſed eſſe ipſum omniũ horũ auctorẽ Deum, videto etiam D. Athan. orat. contra Arian. in hoc dictum, Omnia mihi tradita ſunt à Patre tom. 1.

c In altero libr. de recta fide ad Reg. vbi ex Matth. 27. illud explicat, Deus meus vt quid dereliquiſti me.

nus vero virtutum nominatur & eſt ſecundum veritatem: & aliquantò poſt [a], Nunquid Verbum ex Deo patre opus habeat participatione Spiritus ſancti? & quomodo non eſt fœdiſſimum, ſic ſapere vel loqui? proprius eſt enim eius Spiritus ſicut & Patris, &c. Impium igitur vel cogitare ſolum, opus habuiſſe etiam ipſum ex Deo patre Verbum paticipatione Spiritus: & poſteà, de Filio itidem agens; Deus eſt perfectiſſimus, nihil ſubſidij habens ab alio, vt firmus ſit in ſanctitate; & fructus eius naturæ eſt vt delinquere nequeat. Quamobrem etiam quod propter Patrem viuere Filius ſexto Euãgelij ſecundum Ioannem capite dicitur, hoc ſi ad diuinitatem referatur, ita explicandum aſſerebat diuus Ambroſius [b], vt propter Patrem viueret Filius, quod ex Patre Filius eſſet: propter Patrem, quod vnius ſubſtantiæ cum Patre; propter Patrem, quod eructatum eſt Verbum ex Patris corde: quod à Patre proceſſit, quod ex paterno generatus eſt vtero, quod fons Pater Filij, quod radix Pater Filij eſt. Eademque τ̃ ἀβασιλεύτου ratio, haud dubiè videtur: quando Chriſtũ & Filiũ regis & regem eſſe, ac dici; eodem loco ipſe Ambroſius docuit. Igitur notis epithetorum iſtis, Pater à Filio vel paracleto minimè diſtinguitur: ſed potius de tota diuinitate, quæ ſimplex & vna eſt (in cuius perſonis vna, & in ſingulis æqualis, eademque in omnibus omnipotentia, immenſitas, atque adeò ſufficientia & abundantia eſt; vt æquè nihil earum vlli, quæ diuinitate vnum ſunt, deficiat) illa pronunciantur: ea

fini

a Ex. cap. 2. Luc.

b Lib. 5. de fide cap. 6.

fini ſcilicet,vt ſecernatur à creaturis,ipſarum ac mundi totius conditor; eiuſque nobis maieſtas exponatur,aut potiùs delineetur quadamtenus, atque deſignetur : id quod clariſſimè Theophilus Antiochenus libro ſecundo ad Autolycum his verbis explicat,quæ vt eadem opera caſtigẽtur, ideò adſcribam ; Nihil cum Deo floruit aut vixit,ſed ipſe ſibi locus erat,nullius indigens,& ante ſæcula ſubſiſtens : hinc ductus hominem,à quo cognoſceretur, condere voluit. Huic (ita lego pro hinc) præparauit mundum;is factus(ſic lego,vel etiã creatus; pro quo perperã interpres reddidit genitus, cùm in Græco nõ eſſet:γέννητος, aut eſſe non deberet,ſed γενητός:cui ſimilia menda me apud alios auctorum interpretes, initio duodecimi huius ſermonis oſtendere commemini;non enim homo genitus, ſed creatus , qui πρωτόπλαστος) proinde egens eſt : ipſe verò (Deus ſcilicet)ingenitus [a] nullius rei eget:Deus igitur habens ſuum ſermonem in ſuis viſceribus , genuit eum;cùm eum produceret cum ſua ſapientia ante hæc vniuerſa. Athenagoras [b] denique vniuerſi creatorẽ Deum nullius rei egenũ ſcripſit in hæc verba: ὁ τοῦ δὲ τοῦ παντὸς δημιουργὸς καὶ πατὴρ οὐ δεῖται αἵματος οὐδὲ κνίσσης, οὐδὲ τῆς ἀπὸ τῶν ἀνθῶν καὶ θυμιαμάτων ἐυωδίας, αὐτὸς ὢν ἡ τέλεια ἐυωδία, ἀνενδεὴς καὶ ἀπροσδεής. Quibus verbis ea Dauidica [c] explicantur,Non accipiamde domo tua vitulos, &c.Quoniã meæ ſunt omnes ferę ſyluarum,&c. Si eſuriero nõ dicã tibi:meus eſt enim orbis terræ & plenitudo eius. Hęc igitur cùm ita ſint,dubitari nõ abs re poteſt,ecquid epitheta illa Cle-

a Rectè interpres, nam & apud Athenagoram ſub initium legationis pro Chriſtianis ex ipſorum ſententia ſcriptum τὸ θεῖον ἀγέννητον εἶναι καὶ ἀΐδιον.

b In Apologia pro Chriſtianis ſiue legatione ad imperatores.

c *E Pſalmo 49. Deus Deorum ver. 11. 12. 13. & 14.*

mens Romanus Patri ſpecialiter ac peculiari quodam iure aſſignauerit? Qua de re iis quæ capite 12. plenius expoſui, hoc ſolum (vt nunc quidem eſt) habeo, quod velim adiicere: quemadmodum vnitatem diuinitatis Patri peculiariter tribui diuus Thomas meritò cenſuit (id quod capite 10. admonui) quamuis & filius vnus Deus ſit, & ſecundum diuinitatem nulla vnitatis diui-

a *Cap. 5. lib. 5. de fide.*

ſio (ſicuti beatus Ambroſius [a] memorat) & illud quidem, propterea quòd κατὰ ψιλὴν τινα ἐπίνοιαν in perſona Patris primum vnitas conſideretur: ſic etiam licet ſecunda tertiáque diuinitatis perſonæ nō minus ſint ἀβασίλευτοι aut ἀνενδεεῖς, quàm prima (quarū ſcilicet vna ſimul diuinitas, æqualis gloria, coæterna eſt maieſtas) illa tamen ἀνένδεια καὶ ἀβασιλευσία, tenui quadam ratione ab hominibus in Patre primum, tnm deinde in Filio, ac denique in paracleto animaduerti ſolet, ac diſpici: licet alioqui re vera, nihil ſit in hac perſonarū ſibi coæqualium Trinitate, prius aut poſterius; maius aut minus; nihil potētius, magiſve aut minus altero liberum: & (vt eiuſdē Ambro-

b *Cap. 6. lib. 4. de fide.*

ſij verbis [b] vtar) increata & inæſtimabilis Trinitas, quæ vnius eſt æternitatis & glorię, nec tempus nec gradū vel poſterioris receperit vel prioris. Poſſis & iſtud verè dicere, in illa Clementis ad Deum patrem oratione, primum ea proponi ſcilicet, quæcūque vni Deo competūt; quæ ipſa proinde Filio atque paracleto conuenire verum eſt; quod eorū tantā eſſe vnitatē conſtet, vt qui

c *Lib. 1. de Spiritu ſancto c. 3*

vnū dixerit, Trinitatē ipſam ſignauerit: id quod à beato Ambroſio [c] præclarè, ac propemodum diuinitus

diuinitus traditur. Vnde ſicut cui benedicitur in Chriſto, benedicitur in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti; quia vnum nomẽ eſt, poteſtas vna: ita etiam vbi operatio aliqua diuina aut Patris, aut Filij, aut Spiritus deſignatur; non ſolùm ad ſanctum Spiritũ, ſed etiam ad Patrẽ refertur, & Filium: nec ſolum ad Patrem, ſed etiam ad Filium refertur, & Spiritum. Cæterùm poſteà ſpecialiter ac nominatim Clemẽs de Chriſto, quatenus Verbum Dei filius carnem noſtram ſuſcepit ipsíque vniuit deitati, loquitur: quo genere duntaxat, vt Filium à Patre diſtinxiſſe ſimplicius minuſve ſubtiliter, atque adeò magis piè creditur; ſic iſtud etiam eſſe probabilius à nobis exiſtimatur: illud conſiderantibus præcipuè, quod idẽ ille ſanctiſſimus Epiſcopus atq; doctiſſimus Theologus, ita definiuit alicubi [a] Pia mens quæ legũtur, ſecundũ carnẽ diuinitatẽmque diſtinguit: ſacrilega confundit, & ad diuinitatis detorquet iniuriã, quicquid ſecũdum humilitatẽ carnis dictũ eſt. Quæ hactenus περὶ ἀνενδεοῦς Θεοῦ quẽ Clemens ipſe noſter de Patre itidẽ loquens alibi [b], vt τὸν γενέσει μὴ ὑποκείμενον καὶ φθορᾶς ἀνώτερον, ſic quoque φυλακῆς μὴ δεόμενον appellat; vocabulo quidem leuiore atque humiliore (vt videtur) quàm ſit illud generale, quod omnes omnino ſpecies rerum comprehendit ἀνενδεοῦς nomen: ea ipſa ſimiliter de illis quoque τοῦ ἀδεσπότου καὶ ἀβασιλεύτου appellationibus ſcripta, nuncupata, intellecta denique volumus: vt per ταπείνωσιν & extenuationẽ quandã bonis auctoribus ac vetuſtis non infrequentẽ, toti diuinitati à Clemente Ro-

a *D. Ambroſius cap. 4. lib. 5 de fide.*

b *Lib. 3. conſtit. Apoſtol. cap. 12. ex quo hac ipſa relata ſunt à nobis ſerm. 4.*

mano aſſignatæ ſint;ad humanæ alterius Chriſti naturę cæterarúmque creatarũ rerũ differentiã,ſicuti περὶ ἀγεννήτου declaratũ fuit: vt Pater, vt Filius,vt Paracletus, quamuis longè illuſtrioribus epithetis honorentur in vtriuſque fœderis libris, (id quod duodecimi capitis huius initio accuratè ſatis expendimus) attamẽ haud ineptè adeò,ſed figuratè potius ita nuncupati,ſine domino,ſine rege intelligãtur; quemadmodũ non ſemel à vetuſtis patribus atque Theologis Deo, Liberi nomẽ,licet ipſi Domino, Regúmque regi,aſſignari verũ & exploratũ eſt:cùm Chriſtus non tantùm vt homo habitu inuentus fuiſſe,verùm etiam ſerui formã accepiſſe in ſacris literis dicatur;quẽ & Imperatorũ iudicúmque Romanorũ imperio ſubditũ eſſe, vltimúmque ſupplicũ ſubire voluiſſe illo duodecimo capite diximus.Quomodo enim non ſit ἀδέσποτος Filius,itidémque ἀβασίλευτος, aut quánam alia ratione diſtingui Pater ab ipſo hiſce appellationibus potuerit,equidẽ nõ video:qui à diuo Iuda Chriſtũ ipſum μόνον Θεὸν καὶ δεσπότην τὸν Κύριον ἡμῶν, in Epiſtola Catholica [a], ſed & à Clemente Romano βασιλέα καὶ Κύριον πάσης νοητῆς, καὶ αἰσθητῆς φύσεως, eo ipſo loco vnde ſuperiora deſumpta ſunt, nũcupatum, in memoriã reuoco. Liberi quoque appellationem Deo attributam,non tantùm à Lactãtio Firmiano eo loco [b] quẽ ſermone decimo, & ad ipsũ adnotatione ſuperiore noſtra citauimus,verùm & à diuo Ambroſio [c];vbi Filiũ nec differentem eſſe poteſtate, & liberũ eſſe voluntate ſcribit: atque ita vnitatem ſeruari, quia & virtus

a *Verſ. 4.*

b *Cap. 13. & 15. lib. 5.*

c *Lib. 1. de fide cap. 7. ex quo ſcripſi ſermone 12.*

virtus Dei in diuinitatis proprietate, & libertas non in aliqua differentia,ſed vnitate ſit voluntatis.Idem alio loco [a],illud ex Dauidis Pſalmo 87. [b] explicans,Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber; Chriſtum ipſum liberũ, ac proinde ἀδέσποτον quà Deũ,Deíque filiũ, ſatis docuit his omnino verbis : Liber igitur eſt qui mortis vincula neſciuit, non captus ab inferis, ſed qui operatus ſit in infernis.Idem alibi [c] aduerſus Arianos de fide diſputãs,liberũ & ſui iuris eſſe Filiũ Dei ſignificãs, nec ex paterno pendere arbitrio:Quæ facta ſunt(ait)adſcriptæ conditioni deſeruiunt:qui verò fecit,ſuæ voluntatis & proprij iuris eſt.

a Lib.3. de fide ca.3. quem locum,licet nõ in hanc rem, attuli cap. 11. iſto.

b Domine Deus. verſ. 5.

c Cap. 8. de fide contra Arianos.

HÆC omnino habui,de quibus te Dodecameni noſtri lectorem adhuc eſſe vellem admonitum : quæ non ſine aliquo fructu percurriſſe te legendo, mihi polliceri auſim. Equidẽ in hac tota Theologicarũ rerum lectione,cùm explicare vellẽ quid ſpiritualis intelligẽtiæ lateret, verborũ floſculos iuſta illius Chryſologi [d] noſtri pręceptum non carpſi.Qui maturitatis fructum quærit,deſpicit amœna cãporum:violæ,lilia,roſæ,narciſſus,grati flores, inquit ille, ſed gratior panis. Quod eſt odor naribus, hoc eſt auribus ſermonis ornatus:quod dat panis vitę,hoc ſciẽtia dat ſaluti. Seponendam ergo eloquẽtiæ voluptatẽ, quando ſcientiæ depoſcitur fortitudo, eodẽ Chryſologo admonente,cùm crederem,id ſcribendi genus cõſectari malui, quod vt minimè ſordidum iacénſque, ita nec ad ſtaterã illam Ciceronianam expenſum, aut elaboratum ad

d Chryſolog. ſer.18.videatur Sulpitius Seuerus ad Deſideriũ in præfat. in lib. de vita, B. Martini & dialogo.1.cap. 20.& vlt.

Demoſthenis λημκύθοις, aut Iſocratico μυροθηκίῳ delibutũ & exornatum foret. Ad materiam & rem ipſam quod attinet;in vulgus nota, vel minimè neceſſaria hîc proferẽda non putaui:qualia tamen haud pauca confirmãdis illis,quæ hoc toto ſyntagmate ſparſa & comprehenſa ſunt, ſimul cum iſtis vndique collegerã:omnia quidem labore ſtudióque incredibili. In quo capiendo dum ab incœptis deſiſtere (præſertim in re ſeria & pia)nefas eſſe arbitror;quàm verũ illud Mercurij Triſmegiſti [a] foret,ὅτι ἀδύνατον περὶ ἀμφότερα γίνεσθαι τὰ θνητὰ δηλαδὴ καὶ τὰ θεῖα,periculum ex meipſo nunc primùm feci, vt perſenſerim denique.Nihil tanti tamen fuit,ſicuti eſſe non debebat,quàm vti me iſtis,quæ Deo Opt. Max.dudũ nuncuparã,votis exſoluerem;cum bona eius venia & auxilio, qui ad rem aggrediendam vt pridem animos fecerat, ſic inchoare dedit atque perficere:quo nomine multíſque itidem aliis de cauſis, quantas poſſum gratias ipſi habeo, ſempérque habiturus ſum maximas:tibi parem interim noſtræ iſti,aut meliorem etiam,ad hæc ſacrarum literarum ſtudia,ex ipſis vetuſtorum patrum fontibus petenda, & fœliciter proſequenda,optãs facultatem:atque ab illo enixis, quantum poteſt,precibus expoſcens.Bene vale,amice Lector,& nobis faue.

a *Pimandra cap.4.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.

INDEX RERVM QVÆ LIBELLO NOTATV SVNT DIGNISSIMÆ.

Litterarum quæ numeros pagellarum ſequuntur p. principium, m. medium f. finem paginarum denotant.

A

Ἀβασίλευτον quomodo attributum ſit Dei patris 252.f. & fuſè 253.254, 255.256.

Adamus, animalibus ante ſe creatis nomen impoſuit 27.p

ἀδέσποτος quomodo rectè dicatur Deus pater reſpectu filij 251.m

ἀδέσποτος καὶ ἀβασίλευτος pater, vtrum habita ratione filij dicatur. 250.251

Ægyptij quomodo de vnitate circa diuinitatem Philoſophati ſint 207.m.f

Æqualitas inquit Cyrillus non deſtruitur ſubiectione 259.f

ἀγεννήτου καὶ ἀγενήτου differentia 225.p.m.f.226

Alteritas principium eſt pluralitatis 192.f

Ambroſius reprehenditur quòd curioſius quàm par ſit, locum D. Lucæ explicuerit 270.p.m

ἀμεταπτώτως quid apud Clementem, & Turrianus obiter reprehenſus 247.f.248.p

ἀνάρχου appellatio non naturæ, ſed hypoſtaſεως ac perſonæ proprium exiſtimari debet 229.m

ἀνάρχου appellatio quà patri ab auctoribus probatis, Græcis & Latinis tribuatur 230.231.p.m. *& quà filio.*231.f. 232.233. 234.235. *& quomodo vtrique conueniat* 235.m.f. 236.

ἀνωδὴς patris attributum 241.f 242.243. *filio tamen attribui* 244.m. *& quomodo* 245.p. *quomodo item patri* 246.302. 303.304.

Antiquitati quantum tribuat author 145.f.146.p

Apoſtoli & Apoſtolici viri quoties loquuntur ad populos, ijs abuntuntur teſtimonijs quæ iam fuerant in gentibus diuulgata 151.f
Apoſtoli quare Septuaginta interpretum verſionem ſecuti ſint 150.f.151.p.m
Appellationum Dei diuerſa ratio ex Tertulliano 13 m
Ariani creaturæ cõditione Chriſtũ ſubiectũ Deo dicebant 291.m.f
Ariani gradibus meritorum trinitatem diſtrahunt 192.f
Arij error blaſphemus 184.f.& ſeq.p
Aſcodryti dixerunt Sabaoth eſſe filium diaboli vt author eſt Theodoretus 124.p
Athanaſij locus obiter emendatus 284.m
Auguſta vel regina dicitur aſtare à dextris regis 135.f
Auguſtinus in tranſcurſu emendatus 120
D. Auguſtini conſilium de ſacrarum litterarum lectione 223.p.m
Auguſtini error de Etymologia nominis Chriſti, 22. m, & *quomodo excuſari poſſit* ibidem.f
Auctoris ſententia de Chriſti Epithetis μεγάλης βουλῆς ἄγγελος *ſententia* 14.p

B.

BEnedicere pro maledicere per antiphraſim ſæpe ſumitur in ſacris litteris 119.f.120
Blaſphemi ſunt, qui trinitatem ſeparando gradibus & numeris credunt eſſe ſuadendam 191.f.& 192.p

C.

CAro quomodo adorabilis 258.p.m
Caſsiodori locus obiter reſtitutus 165.m
Catholici è germani officium eſſe ſcribit Vincentius Lyrinenſis, vt ſolum ſibi credendum decernat, quod vniuerſaliter Eccleſiam Catholicam tenuiſſe agnouerit. 163.m
Cerealis Epiſcopi aduerſus maximinum Arianum locus emendatus 190.f.191
Chriſtus poſt reſurrectionem à mortuis dicitur ſedere ad dexteram patris 128.f
Chriſtus vnus ſedet diuino modo in throno propriæ deitatis 159.m
Chriſtus verè poteſt Dei ſiue Domini nomine appellari 86.f
Chriſtus quà homo duntaxat patri cæleſti obtemperauit 259.f

Chriſtus

Chriſtus quomodo dominum habere dicatur 250.p.m
Chriſtus dominus qua neque obediẽs,neq; inobediẽs patri eſt 259.m
Chriſtus quomodo nos vnxiſſe dici poſſet 265.f
Chriſtus à Chriſmate dictus,& Ieſus à ſalute 267.p
Chriſtus ab originem ſumpſit æternam originem 235.f
Chriſtus qua patris σύνθρονος 272.c
Chriſtus quomodo dicitur angelus à patre miſſus 184.p
Chriſtus quomodo ſe dicat vnum cum Deo patre 199.m *& quare non dicitur vnus.ibid.Item quare ſumus, non autem ſum dixerit ibidem f*
Chriſtus filius Dei ſolus eſt qui notitiam infinitatis Patris plenam & perfectam habet 35.f
Chriſtus vera & ſubſtantialis forma patris & viua eius ſenſilis imago 35.p.m
Chriſtus quomodo à Deo patre vnctus ſit 21
Chriſtus non actiuam ſed paſſiuam ſignificationem habet 20.f
Chriſtus nos vnxit quia luctatores contra diabolum fecit 267.m
Chriſtus quomodo ad nos deſcendit de cœlo 290.m
Chriſtus non quà Deus,ſed quà homo vnctus eſt 267.f
Chriſtus vnctus eſt non communi oleo, ſed ſancto quo natus eſt ſpiritu 267.m
Chriſtus quomodo Deũ patrẽ manifeſtauit 100.m.f.101.& 102
Chriſti nomen quare Deo patri & Spiritui ſancto conuenire non poſſit 22.p
Chriſti operibus clarificatus eſt pater 103.p
Chriſti ſedem eſſe Deum,id eſt,in Deo 157.m
Chriſti Epitheta apud Iſaiam 13.f
Chriſtũ eſſe Dei virtutẽ & ſapientiã docet D.Hieronymus 194.m
In Chriſto cui benedicitur, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti benedicitur 307.p
Claui quibus affixus eſt Chriſtus, & lignum crucis paſſim in Eccleſia ſine contradictione adorantur. 119.p *& quomodo ibid.*
Clementis in liturgica locus emendatus 220.221
Clementis locus de ſolo Deo adorando locus illuſtratur 42.f.43.p
Clementis Alexandrini locus de Gentilibus emendatus 33.f.34.p
Creatura neutiquam creatori adæquari poſſet vtpote principali, qui ſuper omnia & ante omnia,& ex quo omnia 183.m

D.

DAmaſceni locus caſtigatus 226.f.227
Dauid verus Chriſti typus 134.p

Dauidis loci præter vulgarem opinionem ex Hebræo authentico explicantur. 61.62
Deus nomen eſt ſubſtantiæ, id eſt, diuinitatis: Dominus non ſubſtantiæ ſed poteſtatis 13.m
Deus de ſe loquitur in tertia perſona 136.p. *quod probatur varijs veteris Teſtamenti locis* ibid.f
Deus nobiſcum humano more loquitur 135.m
Deus ex gloſſemate in latinum textum irrepſiſſe perperam, in verſu & concupiſcet rex decorem tuum. Pſalmo 44.160.m
Deus eſt Chriſti ſedes ob coniunctionē hypoſtaticā perſonarū 159.m
Deus, Deus iteratum magnam emphaſim habet 155.f.156.p
Deus quare primùm Hus à ſcholaſticis nuncupatus 179.p.m
Deus quomodo πρῶτος τῇ φύσει *à Clemente dicatur* 178.f.179.p
Deus nullius rei egenus 305.f
Deus quomodo à Clemente ἄναρχος γνῶσις *dicatur* 175.f
Deus ante mundi creationem quomodo fuerat ſolus & quomodo non ſolus 176.f
Deus quomodo & quare dicatur primus 176.p.m
Deus vtrum νόμος τοῦ εἶναι, *& quà* νόμος *ſimpliciter, dici poſſit* 210.p.m.f.211.212
Deus μόνος τοῦ εἶναι *emendato ad hanc rem Clementis loco dicitur* 216.f. *Idq; rationis, & coniecturis probat author* 217.p.m.f 218.219.
Deus vnus dicitur, & quomodo 197.p
Deus ſimplex eſt & idem ſecundum ſubſtantiam 57.m
Deus quomodo κρείττων παντὸς ἀριθμοῦ *à Clemente nuncupetur* 189.p.m.f. *& quomodo id latinè vertendum ibid. & quomodo exponendum* 193.f
Deus quomodo dicatur vnus ex ſententia Ariſtotelis 205.m.f. 206.207
Deus à Deo nullo differt 193.p
Deus menſura ſine menſura 213.m.f
Deus ſedere dicitur à Dauide 274.p.m
Deus in ſeipſo totum eſſe comprehendit quod nunquam cœpit, nunquam deſinet 57.p
Deus eſt menſura ſine menſura 201.m
Deus ſibi ipſe nomen potuit imponere, notus deinde hominibus facere ſuo tempore 27.p
Deus eſt ſupra vel extra omnem numerum 201.m
Deus verè eſt numerus & menſura rerum omnium 200.f.201.p

Deus ob vnitatem dictus expers omnis numeri 276. *f. & ſeq*
Idq́ue Amburoſij Philonis, Tertulliani, & Hilarij teſtimonius probatur 277. *Cyrilli, Lanctantij, iterum Ambroſij, Auguſtini, & Anaſtaſij* 278. *&* 279
Deus eſt numerorum omnium numerus 201. *f*
Dei nomen ſignificare Deum ipſum 17
Dei cognomina 12. *m. f.* 13. *p*
Dei filius vnigenitus diuerſis nominibus pro rebus vel appellantium opinionibus nuncupatur 13. *f*
Dei nullum eſſe proprium nomen varijs Doctorum ſententijs probatur 11. *p. m*
Dei immortalitas patrum authoritatibus illuſtratur 48. *m. f*
Dei & Domini vocabula, quomodo patri & filio tribuãtur 153. *m. f*
Dei ſubſtantiam eſſe incomprehenſibilem, aliquod tamen eſſe illi nomen quod nulli creaturæ conueniat 25. *m quo tamen eius eſſentia, ſecundum quod eſt, ſubſtantia & natura ſatis propriè exprimi non poteſt* 26. *p*
Dei attributorum maximè proprium eſſe illud (qui eſt) affirmat Damaſcenus 28. *m*
Dei nomen quod negatur ad numerum, debetur eſſentiæ 194. *p*
Deo ineffabili nomen aliquod affingere, hominis inſani eſſe Iuſtinus Martyr aſſeruit 24. *f*
Deo humana membra ad noſtrum modulum ſe accommodans tribuit 274. *p*
Deo cur nullum propriè nomen conueniat Philonis, Triſmegiſti, & Iuſtini Martyris ratio non ſatis probata 26. *m*
Deum patrem de ſe in tertia perſona loqui in his verſibus Pſalmi Dauidici, Virgam virtutis & iurauit Dominus, quod alij non perceperunt 138. *p. m. f*
Deũ rectè à Clemẽte dictum μόνον ἀγέννητον, καὶ ἄναρχον 222. *f.* 223
Deum Triſmegiſtus quare ἀπάτορα, *&* ἀμήτορα *vocarit* 176. *f*
Deum propriè, verè & ſimpliciter dici eſſe 59. *m*
Deum vnum eſſe qui ait, non debet ſentire ſingularem & vnicum, ſolum ſiue ſolitarium eſſe illum, hoc eſt vnam perſonam ſecundum Iudæos, &c. 195. *p. m*
Deum ſimpliciter dici legem vel νόμον, *probatur auctoritate Plutarchi, & Porphyrij* 214. *p. m. Lactantij firmiani. Ibid. f. Damaſceni* 215. *p. Dionyſij Areopagitæ. Ibidem.*
Deum non rectè dici Deum ἀδύνατον 221. 222. 251. *p*
Deum eſſe immutabilem 51. *&* 52

Deum

Deum inenarrabilē eſſe, aut etiam ſenſibus humanis, at mente quoque ipſa et cogitatione percipi nō poſſe ex Triſmegiſti ſentētia 25.m
Deum id eſſe mundo ait Ariſtoteles, quod eſt gubernator in naue 211.f
De Deo parum loquendum ne in ſtultitiam incidamus 263.p
Dextera Patris eſt beatitudo æterna quæ ſanctis datur, ſicuti ſiniſtra miſeria perpetua quæ impijs datur. 130.f
à Dextris vel à ſiniſtris Dei eſſe quomodo accipiendum 130.p
Diabolus quomodo draco dici poſſit 280.m
Diabolos ſuos Chriſtos habere quomodo dicat Iulius Firmicus 266.p
Diuinitas propter vnitatem omni numero eſt præſtantior 194.m.f
Diuinitas nihil recipit ſiniſtrum 275.p
Diuinitatis potentia excedit rationem numeri 278.f.279.p
Diuinitatis nullum ſenſile ſimulachrum eſſe colendum 34.f.35.p.m
Diuinitatem vlla figura exprimere infamiæ & impietatis extremæ eſſe dicit Damaſc. 41.m
Diuina natura non numero vna ſed ante numerum vna 189
Diuinarum perſonarum propria nomina 15.p
Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignem à Domino de cælo. Geneſ.19. veterum authoritatibus illuſtratur 160.f.161.162.163.p. *& noua explicatione illuſtratur* 164.165.166.167
Dominus à domino pluiſſe dicitur per Hebraiſmum, cuius emphaſin non animaduerterunt veteres 169.p.m
Dominus à dextris tuis confregit in die iræ ſuæ reges, explicatur aliter ac vulgò ſoleat 125
Dominus à Domino quomodo apud Moſem interpretanda 173.f
Domini vocabulum quomodo tam ad patrem quàm ad filium referatur 137.f
Domini appellationem ſpecialiter filio tribui 175.f *Idq; Anaſtaſij confirmatur teſtimonio* 275.f. *& ſeq.*
Dominum ſuum quem vocet Dauid. Pſal.109. variæ opiniones. 125.f. *& ſequentibus multis.*
Draco ἀπὸ τοῦ δέρκειν dictus 280.p

E

Ego ſum qui ſum quomodo interpretetur D. Gregorius Nazianzenus 110.111.
Eloquentiæ ſeponenda voluptas quando ſcientiæ depoſcitur fortitudo 310.p

Eſſe

Eſſe non eſſe accidens in Deo 59.p
Eſſe Deo quare propriũ ſit 52.f *Idq́ʒ fusè probatur* 53.54.56.57
Eſſentia diuina non ſolum idem eſt realiter cum vna perſona, ſed cum tribus: vnde vnam perſonam, & duas, & tres de eſſentia poſſe prædicari demonſtrat D. Thomas 190.f

F

de FIdei articulis nemini licet diſputare 31.f
Filius ab illo accepit potentiam, de quo natus eſt potens: Patri verò potentiam nullus dedit, quia nullus eum genuit 282.f
Filius cum naſcendo accepit, non inopi ſubuentum eſt, ſed ipſa copia generata eſt 283.m
Filius ζῶσα καὶ ἀδίδακτος σοφία 186.m. 187.f
Filius ſic ſedet à dextris, vt Pater non ſedeat à ſiniſtris 274.m
Filius quomodo ex patre natus, coæternus tamen ex D. Auguſtino præclarè docetur 239.m *& ex Origine ibidem f. & ſeq. & ex Iuſtiniani Imperatoris edicto* 240.m
Filius patri miniſtrauit in apparitione factâ patriarchis 288.f
Filius inchoari neſcit, quia deficere pater neſcit, nec creſcit genitus, vbi genitor non ſeneſcit 282.p
Filius omnia patris, tanquam perfectam eius ſapientiam naturaliter ſcire 282.m
Filius quà patri ſubiectus patrùm teſtimoniis docetur 287.& ſeq.
Filius non pater dicitur angelus 193.p
Filius miſſus eſt, non pater 182
Filius, non ſtatu ſed gradu alius à patre, & quomodo id ſit intelligendum 141
Filius Dei habet naturaliter quoddã ſingulare præ aliis filiis 188.f
Filius quomodo à patre iudicandi poteſtatem apud B. Ioannem accepiſſe ſcribitur 133.p.m
Filius quomodo à patre exire, & per eum viuere dicatur in Euangelio 188.p
Filius à patre ſum̄mo docetur, cum gignitur, & quatenus ab illo eſt 280.f. & ſeq. *Idq́ʒ D. Auguſt. Ambroſij* 282. *Petri Chryſologi, Cyrilli, Theophylacti, teſtimonijs probatur* 282.283
Filius quomodo dicitur aliquo eguiſſe 244.f.246.p.m
Filius nihil vult quod pater nolit 287.f
Filius Dei Chriſtus quomodo dici poſſit habere patrem regem 255.256.257

Filius quomodo & quare à quibuſdam ſit vocatus pater 15.f.16.p
Filius quà patri ſubiectus ex D. Hilario 181.p
Filius conſidere dicitur patri μεταφορικῶς, *& per humanam ſimilitudinem* 274.m
Filius quæcumque ſcit, à patre naturaliter ſcit 282.f
Filius omnis ſecundum naturalem natiuitatem æqualitas patris eſt, & quare 180.m
Filius quomodo ſedeat à dextris Patris 274. & 275.p
Filius quomodo dicitur viuere propter patrem, Ioan.6 304.p
Filius quomodo patri in mũdi creatione miniſtrauerit 288.m.289.p
Filio ſemper eſſe ſcopum patrem honorare 294.m
Filium bis naſci oportuit, vt ipſe fieret ἀπάτωρ *&* ἀμήτωρ 176.f
Filium eſſe Deum coæqualem patri, non tamen eſſe duos Deos contra Arianos 141.142

G

GEnebrardum quædam ex hoc authoris ſcripto, nondum tamen in lucem edito, in commentaria ſua in Pſalmos tranſtuliſſe 144. *in margine.*
Generans & generatum quomodo ſe habeant in diuinis 148.m
Generatum in creaturis non eandem numero naturam accipit quam generans habet, ſed eandem ſpecie, aliam numero 198.m
Gentiles rerũ agendarũ initiũ ſumebãt ab inuocatione Iouis 7.f.8.p
Gloriam adferri nomini Domini quomodo dicat pſalmiſta. Pſal.95. 64.p
Gnoſtici quidam hæretici nomen Sabaoth ad principatum aliquem referendum autumant. 124.p
Gnoſticorum error in explicatione verſus Pſalmi 109. *Dominus à dextris, &c.* 126.p
Gradus fieri non poſſunt ex paribus 191.m
Gradũ in perſonis diuinis quẽ vocauerit alicubi Tertullianus 181.m.f
Gregorij Bætici locus emendatur 233.p.m

H

HÆretici qui plures Deos dominos admiſerunt 174.m.f
Harpocratis ſententia quomodo de Deo loquendum 263.p
in Hebræorum elementorum poteſtate examinanda enixius, non eſſe aliquam Deo gratam religionem 76.f

Hiero

Hieronymus verba ſeptuaginta interpretum notauit obelo 146.*f.* 147.*p*

D. Hieronymi tranſlationem noluit legi in Eccleſia D. Auguſtinus, ne contra ſeptuaginta auctoritatem tanquã nouum aliquid proferens, magno ſcandalo Chriſti plebes perturbaret: quarum aures & corda illam interpretationem audire conſueuerat, quæ etiam Apoſtolis approbata eſt 152. *m*

Hilarij libri ad lætam ab Hieronymo probati 287.*p*

Hilarij locus emendatus 227. *m.f*

Hilarij locus de Dei prouidentia reſtitutus 134. *m*

Hoc nomen mihi eſt in æternum Exodi 3. *quo pertineant* 66.*p.m*

Hominem cur condiderit Deus 305. *m*

I

Iacob non patrem, ſed filium viderat 268.*f*

Iάω Græcum à Iehoua deductum eſſe varijs patrum teſtimonijs probatur 112

Idaacius clarus notatus 62.*f*

Idem per idem non menſuratur 201.*p*

Iehoua nomen per Anticipationem de Deo, per Moſem in Geneſi ſæpe efferri, multis probatur 78.79.80.81.82.*p.m*

Iehoua per tria Iod ab Hebræis expreſſum 115. *m*

Iehoua vel tetragrammaton quare ineffabile à veteribus nuncupatum 114.*f.* 115. 116

Iehoua quomodo à veteribus Græcis ſcriptum reperiatur 114.*f*

Iehoua nomine à Moſe prolato conſternatus eſt Ægyptiorum rex Nechephris 117. *m*

Iehoua & Ieſu nomina quoties in ſacris libris reperiuntur in aliam linguam transferre, aut alia in eorum loca ſubſtituere vocabula etiam idem ſignificantia non licet 120.*f.* 121.

*Iehoua nomen quando Deo inditum ex Danielis loco cap.*9. *colligitur* 72.*f.* & *Iudith, cap.*9.73.*m. qui locus pluribus illuſtratur ibidem &* 74. & 75.

Iehoua nomẽ Deo ante Moſi tempora, Deo fuiſſe impoſitum, quibus maximè argumentis ſuaderi videtur 78

Iehoua intellexit Moſes Exodi 3. *per illa verba, hoc nomen mihi eſt in æternum* 66.*f.* 67.*p*

Iehoua nomen quibus, & quando apud Iudæos efferri liceret 75.*m*

Iehoua vnde deriuatum 75.*f*

Iehoua nomen cur pijs & religioſis hominibus debeat eſſe venerabile 117.f
Iehoua nomen ab Adamo fuiſſe Deo impoſitum arbitratus eſt Becanus 69.p
Iehoua nomen veterum prophanorum oraculis celebratum 111.f
Iehoua nomen ante Moſem nemini reuelatum, & qui contra cenſerint 68.f.69.p.& 76.m
Iehoua nomen patriarchis inauditum. 268
Iehoua nomen qui fuerit ab æterno 82.f.83
Iehoua nomen quomodo apud Iudaïcum populum exaltauerit Dominus 65.p.m
Ieſus Chriſtus duplex eſſe nomen, proprium ſcilicet & appellatiuum ex Tertulliano 10.m.f
Ieſu Chriſti nomen pijs Chriſtianis venerabile 117.f
Imperatoris nomen in quod iurauerant milites maximè in honore fuiſſe Romanis ciuibus 117.f.118.p
Indifferentia ratio eſt coniunctionis Patris, Filij & Spiritus ſancti 192.m.f
Ioſephi opinio de poteſtate & vi nominis tetragrãmi 113.f.114.p.m
Iſaiæ locus cap. 42. de nomine Iehoua explicatus 71.m.f.& per *nomen Hu Iehoua accipiendum multis probatur. Ibidem* f.& *ſequent.* p.m
Iſidori Peluſiotæ locus de Trinitate illuſtratus 194.f.195
Iudæi ſuperſtitioſi ſupra omnes alias gentes, etiam Ægyptios & Chaldæos 75.p
Iudæorum ſuperſtitio de ſuppreſſione nominis Iehoua 75.m
Iurauit Dominus quomodo exponendum Pſalmo 109. fusè differitur 136.137
Iureconſulti conſultationibus ſuis Dei inuocationem præponere ſolent 8.f
Iuriſprudentiæ definitio probata 10.p
Ius pontificium ad ſacra, ceremonias, cultum Dei, & eius voluntatis interpretationem interpretandam ſemper pertinuit 10.p
Iuſtini Martyris opinio de his verbis Ego ſum qui ſum, refutatur 29.f

L

Liber quomodo & quare dictus eſt Chriſtus 309.m
Lingua vnaquæque ſuis proprietatibus loquitur 165.p
Lucam Hebræas litteras ignoraſſe tradunt pleriquè 151.f

M.

Magnitudo ex D. Auguſtino, alia ſpiritalis eſt, alia corporea 278.m.f
Manus domini aperta quid 171.p
D. Marci locus in liturgica emendatus 229.f
Martialis de trinitate locus reſtitutus 65.f
Maſſoret æadditis punctis, Hebræum Bibliorum contextum ante aliquot ſecula illuſtrarunt 69.p
Menſurati ratio quare non competat in diuinis 201.p
Mercurij Triſmegiſti locus emendatus 202
Meſsiæ nomen quomodo fuerit ab æterno 108
Miniſtri nomen quomodo accipiendum, cùm filius dicitur patri in mundi creatione miniſtraſſe 289.p
Moſes optimus amanuenſis, & antiquarius Dei 30.f
Moſes populo contra Amalech pugnaturo ſe in crucis formam extenderat, per quam Chriſtus erat victoriam relaturus 86.f.87.p
Multitudo non remouet vnitatem, ſed diuiſionem circa vnum quodque eorum, ex quibus multitudo conſtat 208.m.f
Multitudo quæ ponit aliquid in rebus creatis, eſt quantitatis ſpecies 208.p
Multitudo duplex 208.m. & quanam in diuinam prædicationem tranſumatur 208.m

N.

Naturæ diuinæ tota perfectio eſt in qualibet perſonarũ 190.m
Naturæ diuinæ hæc vnitas eſt, vt ita per ſe agat filius, quod non à ſe agat 178.p
Neſtorij de miſsione filij Dei hæreſis 290.m
Nomen ſæpe pro perſona vſurpari 270.f. Idq; Athenagoræ teſtimonio confirmatur 270.f.& ſeq.p
Nomen pro ipſa perſona, ſine ſubſtantia in Iſaia poſitum 90.f. & alijs Scripturæ locis 91. Et ita ab Eccleſiæ patribus eſſe vſurpatum 92.p.93.94.95.96
Nomen Dei quà incommunicabile 43.f.& 44
Nomen eſt ſignificantia rei quæ cõprehendi potuit ex nomine 11.m
Nomen domini ſignificare Meſsiam Rabbini cuiuſdam, & Irenæi ſententia 17.f.18.p.quæ refutatur 18.f.19
Nomen Dei pro Dei miſericordia varijs in locis accipitur 96.97

Nomen interdum celebrem gloriam ſignificat 87.f. 88.89.90. *multis exemplis probatur & 93.m*
Nominis vocabulum variè in ſcripturis vſurpatum 84. & 85
In Nomine eius pro in nomine meo Hebraïcus Idiotiſmus 74.m. *vbi obiter Geneſeos cap.14. locus explicatur.*
Nomina quæ diuinam eſſentiam ſubſtantiuè ſignificant non pluraliter de tribus perſonis, ſed ſingulariter prædicantur 199.p.198.f
Nominum paternorum ſocietas in filio & in ſpiritu ſancto 14.f
Nominatiuus abſolutus pro genitiuo Idiotiſmo Hebraïco ponitur 158.p
Numerus ordinem efficit 191.m
Numerus definitur ſignum, per quod ſubiectorum quantitas & multitudo diſcernitur 195.m

O.

OBedientis & inobedientis vocabula ſubiectorum, & in manu poſitorum ratione pronunciantur 259.m
Opera patris & filij quomodo ſint inſeparabilia 173.m
Oratio quare ad ſolũ patrẽ Apoſtolorũ ſanctione dirigenda 204.m

P.

PAracletus quomodo ad uos à Chriſto miſſus ſit 290.m
Paraphraſes ſacræ ſcripturæ reprobantur authoritate Origenis, Hilarij, Gregorij Batici, & D. Auguſtini 148.m.f.149.p
Pater non abſurdius dicitur ſedere, quã egredi de loco ſuo, &c. 273.f
Pater omnia quæ habuit gignendo dedit filio, accepit iſte naſcendo, nec dando ille amiſit quod habuit, nec iſte cùm eſſet & non haberet, accepit 283.p
Pater per filium, nec ſine ſancto ſpiritu ſumpſit ſupplicium de populo Iſraël & Sodomitis 173.m
Pater aliquando eſſentialiter pro tota trinitate, aliquando perſonaliter pro vnica perſona ſumitur 16
Pater quicquid habet transfluit in filium 177.p
Pater quomodo maior & prior filio dicatur 179.f
Pater gignendo dedit potentiam filio 283.p
Pater caput & principium filij à Tertulliano & Hilario qui nuncupatus 179.f
Pater quomodo maior filio 195.m.& ſeq.

Pater

Pater in comparatione filij etiam dominus nominatur: quemadmodum & ipſe filius in comparatione patris dicitur Deus, idq́ probatur ſcripturæ teſtimonijs 154.m.f. *& D.Hilarij Ibidem.*
Pater mentis intẽtione potius, quã reipſa prior aut maior filio 180.p
Pater hoc à filio diſtinguitur quod ille ſit ingenitus, hic vero ab æterno natus & genitus 224.p.225.f
Pater neutiquã in ſacris litteris dicitur eſſe ad dexterã filij 128.p.m
Pater ἀδίδακτος σοφία 185.f.186.p
Pater eſt principium ſine principio, filius eſt principium ex principio 237.f. *& ſeq.*
Pater & filius vnũ ſunt æqualitate naturæ nõ vnione perſonæ 180.f
Pater optimè dicitur αὐτοφυὴς αὐτοφύελος *&* αὐτάρτιος *etiã ſecundum Philoſophorum Ethnicorum opinionem* 202.f
Pater quomodo dicitur cognitio ſine intelligentia, ſine initio 178.p
Patris nomen per Chriſtum eſſe manifeſtatum 271.m.f
Patrem non minus ad filij dexteram, quàm filium ad dexteram Patris ſedere iudicauit D.Hieronymus 143.f. *& hoc, vt filius ſit æqualis patri. ibid.*
Patrem Deum, filium Dominum, cùm de vtroque ſimul agitur nominari 138.f.139.140.141.f
Patrem non eſſe filio à ſiniſtris quomodo colligat Petrus Chryſologus 273.m
Perſonæ diuinæ numero non natura differunt 199.m
Perſonæ diuinæ cur non loco ſeparentur? 191.p
Phæbadij de ſubiectione filij Dei ſententia 292.p
Phariſæorum traditiones diuinæ legi contrariæ 75.m
Pietas naturalis in parentes 257.p
Plato Deum menſuram rerũ omnium, Ariſtoteles verò legem 213.p
Platonis de cognitione Dei ſententia 24.m
Platonis ſententia de Dei omnipotentia 8.m
Platonis de immortalitate Dei ſententia 50.p
Platonis ſententia de nomine Dei 12.p
Plinius nihil ſine Dei ope homines ritè inchoare affirmat 8.m
Pluere verbo quid deſignare voluerint Moſes & Dauid 172.f
Pluere de cælo quomodo dicatur Deus 172.p
Potentia in Deo actio eſt, & actio potentia 177.m
Præſepe domini adorari iuſſit Gregorius Nazianzenus 118.m
Præteritũ pro futuro ſæpe à prophetis ponitur per prolepſim 134.m
Principium ſi habuerit principium iam non eſſe principium quomodo dicat D.Hieronymus 238.p.m

Procli locus emendatus 232.p.233
Proximum eſſe Deo, vel ab eo procul recedere, non ſecūdum locorum ſpatia, ſed iuxta merita ſentiendum eſt 129.f
Pſalmiſta verſu 3. Pſalmi 137. quomodo intelligendus 64.f

Q.

QVi eſt, maximè proprium Dei nomen tribus rationibus probat Sanctus Thomas. 61.p.m
Qui eſt, quomodo Deo conueniat 46.47

R.

RElatio multiplicat Trinitatem 193.m
Relatorum neutrū tempore præcedit ex doctrina. Ariſt. 179.m
Ruffini Aquileienſis presbyteri locus de Trinitate illuſtratus 196.f 197.m

S.

SAbaoth pro Iehoua perperam repoſuerunt Septuaginta Iſaiæ cap.20. 122.f.124.m
Sabaoth vocabulo militia vel exercitus denotatur 122.f.123.p.m
Sabaoth Iſaiæ cap.20. tranſuerſum poſitis litteris pro Iehoua corrupte legitur 121.f
Sabaoth nomen ad quendam principatum referendum autumant Gnoſticorum quidam 124.p
Sabaoth Hebræum nomen eſt non Græcum 124.p
Salomon ſuper ſolium domini ſediſſe dicitur 157.p
Salomon non peruenit ad ſenectutem patris 156.m
Sanctificare Deum & nomen Dei pro eodem accipiuntur 99.p.m
De Sapientia patris & filij ſententia D.Thomæ 187.m
Sciolarum in emendandis claſsicis auctoribus temeritas 223.p
Scriptura ſacra quomodo interpretanda 148.p
Scriptura pædagogi inſtar eſt 276.m
Scriptura tentat ea quæ ſuper mentem ſunt, humanis vocibus ſignificare 290.p
Scripturarum auctor captui noſtro ſe accommodat 299.m.f
Scripturarum expoſitio ab Eccleſiæ doctoribus petenda 32.m
Sedes tua Deus, & propterea vnxit te Deus, Deus tuus, ex Pſal. 44.

Et Domi-

Et Dominus in cælo ſedes eius, ex pſalmo 10. *noua ratione explicantur* 155.f.158.m
Sempiternitas filij paternæ maieſtatis inſigne eſt 184.f
Septuaginta interpretes in tranſlatione nominis Iehoua præſumptionis & temeritatis notantur 121.f
Septuaginta interpretes ſi nõ incuria, ſaltẽ obſcuritatis notãtur 145.p
Septuaginta interpretes nonnullis locis pro Iehoua Dei nomen repoſuerunt 122.m
Septuaginta interpretes reprehenduntur, quòd ſæpius nomen Iehoua in Bibliorum tranſlatione omiſerint 121.f.122.p.m
Septuaginta interpretibus quantum tribuant Irenæus, Hieronymus & Auguſtinus 146.p.m
Septuaginta interpretes quare ſit auſus reprehendere author 146.p
Septuaginta interpretum auctoritatem, quorum tranſlatio à Beatis Euangeliſtis ac Diuo Paulo tolerata magis quàm probata fuerit, Hebraïcæ veritati non præſcribere 150.151
Septuaginta interpretes multa de ſuo addidiſſe ſcribit D. Hieronymus 147.m.f
Seſsio diuina vnica & ſingularis 274.m
Seſsionis vocabulum, dignitatis ſignificationem præ ſe ferre dicit Athanaſius 130.f
Seſsionem non patri ſed filio conuenire authore Tertulliano 131.m
Siniſtra ſeſsionis in diuinis nulla iniuria 273.f
A. Siniſtris Dei locum Spiritui ſancto tributum colligit Athanaſius 130.f
Sion mons figurabat Eccleſiam 18.m
Spiritus prophetarum quomodo dixerit D. Paulus ſubijci prophetis 160.p
Spiritus ſanctus apud Athanaſium dicitur eſſe à dextris filij 130.f
Spiritum vnum fuiſſe in omnibus Dei prophetis & Noui teſtamenti ſcriptoribus 143
Subſtantia diuina eſt forma ſine materia vt ait Boëthius Seuerinus 57.m
Σωτῆρος nomen ad diuinitatem referri debere non propriè ſed μεταφορικῶς καὶ ἀνθρωποπαθῶς 273.f
Syrmianũ Conciliũ parũ Catholicũ, & Arianis fauorabile 164.m

T

TEtragrammaton ſacerdotalis tiaræ aureo circulo vitta hyacinthino reuinctlo, inſcalpi à domino imperatum 112.f.113
Tetragrammaton quomodo apud Hebræos Deo impoſitum 60.f

Theologorum quaenam ſit propria tractio 9.p
Theologorum ſcripta quomodo ſint legenda 23.p
D. Thomas obiter perſtringitur, quod vocem (ingenitus) non ſatis explicarit 226.p
D.Thomae laus in Theologiae ſtudio 208.f
Trinitas (inquit D. Auguſt.) eſt omnia in ſingulis, & ſingula in omnibus, & vnum omnia 190.m
Trinitas ſuapte natura conſimilem in modum ſe habet ad ſeipſam ſemper 279.f
Trinitatis numeroſitas facta eſt in eo, quòd eſt praedicatio relationis, ſeruata verò vnitas in eo quod eſt differentia, vel ſubſtantiae, vel operationis, &c. 193.p.m
in Trinitate nihil eſt prius aut poſterius 306.f

V

Verbum in ſcriptura ſacra pro re ipſa poni Idiotiſmo Hebraïco 269.m.f
Verbum ſumitur pro re quae verbo ſignificatur 92.f
Veritas ſcripturae veteris Teſtamenti ab Hebraeis petenda 149.m
Vnctio eſt paſſio corporis 22.p
Vnguenti Chriſti compoſitio & diuina virtus 266.m
Vnitas cur potiſſimùm Deo patri tribuatur 306.p.m
Vnitas non eſt numerus, ſed omnium numerorum principiū 192.p.m
Vnitas poteſtatis excludit numeri quantitatem 192.p
Vnitas duplex, ſubſtantialis, & ſuperſubſtantialis. 200.p.m
Vnitas in diuinitate ſuperſubſtantialis intelligitur 200.p.m
Vnitatis laus & excellentia ex Triſmegiſto 201.p.m
Vnitatem propriam Patri, aequalitatem filio facit D. Auguſtin. Spiritui ſancto verò coniunctionem vel connexionem 203.m & quomodo id explicet D. Thomas. ibid.f
Vnum verè eſt, in quo nullus eſt numerus 192.f
Vnum in Deo nō eſſe remotiuum multitudinis, ſed diuiſionis 208.m
Vnum Metaphyſicum tantum de Deo dici 205.m Idq; authoritate Ariſtotelis comprobatur 205.m.f
Vnum duplex, alterum tranſcendens quod cum ente conuertitur, alterum quod eſt principium numeri 205.p.m
Vox patris filius, vox vocis Spiritus ſanctus 40.m

X

Xyſti & Caeleſtini pontificum de veneratione antiquitatis decretum 31.m

FINIS.

Lectorem beneuolum

Monet Typographus, poſt huius libelli editionem animaduertiſſe pag. 74. circa finem, duas lineas notis ab opere diuiſas, quæ nihil ad authoris mentem faciunt explicandam, ideóque eſſe delendas.

LVGDVNI,

EXCVDEBAT GVIGHARDVS IVLLIERON anno 1592.

5-3-1